00106037

PSALMI

ANNOTATIONE PERPETUA

ILLUSTRATI

AB

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERO

THEOL. DOCT. ET LINGG. OO. IN ACADEM. LIPS. P. O.

VOLUMEN SECUNDUM.

EDITIO SECUNDA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

LIPSIAE

SUMTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXII.

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI

THEOL. DOCT. ET LINGG. OO. IN ACADEM. LIPS. P. O.

SCHOLIA

IN

VETUS TESTAMENTUM

PARTIS QUARTAE

PSALMOS CONTINENTIS

VOLUMEN SECUNDUM.

EDITIO SECUNDA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

LIPSIAE

SUMTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXII.

PSALMUS UNUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Populus felicem praedicat regem, divina ope tam mirifice adjutum, ut omnium votorum compos factus, proſpere et ſumma cum gloria regnum adminiſtraret (Vs. 2 — 7.), confiditque fore, ut Jova in poſterum etiam regem tueatur, ab omnique detrimento ſincerum integrumque conſervet, hoſtibus ſuis cunctis excilis, penitusque deletis (Vs. 8 — 14).

Interpretum plerisque hoc carmen eſt ἐπινίκιον in victoriam de illis hoſtibus reportatam, adverſus quos dum in eo eſſet rex, ut expeditionem ſuſciperet, Pſalmo ſuperiore populus auxilium divinum imploravit [1]). Verum etſi prior Pſalmi

1) Atque plerique quidem victoriam in Ammonitas hoc carmine celebrari putant, ut Felinus (ſive Bucerus) atque Anonymus, qui *Symbolas ad hiſtoricam V. T. interpretationem (Verſuch einiger Beyträge zur hiſtoriſchen Auslegung der altteſtamentlichen Bibel)* edidit, P. I. p. 159. ſq, ob commemoratam potiſſimum Vs. 4. coronam gemmeam vid. not ad eum loc. Singularis eſt Rudingeri ſententia,

Pfalmi pars gratiarum actionem contineat, tamen effe eum de ejusmodi victoria accipiendum, quae nondum effet abfoluta, fed inchoata tantum, quum reftarent adhuc hoftes multi, arguunt preces, quae inde a Vs. 9. habentur. Dathius hunc Pfalmum a Davide editum cenfet, poftquam a Nathane propheta promiffio de regni perpetuitate (2 Sam. VII, 12.) ipfi fuiffet data, ad quod quidem promiffum poetam Verf. 5. 6. 7. refpicere putat, in quibus tamen Verficulis ego nil tale video, quum in univerfum Jovae gratias agant, quod regi vitam laetam et profperam, atque regnum gloriofum concefferit. Paulus [2]), V. S. V., carmen hoc arbitratur factum effe, ut in anniverfaria folennitate, qua regiae confecrationis dies feftus celebrari folebat, decantaretur. Nos tamen in Pfalmo nihil deprehendimus, quod argueret, tali ufui illum deftinatum fuiffe. Atque Davidici quidem regni temporibus bellicis etfi conveniant Verfus 9 — 13.;

tia, *Pfalmum effe precatorium, et precibus praemitti praeteritorum beneficiorum memoriam et commemorationem, quarum recordatione Davides confirmet fidem fuam de futura ope in praefentibus periculis, quod eodem modo, eademque methodo faciat etiam Pfalmus nonus, qui et elaboratione, et collocatioue argumenti, huic fit fimilis, et eodem tempore factus, uterque in Abfalonico fcilicet periculo.* Sed tantum fpirat animum, tantamque laetitiam declarat hoc carmen, ut ab exule atque profugo factum effe, mihi nullo modo perfuadere poffim.

2) In *Clavi Pfalmorum*, p. 60.

9 — 13.; tamen multo ſunt auguſtiora et illuſtriora, quae de rege, quem hic Pſalmus celebrat, praedicantur, praeſertim, quae Verſibus 5. et 7. habentur, quam ut in Davidem aut aliquem eorum, qui ei in regno ſucceſſerunt, recte cadere videantur. Quemadmodum igitur Pſalmum ſecundum Meſſiam omnes ſuos adverſarios ſuo imperio ſubjecturum canere vidimus, ita idem et hujus carminis argumentum eſſe haud dubitamus. In quo conſentientes habemus priſcos Hebraeos [3]), qui, Chaldaeo praeeunte [4]), hoc carmine *Meſſiam* cani ſtatuerunt.

---

2. Populus conſideratione beneficiorum, quibus Jova regem affecit, in admirationem raptus, beatum et felicem eum praedicat, dum ipſum gaudio ſummo propter opem divinitus latam exultare dicit: יְהוָה בְּעָזְּךָ יִשְׂמַח־מֶלֶךְ, *Jova, in virtute tua rex laetatur*, id eſt, propter virtutem tuam, qua ipſi ſuccurriſti, בעזו שנתתה לו ישמח, *de robore, quod ipſi conceſſiſti, laetatur*, ait Aben-Eſra. וּבִישׁוּעָתְךָ מַה־יָּגֶיל מְאֹד, *Et de ope tua quam impenſe laetatur!* „בִּישׁוּעָתְךָ" *in ſalute tua* alii vertunt, ſed ſignificantius videtur: *de ope tua.* Proprie enim ſignificat יְשׁוּעָה *opem* *auxi-*

3) Jarchi: רבותינו פתרוהו על מלך המשיח ונכון לפותרו עוד על דוד עצמו לתשובת המינים שפקרנו *Magiſtri noſtri de Rege Meſſia hoc carmen explicant, ſed propter Chriſtianos, qui eo ſiniſtre utuntur, praeſtat, de Davide interpretari.*

4) Qui Vs. 2. et 8. pro Hebraico מֶלֶךְ ponit מַלְכָּא מְשִׁיחָא, *Rex Meſſiae.*

auxilium; quod Gallice *aide*, *confort*, *support* diceretur; non *salutem*, nisi cum ope lata salus affertur vel defenditur. Quum Moses filias sacerdotis Midianitarum tantum juvisset, ut per pastores depellentes illas liceret adaquare greges, scribitur de eo [Exod. II, 17.] וַיּוֹשִׁעָן, *et tulit illis opem*, quod, si יְשׁוּעָה perpetuo *salutem* significaret, vertendum fuisset: *et servavit illas*, id autem majus, quam pro re esset." Bucerus. In יָגֵל quod pro יָגִיל positum est, accentus ab ultima syllaba retrahitur ad penultimam propter vicinitatem accentus ejus, qui proxime sequitur. Vid. N. G. Schroederi *Institt. ad fundamaenta Linguae Hebr.* Reg. CLXXV.

3. Iam ea subjiciuntur, quae regi Iova beneficia impendit. Et antequam poeta ad singula descendat, praemittit in genere de immensa illa benevolentia et gratia Jovae erga regem, qua illi usque adeo faverit, ut quaecunque et corde desiderasset, et ore petiisset, sine tergiversatione praestiterit: תַּאֲוַת לִבּוֹ נָתַתָּה לּוֹ *desiderium cordis sui ei dedisti.* תַּאֲוָה, *desiderium*, per metonymiam h. l. *rem desideratam* significat, ut מַחְמַד עֵינַיִם, *desiderium oculorum*, Ezech. XXIV, 16. Hagg. II, 8. est id, quod oculi libenter vident. וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו בַּל־מָנַעְתָּ, *et petitionem labiorum suorum non avertisti*, nihil unquam precibus ejus negasti. Vocabulum אֲרֶשֶׁת Jarchi hoc tantummodo loco in V. T. occurrere observat (אין לו דמיון): Aben-Esra idem cum רִשְׁיוֹן, Esra III, 7., praeposito *'Aleph*, esse putat, quemadmodum אֶזְרוֹעַ, *brachium*, non diversum est a זְרוֹעַ. Uterque vero in eo consentit, significare מה שידבר בפיו, *quidquid ore aliquis proloquatur.* Sed רִשְׁיוֹן apud Esram minime *dictum*, *enuntiatum*, verum *potestatem* significat, a verbo רָשָׁה, *facultatem habuit.* Vocabulo אֲרֶשֶׁת autem *dicti* notio tribuitur vel ex conjectura tantummodo, vel Chaldaei interpretis auctoritate, פֵּירוּשׁ, *declarationem*, vertentis. Sunt, qui mallent cum *Sin* legere, אֲרֶשֶׂת, idque ex Arabico أرش, *donum*

donum interpretari. Ita אֲרֶשֶׁת שְׂפָתַיִם *donum labiorum*, i. e. donum labiis promissum, *vota*, significaret, totumque hemistichium sic foret vertendum: *vota sua non repudiasti*. *Eodem sensu Agellius Alexandrini interpretis verba: „καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτὸν· accipit: „δέησις, inquit, proprie *nuncupationem votorum* significat, quippe qui, antequam in expeditionem exiret vota nuncuparit, si victoriae potiretur. Quidquid igitur optaverat, tribuisti, et voti sui compotem fecisti, ut Ps. LXVI, 13. 14.“ [אֲשַׁלֵּם לְךָ נְדָרָי אֲשֶׁר פָּצוּ שְׂפָתָי, *solvam tibi vota mea, quae tibi feci*]. Sed nullam causam ego quidem video, cur δέησις usitata *petitionis* significatione non sit sumendum, praesertim quum et Arabs graecum vocabulum سؤالا, *petitionem*, reddiderit. Quam quidem Hebraici אֲרֶשֶׁת veram esse puto interpretationem, quae Arabum ورش, *concupivit*, firmatur. Eundem sensum et Syrus expressit, qui ܥܘܬܕܐ ܕܣܦܘܬܗ, *praeparationem labiorum ejus* vertit, qua quidem locutione interpres ille *preces* solet indicare, ut Dathius ostendit ad *Psalterium Syriac.* Ps. X, 17. Est autem אֲרֶשֶׁת שְׂפָתַיִם, *petitio labiorum*, precatio ore prolata, desiderio animo concepto, תַּאֲוַת לֵב, quod praecessit, opposita. Mitto alias, minus probabiles, conjecturas de voce illa, quae legi possunt in J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 132.

4. כִּי־תְקַדְּמֶנּוּ בִּרְכוֹת טוֹב *Nam praevenisti eum benedictionibus bonitatis*, optimis illum beneficiis gratuito cumulasti, imo, antequam peteret, praevenisti. Verbum בֵּרֵךְ saepe quidem *bene precari* valet, sed pro ipsa etiam *beneficientia*, tam hominum, quam Dei, simul usurpatur. Quum Jova promitteret Abrahamo Genes. XII, 2., se illum בֵּרֵךְ, ut vulgo vertitur, *benedicturum*, utique sua beneficia, non tantum bonam precationem, ei promisit. Ita quum Jacobus Esavum oraret, ut acciperet munera,

quae

quae offerebat, dicebat: *accipe, quaefo*, בִּרְכָתִי; quod rectius vertitur *beneficium*, vel *munus meum*, quam *benedictio*. Cf. STORRII *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 37. 38. קִדֵּם, quod *praevenire*, aut *antevertere* fignificat, ufurpatur et Pf. XVIII, 19., fed de malis, quae Davidem praevenerant, hoc eft, quafi in ipfum incurrerant. Sic quum hoc loco *praeventus* dicitur rex *beneficiis divinis*, fignificatur, quocunque fe vertiffet, Dei bonitate factum, ut ultro undique illi bona obviarent, fefeque ultro offerrent. JARCHI hoc refert ad promiffionem, Davidi 2 Sam. VII, 12. per Nathanem factam; hoc fenfu: קודם ששאלתי ממך הקדמת לי ברכתך על ידי נתן הנביא *Antequam petiiffem, praevenifti me beneficio tuo per Nathanem, prophetam.* Verum magis concinne videtur, verba de regno Meffiae conceffo, intelligere, id quod etiam fuadet hemiftichium alterum: תָּשִׁית לְרֹאשׁוֹ עֲטֶרֶת פָּז *impofuifti capiti ejus coronam gemmarum* (hanc enim nominis פָּז fignificationem effe, diximus ad Pf. XIX, 11.), regem eum fecifti, et caput ejus regio diademate cinxifti. Interpretes bene multi, poft Jarchium, his verbis vatem putant ad id refpexiffe, quod legimus Davidem regis Ammonitarum devicti coronam, penfitantem talentum auri, et pretiofis lapidibus ornatam, fuo capiti impofuiffe, 2. Sam. XII, 30., ut hic Pfalmus peculiariter de victoria Ammonitica factus fit. Sed quum nulla alia hujus rei indicia in reliquo carmine occurrant; ut *coronam* per metonymiam *regni* decus et majeftatem fignificare ftatuamus tutius erit.

5. חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ נָתַתָּה לּוֹ אֹרֶךְ יָמִים עוֹלָם וָעֶד *Vitam* fcil. longam (חַיֵּי עָלְמָא, uti Chaldaeus habet, quod *vitam aeternam*, verum et fimpliciter *longisfimam*, notare poteft), *abs te petiit, dedifti ei longitudinem dierum ad feculum et perpetuitatem,* quod petiit, et plus etiam, ei conceffifti. עוֹלָם folum, etfi haud raro *longum tempus*, durationem juxta fubjectam materiam fignificare conftet, veluti Exod. XXI, 6. et Deuter. XV, 17. עֶבֶד עוֹלָם, *fervus perpetuus*; tamen

jun-

junctum nomini עַד ſemper quam proprie dicimus, *aeternitatem* denotat. Ita saepius de Jova aeternum regnante phraſis לְעוֹלָם וָעֶד uſurpatur, ut Exod. XV, 18. et ſupra X, 16.; et infra XLV, 6. CXLV, 21. Dan. XII, 3. Quare Chaldaeus recte hic vertit לְעָלְמֵי עָלְמַיִן *in ſecula ſeculorum.* Davidi vero non competere *aeternitatis* mentionem, vix eſt quod moneamus. Neque ut de nominis et gloriae immortalitate in Davide, ut aliqui voluerunt, locum capiamus verba admittunt. Maſorethae infra vocabulum לוֹ accentum *Athnach* poſuerunt, ut ſignificarent, poetam duo voluiſſe dicere, datam et vitam, quam petiit, et ſimul vitam longaevam: neque enim Ebraeis inſolens eſt, ut unum verbum duabus particulis reſpondeat.

6. Praedicatur gloria illa, quae Meſſiae ex victoriis acceſſit, quibus declarabatur, adjuvari ipſum divinitus. גָּדוֹל כְּבוֹדוֹ בִּישׁוּעָתֶךָ *Magna eſt gloria ejus per ſalutem tuam*, per te, tua ope ſalutari, tuo beneficio, magna gloria ei collata eſt. De יְשׁוּעָה vid. not. ad Vs. 2. Kimchi: כשהושיעהו מאויביו יגדל כבודו לעיני כל העמים *Quum ab hoſtibus eum liberaveris, gloria ejus apud omnes populos amplificatur.* הוֹד וְהָדָר תְּשַׁוֶּה עָלָיו *Gloriam et decorem ei impoſuiſti*, contuliſti in eum uberrime, et quaſi onere impoſito cumulaſti. בישועתך כי כל העולם יכבדוהו ויהדרוהו כשיראו כי הישועה באה לו מאתך *Ope tua; totus enim orbis omni honore et obſervantia eum proſequitur et colit, cum intelligit, eum a Te eſſe ſervatum.* Kimchi.

7. Vates infinitam Meſſiae felicitatem veluti ſummatim comprehendit, dum non ſine affectu ſubjicit: כִּי־תְשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת לָעַד *Nam poſuiſti eum beneficentias perpetuas*, q. d. Quid innumera numerare conor? ut in ſumma dicam, effeciſti, ut non jam beneficiis tuis auctus et ornatus, ſed ipſa tua beneficientia recte dicatur, adeo in eum illam largiter effudiſti. בְּרָכָה h. l. ut Geneſ. XII, 2. ſignificat eum, qui omni genere bonorum adfluat, cf. not. ſupra ad Vs. 4. לָעַד *ſempiternam* eſſe ejus felicitatem

tatem, exprimit, fine termino. Sunt tamen non pauci, qui haec verba fic interpretentur: illum ita felicem reddidifti, ut fit femper futurus apud pofteros exemplum fauftae precationis; exemplum erit divinae beneficentiae, quod fibi optabit unusquisque, ut Deus ipfi ita benefaciat, ficuti regi benefecit: quemadmodum Genef. XLVIII, 20. *In te bene precabitur Ifrael, dicendo: faciat tibi Deus ficut Ephraimi et Manaffi.* In contrarium fenfum Jerem. XXIV, 9. de Zedecia et ejus proceribus dicitur: *Faciam eos opprobrium et parabolam, proverbium* וְלִקְלָלָה *et diram, in omnibus locis, per quae eos diffipavero.* Quae locutio Cap. XXIX, 22. explicatur his verbis: *affumetur ab eis malae precationis formula.* Tum vero לָעַד h. l. *ad omnem memoriam* fignificabit. Subdit poeta: תְּחַדֵּהוּ בְשִׂמְחָה אֶת־פָּנֶיךָ. *Exhilarifti eum laetitia coram facie tua*, benigna et blanda, i. e. laetitia ingente affecit eum ferenus et benignus vultus tuus. אֶת־פְּנֵי *coram aliquo*, vid. Efth. I, 10. הַמְשָׁרְתִים אֶת־פְּנֵי הַמֶּלֶךְ *qui miniftrabant coram rege.* Cf. fupra XVI, 11. infra CXL, 14.

8. כִּי־הַמֶּלֶךְ בֹּטֵחַ בַּיהוָה וּבְחֶסֶד עֶלְיוֹן *Quoniam Rex confidit in Jova, et in bonitate Altiffimi,* quod aliqui interpretantur ut caufam acceptorum beneficiorum. Sed videtur potius ratio horum verborum ultimis Verfus vocibus, בַּל־יִמּוֹט, *non commovebitur,* contineri, perinde ac fi diceret, idcirco numquam nutaturum Regem aut ejus regnum, quod uni Jovae ejusque virtuti Rex innitatur, non viribus, et multis copiis, quae faepe fallunt, et incertos exitus habent. Habet pondus, quod poeta dicit עֶלְיוֹן, *Altiffimi,* quo innuit, Regem confidere ei, qui eft fupra omnia, et in cujus eft poteftate, fervare et benefacere cui voluerit. Aben-Efra obfervat, עֶלְיוֹן pertinere πρὸς τὸ בַּל־יִמּוֹט, hoc fenfu: Altiffimi fretus ope non poterit cadere umquam aut nutare.

9. Populus nunc ipfum Meffiam compellat, fubito mutata tertia perfona in fecundam: תִּמְצָא יָדְךָ לְכָל־אֹיְבֶיךָ *Inveniet manus tua omnes hoftes tuos,* affequeris omnes ho-

ſtes tuos, ac nemo manus tuas effugiet, ſive potentiam, qua illos comprehendes et perdes. Particula לְ voci כָּל praefixa inſervit conſtructioni verbi מָצָא, deſignatque h. l. Accuſativum, ut Syris vulgo, nec raro etiam in Hebraicis, veluti Job. V, 2. לֶאֱוִיל *ſtultum enecat indignatio;* Exod. XVIII, 20. וְהוֹדַעְתָּ לָהֶם, *ſcire facis eos;* et locis pluribus aliis. Sunt, qui mallent ſic vertere: *ſufficiet manus tua omnibus hoſtibus tuis*, ut itaque alterius auxilio non indigeas. Atque hoc modo locum noſtrum accipit Kimchi (תספיק לך ידך שלא תצטרך לעזר), ſimulque notat, et Num. XI, 22., ut hic, verbum מָצָא cum לְ ita conjungi, ut *ſufficere* ſignificet: eodemque ſenſu dici Deut. XXXIII, 7. יָדָיו רָב לוֹ, *manus ejus ſufficient illi.* Particulam לְ vero, quae eſt in priori hemiſtichio, ad ſecundum putat repetendam, ſic, ut utrobique eodem ſignificatu verbum מָצָא ſit accipiendum. Mihi tamen magis concinne videtur, illi uſitatiorem *inveniendi, apprehendendi, aſſequendi* ſignificationem et h. l. tribuere. In hunc ſenſum et Symmachus prius hemiſtichium tranſtulit: *καταλήψεται ἡ χείρ σου πάντας τοὺς ἐχθρούς σου.* „Euſebius adcommodate ad Symmachi verſionem explicat: Tanquam fugientes conſequatur et comprehendat manus tua. *Πρὸς ὀλίγον ἐπαρθέντας αὐτοὺς οὐκ εἰς μακρὰν ἡ σὴ χεὶρ καταλήψεται καὶ ἡ σὴ δεξιὰ φεύγοντας θηρεύσει. Hoſtes tuos ad exiguum tempus elatos mox manus tua comprehendet, et dextera tua fugientes capiet.* Agellius.

10. Quod vates proxime antea dixit per translationem manus comprehendentis, cum optaret, ita comprehendi hoſtes Meſſiae, ut ſe eripere ex ejus manibus non valeant; idem nunc fere dicit de eorum interitu et ruina, quae ejusmodi futura praedicitur, ut ex illis nemo illam ſit evaſurus: תְּשִׁיתֵמוֹ כְּתַנּוּר אֵשׁ *Pones eos inſtar clibani ignis*, hoc eſt: ardere facies eos, inſtar clibani ardentis et incenſi. Niſi forſan breviata haec loquutio fuerit pro hac pleniore: תְּשִׁיתֵמוֹ כַּאֲשֶׁר תְּשִׁיתֵמוֹ בְּתַנּוּר אֵשׁ *pones eos tan-*

tanquam ſi poneres eos in fornacem ignis. In hunc ſenſum Agellius: „Sic illis facies, quomodo in clibano aut fornace fieri ſolet, in quam conjecta ligna accenſo igne cumburuntur; neque aut lignum, aut pars ligni ulla eſt, quae ignis combuſtionem evadat, cum, concluſa in fornace flamma, eoque ardentior efficacior facta, quaquaverſum ligna corripiat atque conſumat." Sunt, qui imaginem repetitam putent a ſupplicio quod Davidem de Ammonitis ſumſiſſe legimus 2. Sam. XII. 31., quos in fornace lateraria concremavit. לְעֵת פָּנֶיךָ *Tempore vultus tui* nempe irati, ac prae ira quaſi flammantis, ut Thren. IV, 16. פְּנֵי יְהוָה חִלְּקָם *facies Jovae divifit eos.* Ira autem *facies* vocatur metonymicῶς, quia ira in facie, nariumque intentiore flatu maxime ſe prodit. Senſus verborum לְעֵת פָּנֶיךָ itaque hic eſt: cum adverſus eos iram tuam effundes, cum ultionem de iis ſumes. יְהוָה בְּאַפּוֹ יְבַלְּעֵם *Jova in ira ſua eos abſorbebit*, obruet et conficiet eos. „Sed LXX. videntur legiſſe יְבַהֲלֵם, quaſi *trepidos in fugam vertes;* hac illac diffugere coget ordinibus turbatis, et pavore animi canſternatos; neque tamen malum evadent, nam ultionis divinae ignis eos conſumet ac devorabit." Agellius. Verum Alexandrinus ſive יְבַהֲלֵם in ſuo codice invenerit, ſive dictantis verba tantummodo ſiniſtre acceperit; hoc certum eſt, ſimilitudini cum igne, qua hic Verſus inchoatur et clauditur, multo magis congruere Maſorethicum בָּלַע *abſumere*, quam בָּהַל *perturbare.* וְתֹאכְלֵם אֵשׁ *Et abſumet eos ignis*, ſcil. irae divinae vel variarum plagarum. Sic enim *ignis* ſaepe depingit iram Dei, vel poenas a Deo irato inflictas, vid. Deut. IV, 24. XXXII, 22., et ſupra Pſ. XVIII, 9.

11. Etiam poſteritatem hoſtium tollendam canit: פִּרְיָמוֹ מֵאֶרֶץ תְּאַבֵּד *Fructus eorum de terra peribit.* פְּרִי, *fructus*, qui ſit, in hemiſtichio altero clariore voce dicitur: וְזַרְעָם מִבְּנֵי אָדָם, *et ſemen*, poſteri, *eorum ex hominibus*, ex hominum ſocietate penitus exſcindetur. Eadem

dem illa *poſterorum* ſignificatione nomen פְּרִי uſurpatur etiam Thren. II, 20. Hoſ. IX, 16.

12. Cauſam, cur delendi ſint hoſtes Meſſiae nunc indicat, quod conati fuerint, malum illi inferre, et conſilia de eo opprimendo inierint, quae tamen perficere non poterant. כִּי־נָטוּ עָלֶיךָ רָעָה *Quia tenderunt contra te malum*, nihil non contra te machinati ſunt. Metaphora deducta ab expanſione retium, ut aliquis illaqueetur, ut Pſ. CXL, 6. *Abdiderunt mihi laqueos et funes, expanderunt rete juxta viam.* Sed quia נָטָה etiam ſignificat *inclinare, declinare*, atque hinc dicitur quoque de *curſu* et *propenſione aquae*, ut Jeſ. LXVI, 12. [*Ecce, inquit Jova*, נֹטֶה־אֵלֶיהָ כְּנָהָר שָׁלוֹם, *declino ſuper eam, tanquam fluvium, ſalutem*]; Agellius carminis noſtri verba, כִּי־נָטוּ עָלֶיךָ רָעָה, commode ſic verti poſſe putat: *declinaverunt enim contra te malum*, hoc ſenſu: tanquam inundantibus aquis, ſic malorum cumulo ac mole te obruere, tibique negotium faceſſere voluerunt. Addit tamen ſtatim aliam explicationem: „Aut ſi a *praecipitando* metaphora ducatur: *in te cadere fecerunt mala*, te malis opprimere conati ſunt.“ Quod quidem omnium minime probandum fuerit; quum a propria verbi נָטָה ſignificatione longius recedat. Pergit poeta: חָשְׁבוּ מְזִמָּה בַּל־יוּכָלוּ, intellige לַעֲשׂוֹת, *facere, perficere*. Duplex igitur h. l. eſt ellipſis, una pronominis relativi אֲשֶׁר, poſt מְזִמָּה, altera Infinitivi, poſt verbum יָכֹל non raro ſupplendi, ut Pſ. CI, 5. *Superbum non* אוּכָל *poſſum*, intellige, לָשֵׂאת, *ferre* (ut plene dicitur Jeſ. I, 13.). Idem loquendi modus occurrit Jerem. V, 22. XXI, 12. Cf. Glassii *Philol. S.* p. 333. ed Dath. Waltheri *Ellipſes Hebraicae*, p. 121. ed. Schulz. Bene ac eleganter itaque verba noſtra reddidit Symmachus: ἐλογίσαντο ἐννοίας ἀδυνάτους· *ceperunt ea conſilia, quae non poterant ab ipſis explicari*, ut vertit J. F. Fischer in *Clavis Reliquiar. Verſſ. Graecar.* V. T. Particula I., quae inſerta eſt *Commentatt. Theologg.* Vol. IV, p. 222., quo loco quae

quae de verbis noftris dicta funt, legi poffunt. Alii verbum יָכֹל *praevalendi* fignificatione accipiunt, ut Pf. XIII, 5. CXXIX, 2., et מְזִמָּה in malam partem, ut alias faepe, ubi res et contextus pofcit, veluti Job. XXI, 27. Pf. X, 2. 4. XXXVII, 7. Tum nihil erit fubaudiendum, verum fic vertendum: *fraudem machinati funt, fed non praevaluerunt.*

13. Verfum hunc cum praecedente Kimchi hoc modo conjungendum effe monet: non praevalebunt, nil efficere poterunt, quia tu eos in fugam conjices. In verbis תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם explicandis difficultas nafcitur e nomine שְׁכֶם, pro quo hic, propter paufam, שֶׁכֶם, quod quidem in plerisque, quibus occurrit, locis, veluti Genef. IX, 23. Job. XXXI, 36. Jef. IX, 5., *humerum* fignificare, vix dubium eft; fed hoc loco quid fibi velit locutio: *pones eos humerum*, non facile perfpicitur. I) Sunt quidem, qui hisce verbis fignificari putent, hoftes regis fubactum iri, et ad ignominiofam laboriofamque fervitutem deftinandos, oneribus ferendis fervili minifterio mancipandos, cujusmodi poena Gabaonitae mulctati a Jofua duce funt, Jof. IX, 21. Atque in hunc fenfum Lutherus: *Du wirft fie zur Schulter machen,* quod in margine fic explicat: *dafs fie immer werden tragen und leiden müffen.* Sed huic fententiae parum favet hemiftichium Verfus noftri alterum, ubi hoftes fagittis confodiendos poeta canit. Quare plerique II) propria *humeri* fignificatione fepofita, in alium fenfum *translatam* vocem exiftimant, fed in qualem fenfum, in eo diffentiunt. Difcedunt autem in *tres* fere partes. 1) Non pauci humerum putant pro *dorfo* dici, neque hi tamen uno modo locum noftrum explicant. Plerique locutionem *pones eos dorfum* idem fignificare exiftimant, quod Pf. XVIII, 41. וְאֹיְבַי נָתַתָּה לִּי עֹרֶף *dedifti hoftes meos mihi cervicem*, f. *tergum*, i. e. in fugam vertifti, atque terga dare coegifti. Atque fic verba noftra jam Alexandrinus accepit, qui ita vertit: ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον, quod Vulgatus his verbis reddidit: *quoniam pones eos dorfum.*

Eo-

Eodem modo Symmachus: ὅτι τάξεις αὐτοὺς ἀποστρόφους· *conftitues eos averfos.* Exponitque Eufebius, ab Agellio citatus, quid fit ἀποστρόφους, his verbis: σὺ δὲ ἀποστρόφους ἐποίεις καὶ φυγάδας, ὡς τὰ νῶτα παραχωρεῖν. *Averfos fecifti, et in fugam vertifti, ut terga darent.* Cui interpretationi vero quum refragari videatur alterum Verfus hemiftichium, ubi Jova dicitur hoftium *facies* fagittis vulneraturus, id quod non poteft fieri, ubi illi fugientes terga vertunt; huic difficultati aliqui ita occurrunt, ut Jovam fugientibus occurrere fingant, ut in fuga etiam adverfos habeat. Sic Flaminius verborum fenfum exprimit: *At Tu praecipites eos in fugam dabis, et terga dare coges: vertunt illi quidem terga, tuis fagittis vulnerati; fed Tu fugientibus tete objicies, et in ora eorum mortifera tela torquebis.* Nimium tamen hac ratione textui inferri videtur. Sed nihil difficultatis erit, fi utramque Verfus partem hoc modo conjungimus: in fugam eos conjicies fimulatque in arcu tuo fagittas contra eos aptaveris. Cf. Verfum e Motanabbio fupra ad XVIII, 41. allatum. 2) Alii, ut Rudingerus, Schulzius, Dathius, *humerum* pro *dorfo* accipientes, *aggerem* eo nomine fignificari putant, quemadmodum Virgilius etiam aggerem *dorfum* dixerit. Iam vero *aggerem* pro *fcopo fagittariorum* putant pofitum effe. Quam interpretationem Schulzius eo commendari cenfet, quod Arabibus هَدَفٌ tam *tumulum*, quam *fcopum fagittariorum* denotet, et Busbequius etiam *Epiftol. III.* pag. 141. fcribat, folere Turcas *fcopi aggerem a folo quatuor plus minus pedes excitare e terra fabulofa, tabulis circumfcriptum.* Comparari igitur Meffiae five Jovae hoftes aggeri five fcopo, quem Deus fagittis fuis petat. Quae interpretatio hemiftichio quidem alteri haud male congruit, ceterum vero argumentis non fatis certis nititur. 3) Chaldaeus ita vertit: שַׁוִּיתִנּוּן לְעַמָּךְ כְּתַף חַד *pofuifti eos populo tuo humerum,* five *latus unum,* quod Kimchi in *Libro Radicum* hoc modo

modo explicat: לצד ולפאת אחת, *latus et angulum unum*, et. clarius in Commentario ad h. l. his verbis: תשים אותם לחלק·אחד כולם שלא יהיה להם כח להתעכב עמך אלא יהיו לעבר אחד כולם ואתה כנגדם במיתריך תכונן חצך *Pones eos omnes ad partem unam, ut non ſit ipſis virtus apud te ulterius commorandi, quin potius ipſi erunt e regione tui, tu vero obſiſtes illis adverſarius arcu tuo, cui ſagittas tuas impones.* Senſus: detrudes eos in angulum, tuncque tela in adverſa ipſorum ora diriges. Ad eandem claſſem referendi videntur, qui ſic vertunt: *pones eos ſeorſum*, ut hoſtes aſſimilentur illis, qui palis ad hoc alligantur, ut jaculis confodiantur, quibus impoſſibile eſt, ut tela immiſſa declinare et evitare queant. Verum talem ſenſum poeta ſi exprimere voluiſſet, ponendum ipſi erat: שֶׁכֶם אֶחָד, nimirum ſi שֶׁכֶם vere *latus* aut *angulum* ſignificaret, quae tamen ſignificatio huic vocabulo ex conjectura tantum tribuitur. Alii in dialectis cognatis nominis שֶׁכֶם ſignificationem huic loco congruam quaerunt. Atque Arabibus quidem quum III) verbum شَكَمَ inter alia ſignificet *remuneratus fuit, retribuit;* Muntinghe verba noſtra ſic verti poſſe putat: *retributionem*, i. e. vindictam, *eos pones*, poenam ab iis petes. Sed *vindictam* aliquem *ponere* non ſatis commode dici videtur. Magis placere poſſit altera, quam Muntinghe propoſuit, interpretatio: IV) *exitium eos pones*, שכם collato cum Samaritano סכם, quod primo quidem *finivit, conſummavit* (unde Chaldaeis סְכוּם, *ſumma*), tum vero, praeſertim in Conjugatione *Aphel*, *conſumſit*, *perdidit*, *exitio dedit*, ſignificat, plane ut Hebraeum כָּלָה, pro quo סכם ſaepe ſenſu *perdendi* in verſione Samaritana ponitur; veluti Deuter. XXVIII, 21. coll. Levit. XXVI, 44. Num. XVI, 21. 44. Nihil tamen opus eſt, nomen שכם novo hic ſignificatu capere, quum retento eo, quem in ceteris V. T. locis obtinet, ſenſus ſatis commodus prodeat ex interpretatione, quam ſupra ſub II) 1) attulimus. Commemoranda adhuc Syri inter-

interpretatio: ܒܣܛܝܓܡܐ ܬܣܝܡ ܐܢܘܢ, *pones in iis stigma*, i. e. publicae illos ignominiae expones, cf. Dathii notam ad hunc Psalterii Syriaci, a se editi, locum. Sensum vocis Hebraeae שֶׁכֶם ex conjectura tantum utcunque expressit. Subdit poeta: בְּמֵיתָרֶיךָ תְּכוֹנֵן עַל־פְּנֵיהֶם cum *in nervis tuis aptabis*, intellige חִצֶּיךָ, *sagittas tuas* (ex Ps. XI, 2. כּוֹנְנוּ חִצָּם עַל־יֶתֶר) *contra facies eorum*, i. e. simul ac tela tua adversus eos diriges, scil. fugient (Vid. supra p. 569.). Solenne est, nomen חִצִּים omitti, ut post הוֹרָה, 1 Chron. X, 3. coll. 1. Sam. XX, 36.; post יָדָה *projicere* Jerem. L, 14. nec non post יַשְׁלֵךְ, *conjiciet* tela, vid. Job. XXVII, 22. coll. Num. XXXV, 20. 22. מֵיתָר in genere est *funiculus*, veluti tentorii, ut Jerem. X, 20. Jesaj. LXIV, 2. Exod. XXXIX, 40.; hoc vero loco sumitur pro funiculo sive nervo arcus sagittarii, qui alias, ut supra XI, 2., יֶתֶר dicitur. Recte Aquila: *ἐν τοῖς κάλοις σου ἑδράσεις ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν· tela nervis imposita torquebis in eorum ora:* nam ἑδράζειν, observante J. F. Fischero in *Specim. Clavis Reliquiar. Verss. Graecar.* p. 59. hoc loco, ut Hebraeum כּוֹנֵן, significat, *tela nervo imposita jaculari*, s. emittere. Eundem sensum Agellius putat fuisse Alexandrini interpretis, qui pro Hebraeo מֵיתָר *κατάλοιπα* posuit, quo vocabulo existimat *nervum arcus* intelligi, qui sic vocetur, quia cum jacitur sagitta, chorda prius intenta relinquitur et relaxatur.

14. Ultimo orat, ut porro et semper se Jova virtute sua extollat, רוּמָה יְהוָה בְעֻזֶּךָ, hoc est, exerendo suam potentiam, declaret, se omnibus supereminere, quo perpetuo fiat, ut Israeliticus populus virtutem ejus depraedicet, unde addit: נָשִׁירָה וּנְזַמְּרָה גְּבוּרָתֶךָ *canemus et celebrabimus virtutem tuam*, quae tuetur tibi fidentes, sternitque repugnantes.

PSAL-

PSALMUS ALTER ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Lugubris lamentatio hominis, gravissima calamitate atque miseria conflictantis. Queritur, se hostibus truculentis atque insolentibus, qui vitae suae insidiarentur, undique cinctum, ut vix elabendi via pateat, et paene de se sit actum (Vs. 2 — 11). Quo in summo fortunae et vitae discrimine ardentissimas preces ad Jovam fundit, velit ipsum ex hostium manibus eripere (Vs. 12 — 22.). Cujus beneficii semper se memorem futurum dignasque Jovae sospitatori grates justis honoribus persolvere promittit (Vs. 23 — 26.). Jam vero certam spem concipit, preces suas non in cassum missas esse, atque hac spe erectus Jovae benignitatem et potentiam summis laudibus veneratur (27 — 32.).

Inscriptio *Davidem* hujus carminis auctorem perhibet. Et illi quidem qui fidem habent, et Davidem hoc carmine sua ipsius acerba fata conqueri existimant, cumquonam vitae suae tem-

tempore quibusve miferiis preffus Davides has lamentationes effuderit, quaerunt, in tanta monumentorum hiftoricorum brevitate non poffunt non variis conjecturis oberrare. Sunt, qui de Saulicis temporibus, et in fuga et exiliis illorum carmen editum putent, et de Adollamico, Mifpaico et Maonico fufpicentur. Atque VENEMA quidem vix dubitat, effe carmen hoc a Davide illo tempore factum, quo a Saulo ejusque fociis undiquaque cinctus, in petra deferti Maonenfis fuiffet captus et occifus, nifi Saulus per Philifthaeos, in terram ejus irruentes, fuiffet abftractus, Davidique elabendi via aperta, unde rupi illi ab *evadendo* nomen fuit inditum [1]). RUDINGERO vero Abfalonici temporis hunc Pfalmum facere magis confentaneum vifum eft, ut con-

1) סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת 1. Sam. XXIII, 28. Eadem jam ante Venemam *Aretii Felini* (quo nomine *Martinum Bucerum* latere, monuimus in Praefat. ad Vol. I.) fuit fententia. Ita enim ille *Pfalmorum a fe verforum et explanatione elucidatorum* p. 124.: *Eorum, quae a* Vs. 12. *usque ad vigefimum de hoftibus omnimoda atrocitate defaevientibus, et exanimante metu, proprie de Servatore noftro Vates cecinit, figura et adumbratio in Davide praeceffiffe videri poffit, quum in deferto Maon ab exercitu Saulis jam cinctus erat, actumque de eo fuiffet, nifi propter irruentes Philifthaeos coactus Saul fuiffet inde fuos abducere. Certe tum velut a praevalidis tauris, et rabidis canibus plane conclufus erat, quique jamjam ipfum perempturi, utique rugienti et inhianti jam in praedam leoni fimiles erant, qua fimul neceffitate ille conftrictus procul dubio fummo in metu fuit et morti proximus.*

contra proceres et duces Abſalonicos haec Davides oraverit ſub initio fugae, ſicut et Pſalmi XXV. et LXXXVI. eodem referri poſſe videantur, nec non Pſalmus VI. et LXIX., ut ſint hi omnes huic σύγχρονοι [2]). Quae ſententia et nobis olim probabilior viſa, quum e Vs. 23. 24. ſuſpicari liceat, carmen hoc a Davide tum factum eſſe, quando ſacerdotes, qui ipſum fugientem cum arca deducerent, in Sionium cum hac reverti juſſit (2. Sam. XV, 24. 25.). Verum enimvero neque tum cum a filio fugeret, neque alio ullo vitae ſuae tempore, Davidem tam atrocia perpeſſum deprehendimus, qualia conqueritur pars carminis prior elegiaca, uti contra nec tam auguſta et magnifica umquam illi contigerunt, nec ſperare facile potuit fore ut talia ſibi umquam accidant, qualia celebrat pars poſterior euchariſtica. Quare non dubitamus hunc Pſalmum iis accenſere, qui totius populi Hebraei acerba fata inter barbaros oppreſſores ſub

2) Cf. Argum. Pſ. VI, et not. ad Vs. 1. Pſ. III. Ad hoc tempus jam *Theodorus Mopsveſtenus* Pſalmum pertinere aſſeruit. Vid. *Liber Pſalmorum cum argumentis, paraphraſi et annotationibus* (auctore Ludov. Ferrando). Lutet. Pariſ. 1683. 4. p. 304. Conſentit auctor ἀνώνυμος, qui *Symbolas ad interpretat. hiſtoricam V. T.* (*Verſuch einiger Beyträge zur hiſtoriſchen Auslegung des A. T.*). Lipſiae, 1794. 8. edidit. Hiſtoriam, qua carmen noſtrum illuſtrari exiſtimat, ex 2 Sam. XVI. XVII. p. 173. ſeqq. expoſuit.

fub imagine hominis omni cruciatuum genere affecti comqueruntur, atque divinam opem implorant, quales Pfalmos habuimus VI. XII. et XIII. et deprehendemus plures alios [3]). Qua quidem fententia adfcita Pfalmum non effe Davidis, vix eft quod moneamus. Cur autem huic aliisque fimilibus Pfalmis Davidis, tanquam auctoris, nomen fit praefcriptum, rationem probabilem reddere tentavimus fub finem Argumenti Pf. XIII.

Quod vates Vs. 13. hoftes fuos *tauris Bafaniticis* comparat, H. E. G. Paulum [4]) movit, ut car-

3) Similiter Hebraei interpretes. Jarchi ad Vs. 2.: לָמָה עֲזַבְתָּנִי עתידה היא (כנסת ישראל) ללכת בגולה ואמר דוד תפלה זו על העתיד *Quare me dereliquifti? itura eft congregatio Ifraelitarum in exilium; dixitque Davides hanc orationem de tempore futuro.* Sed dilucidius Kimchi, qui poftquam verborum אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר interpretationes plures attuliffet, ita pergit: והנכון כי אילת השחר נאמר על כנסת ישראל שהיו בגלות בבל וסוף המזמור יוכיח זה וקראם אילת כמו בִּצְבָאוֹת או בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה והשחר פירושו יופי וזוהר שהיה להם יופי וזוהר כמו הַנִּשְׁקָפָה כְּמוֹ־שָׁחַר והם כחשיכה בגלות וקוראים מן הגלות אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי והוא בלשון יחיד על עם ישראל יחד שהם כאיש אחד בגלות בלב אחד *Vera fententia eft;* אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר cervam aurorae *dici populum Ifraeliticum in exilio Babylonico verfatum, id quod finis Pfalmi arguit. Appellat vero illum* אַיֶּלֶת, *ut Cant. II,* 7. שַׁחַר *autem,* aurora, *indicat pulchritudinem et nitorem, qualis ei fuerat coll. Cant. VI,* 10. Profpiciens ficut aurora; *fed in exilio, funt inftar tenebrarum. Clamant itaque e captivitate:* mi Deus! quare me dereliquifti? *Utitur vero Singulari de toto populo junctim fumto, quod omnes Jfraelitae in exilio tanquam unus vir et uno corde effent.*

4) *Memorabilien,* P. IV, p. 105. feqq. In eandem fe-

 re

carmen noſtrum ad belli Neſibeni tempora (de quibus 2. Sam. X.) referendum exiſtimaret, quando ex Baſanitica regione ingens populorum foederatorum vis in Davidem irruit, id quod ex Pſ. LXXXIII, 3 — 9. cognoſcatur. Quod bellum initio ancipiti marte geſtum eſſe, huicque ſollicitudini gravem morbum acceſſiſſe, qui vitae Davidis minitaretur, colligit Paulus ex Pſalmo LXXXIX. et XLIV., quos ejusdem illius belli initiis factos cenſet. Verum etſi nemo negaverit, eſſe in illis carminibus quaedam, quae cum Davidicis querelis in hoc noſtro Pſalmo effuſis, conveniant [5]), illa tamen ejusmodi ſunt, ut a quovis alio, hoſtibus praepotentibus et inſolentibus oppreſſo dici potuerint. Sed, quod maximum eſt, videntur carmina illa ne Davidis quidem aut temporum ejus eſſe, ut ſuo loco videbimus.

Jeſu, Meſſiae, in crucem acti, et jam morientis fata in hoc carmine adumbrari, imo nullum eſſe, quotquot ſint argumenti prophetici carmina, quod hoc noſtro praeclarius ultima Jeſu fata certiusque canat, interpretibus Chriſtianis

re ſententiam ante Paulum jam inciderat B. G. D. Schulze illamque propoſuerat in *Conjecturis Criticis ad illuſtrationem Pſalmi XXII,* 13. Inſunt *Bibliothecae Haganae* Claſſ. II. Faſc. I. pag. 39 — 97. Cf. not. infra ad Vs. 13.

5) V. c. Pſ. LXXXIX, 39 — 46. coll. cum Pſalmi noſtri parte priori.

nis longe plerisque persuasissimum est. Plura enim huic Psalmo inesse dicunt, quae, quum plane aliena sint a Davidis historia, cum his, quae Jesus cruci adfixus perpessus atque locutus esse narratur, tam mirifice conveniant, ut non aliunde proficisci potuerint, quam ex eo spiritu, qui res futuras praediceret. Ut cum Vs. 17. is, qui in hoc carmine loquitur, manibus et pedibus se confossum queritur (coll. Joa. XX, 25.), et Vs. 19. inimicos vestibus suis potitos esse, easque inter se divisisse (coll. Matth. XXVII, 35. Joa. XIX, 24.). Nec non, quod inimici ejus, qui in hoc Psalmo suis se precibus ad Deum vertit, iisdem omnino verbis utantur, quibus Christum olim, cruci adfixum, Matthaeo teste (XXVII, 43.), vexabant cives sui et vulnerabant. Quo et illud pertinet, quod Jesus inter medios, quos in cruce sustinuit, dolores iis ipsis, quibus hic Psalmus orditur, verbis est usus (vide Matth. XXVII, 46.). Quibus quidem locis et aliis similibus quantum insit ponderis ad illam sententiam stabiliendam, videbimus in ipsa carminis interpretatione. Nunc hoc monuisse sufficiat, occurrere in hoc carmine non pauca, quae Jesu nullo modo conveniant. Primo enim [6]) „persona in hoc Psalmo loquens dicit se cinctam

6) *Dathii* verbis utor in *Psalmis latine versis* etc. p. 69.

ctam esse ab hostibus, sed nondum prehensam et ligatam, aut supplicio affectam, Vs. 12. 13. 21. 22. Deinde persona loquens rogat, ne morti tradatur, sed in vita conservetur, Vs. 21., quod non convenit Messiae, e cruce pendenti, morti proximo. Item Vs. 22. orat, ne in manus hostium veniat, et eorum violentiae et crudelitati succumbat. Sed Jesus omnis generis crudelitates ab hostibus suis est perpessus. Porro dicit, se dies noctesque frustra clamasse, Vs. 3. Quae verba longiorem moram indicant precum a Deo neglectarum, neque conveniunt Jesu, ad paucas tantum horas in cruce pendenti. Neque ejus personam decet desperatio summa, quam is, qui in Psalmo loquitur, Vs. 15. 16. prae se fert, penitusque secum actum dicit. Quamquam enim Christus non omnis timoris aut anxietatis expers fuerit, tamen in extrema sua passione magnam animi tranquillitatem ostendit, certus resurrectionis suae et futurae gloriae. Tandem persona loquens Vs. 5. et 6, provocat ad majores suos Deo fisos et liberatos. Quod Davidi melius convenit, quam Jesu, qui longe aliam liliberationem sperabat, quam illi majores sui erant consecuti." Jam itaque non pauci interpretes, quum alia in hoc carmine cum Jesu satis convenire, alia ab iis aliena esse viderent, ad hanc perducti sunt sententiam, carmen de utroque, Davide et Jesu, interpretandum esse,

ita-ut dum Davides de ſe rebusque ſuis loqueretur, ſpiritu prophético ſimul Meſſiam moribundum deſcriberet [7]). De qua quidem interpretandi ratione quid nobis videatur, diximus in Argumento Pſalmi XVI. Inprimis vero legenda ſunt quae de hac re diſputavit, accurate ſane et exquiſite, G. F. Hufnagel, V. S. V. in *Diſſertationibus de Pſalmis, prophetias Meſſianas continentibus* [8]).

---

1. Verbis עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר quidam I) *carminis argumentum* putant indicari, qui tamen ipſi in vocis אַיֶּלֶת interpretatione discrepant. Sunt enim, 1) qui illam ſignificatione cum nomine אֱיָלוּת, *auxilium* denotante, infra Vs. 20., convenire exiſtiment. Ita Alexandrinus: ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, quod Vulgatus ſic reddidit: *pro ſusceptione matutina*. „*Susceptionis* nomine *auxilium* intelligendum eſt, loquendi modo Scripturis uſitatiſſi-

7) Ex his interpretibus *Dathium* nominaſſe ſufficiat, contra quem diſputavit Paulus in *den Memorabilien*, P. IV, p. 95. ſeqq.

8) Inſertae ſunt *Commentatt. Theologic. edit.* a J. C. Velthusen et Christoph. Theoph. Kuinoel, Vol. III. pag. 61. ſeqq. Cf. ejusdem Hufnagelii *Diſſertatt. quatuor in Pſ. XXII.* in iisdem illis *Commentatt. Theologg.* Vol. I. p. 501. ſeqq. et Vol. V. p. 19 — 41. Digna praeterea ſunt quae legantur, quae de Pſalmo noſtro monuit Eckermann, V. S. V., in *Symbolis Theologicis* (*Theologiſche Beyträge*), Faſc. I, No. 35. 36., et Jo. Tob. Gottl. Holzapfel, Theologus Rinteleniſis, in Programmate, cui epigraphe: *Gegen den Meſſianiſchen Gehalt des 22ſten Pſalms;* Rintel. 1808. in quatern.

tiſſimo, unde illud eſt Luc. I. 54. ἀντέλαβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, *ſuscepit Iſrael puerum ſuum*, quod tantumdem eſt, ac ſi dixiſſet *adjuvit*. Et in hoc ipſo Pſalmo Vs. 20. quod in latino legimus *ad defenſionem meam conſpice*, in Graeco eſt: εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες [Cf. Jo. Christ. Biel *Theſaur. Philolog.* P. I. p. 142. 144. et Jac. Hasaei *Analecta Biblica in Biblioth. Bremenſi*, Claſſ. II. p. 1000. ſeqq.]. *Matutinum* vero *auxilium* videtur eſſe citum, expeditum, acceleratum: orat enim, ut cito et mature opem ferat, neque longius auxilium differat, nam quod primo mane ſit, cito fit." Haec Agellius. Quae interpretatio maxime ideo eſt improbanda, quod אַיֶּלֶת ex linguae uſu ſemper *cervam* ſive *capream* (*Gazellam*) denotet (vid. Jerem. XIV, 5. Proverb. V, 19. cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. XVII. T. II. p. 233. et ibid. not. edit. Lipſ.). Quare H. E. G. Paulus in *Clavi Pſalmor.* noſtro loco pro אַיֶּלֶת legi vult אֱיָלֻת, quod ope Syriaci ܐܝܠܐ *auxilium* interpretatur, שַׁחַר vero *anguſtiam*, *miſeriam*, collato Syriaco ܫܚܪܐ, *difficultas*, a ܫܚܪ, *angariavit*, *compulit*, *coëgit*: orare enim Davidem, gravi morbo decumbentem, et circumquaque hoſtibus cinctum, hoc carmine a Jehova ſalutem et libertatem. 2) Jarchi et Kimchi receptam vocis אַיֶּלֶת ſignificationem retinent quidem, ſed figurato ſenſu hoc nomen adhibitum putant ad *populum Iſraeliticum* indicandum: vid. Argument. not. 3. II) Alii dictionem עַל־אַיֶּלֶת־הַשַּׁחַר ad *tempus*, quo hic Pſalmus decantandus fuerit, deſignandum referunt. Ita Chaldaeus: עַל־תְּקוֹף קוּרְבַּן תְּדִירָא דְקִרְצְתָא *ſuper virtute ſacrificii jugis matutini*. Valet itaque et huic אַיֶּלֶת id ipſum quod אֱיָלוּת. Idem placuit J. E. Fabro in nota ad *Harmeri Obſervatt. ſuper Oriente*, P. II. p. 174., ita tamen, ut אַיֶּלֶת, collato Arabico أَوَّل, *primum*, *principium*, ſignificare putaret, noſtraque verba ita verteret: *ſub primo diluculo*

decan-

decantandum. Quid autem, addit, magis idoneum fuit, quod ad facrificii matutini oblationem decantaretur, quam carmen de Meffia moribundo? Qualis tamen cantio matutina aliis minus apta videbitur. Ad eandem hanc claffem referenda quoque eft C. G. Antonii fententia (in Commentatione de *veterum Hebraeorum arte mufica*, inferta *Repertorio Novo Literat. bibl. et oriental.* Vol. III. p. 44.), interpretem Chaldaeum legiffe אֱיָלוּת, illiusque verba fic effe reddenda: *in robore aurorae*, i. e. cum aurora prorfus erat exorta, quemadmodum Jud. V, 31. locutio צֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבֻרָתוֹ fignificet *folem prorfus exortum et fplendentem.* Disparem tamen effe utriusque locutionis rationem, fponte apparet. Sed quum omnis haec infcriptio *praecentori* (לַמְנַצֵּחַ) fit fcripta, magis placere poffit fententia eorum, qui III) אַיֶּלֶת־הַשַּׁחַר *inftrumenti mufici* nomen effe putent. Et genus quidem *tibiarum*, ex *cervinis* offibus intelligit Theodor. Hasaeus in *Biblioth. Brem.* Claff. I. Fafc. II. et Vrimoet in *Obfervatt. Mifcell.* L. I. C. X. Praetermittimus Harenbergii de inftrumento quodam mufico, quod *aficoron* vocat, fomnia, quae qui nofcere cupit, evolvat *Nova Mifcellanea Lipfienfa*, Vol. VIII. p. 192. Mihi vero omnino magis confentaneum videtur, IV) verba אַיֶּלֶת־הַשַּׁחַר pro initio cantionis alicujus accipere ad cujus numeros compofitus et decantatus fuerit hic Pfalmus. Praeivit hanc fententiam Aben-Efra, qui dicit, effe verba illa תחלת פיוט נַעֲשָׂה על דרך דברי חשק כְּמוֹ אַיֶּלֶת אֲהָבִים *initium poëmatis, amatorio ftylo confcripti*, ut *cum dicitur cerva amorum*, Proverb. V, 19. „In qua fententia," Bochartus recte monet in *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. XVII, T. II. p. 247. edit. Lipf.; „hoc folum displicet, quod amatoriam cantionem hic intelligit. Neque enim videtur cum Pfalmi argumento id convenire, ut ad eum canendum adhibiti fint amatoriae cantionis numeri atque moduli. Sed nihil opus eft, haec confingere. Cum enim a cervo fit initium uni Pfalmorum, et in cervo definat oratio prophetae

phetae Habacuc, plena ardoris et zeli, quidni a *cerva aurorae* potuerit incipere ſacra cantio, tunc inter Judaeos recepta, ad cujus numeros propheta hunc Pſalmum ſcripſerit?" Adriſit haec ſententia J. G. Eichhornio etiam in *Praefatione* ad Jonesii *Poëſeos Aſiaticae Commentarios* a ſe editos (Lipſ. 1777.), ubi, de luce disputans, quae Pſalmorum titulis ex Syriacis carminibus accendi poſſit, haec dicit (p. XXXII.): „Nec improbabilis eſt, exornari certe poteſt a viris doctis, ſaepenumero in dubium vocata Bocharti conjectura, quae עַל illud, in titulis Pſalmorum paſſim obvium, modos et numeros indicare ſumit, quibus carmen accommodatum fuerit, ubi cogitaveris, *Syros praemittere carmini litteris rubris tonum, normam ſeu exemplar, cujus ad normam elaboratum ſit, et quidem hac nota:* ܒܠܐ ܩܠܐ, *ſeu* ܒܠܐ ܚܘܣܝܐ, *cui ſtatim ſubjungitur exordium carminis, quod poeta ante oculos habuit* (Verba ſunt Assemani in *Biblioth. Orient.* T. I. p. 80.)." Cf. Prolegomena noſtra Vol. I. p. XXXVII. not. Simili ratione poetae illi veteres Germanorum, qui *Meiſterſänger* ſolebant appellari, cantionibus ſuis praepoſuerunt numeros, ad quos illae eſſent compoſitae; exempla quaedam dedit J. E. Faber *ad Harmeri Obſervatt. ſuper Oriente*, P. II. p. 174. not. Si vero de verborum אַיֶּלֶת־הַשַּׁחַר ſignificatione quaeras, mihi quidem nulla eſt dubitatio, notare illa *primum diluculum.* Certe ex uſu loquendi Judaeorum ſeriorum patet, diſtinxiſſe illos tempus matutinum inde a prima lucis apparitione usque ad plenum ſolis ortum in quatuor partes, quarum primam vocarunt אַיֵּילְתָּא דְשַׁחֲרָא, *cervam Aurorae.* Locum, qui hoc probat, ex Gemara Talmudis Hieroſolymitani ad Codic. *Berachoth* attulit J. Lightfoot in *Horis Hebraicis ad Evangel. Marci*, C. XVI. Vs. 2., cui adjicio duo alia loca ex eodem illo Talmude (fol. 2. col. 3. edit. Gracov.): אמר ר׳ חני׳ מאיילת השחר עד שיאור המורח אדם מהלך ארבע׳

ארבע׳ מילין *R. Chanina dixit, inde a cerva aurorae usque dum orientalis plaga coeli luce colluſtretur, hominem quatuor miliaria ire poſſe.* Et paullo poſt: א״ר יוסי בי ר׳ פון חדא איילתא דשחרא מאן דאמר כוכבתא היא טעיא זימנין דהיא מקדמא וזימנין דהו׳ מאחרה מאי כרון כאין תרין דקורנין דנהו׳ דסלקין מן מדינח׳ ומנהרין *R. Joſe, R. Buni filius, dixit, errare illos, qui putent, cervam aurorae eſſe Luciferum, nam illa Luciferum modo praecedit, modo ſequitur. Appellantur autem illo nomine duo radii ſolis, qui in plaga orientali exoriuntur et lucent.* Ne vero putes, hunc loquendi morem, qui apud ſeriores Hebraeos deprehenditur, natum eſſe e falſa noſtrae ipſcriptionis interpretatione, obſervandum eſt, Arabes quoque *ſolem* ſimili dictione figurata *dorcadis* appellare. In Haririi *Conſeſſu V.* p. 162. ed. Schultenſ. haec leguntur: ولمّا ذرّ قرنُ الغزالة طمر طمور الغزالة *Poſtquam promicuiſſet cornu dorcadis,* i. e. radii ſolis emicantis ſeſe ſparſiſſent, *ipſe quoque dorcadis in modum exilivit.* Ludit poeta nomine غزالة, quod, dum ſenſu figurato pro *ſole* uſurpat, ſimul etiam reſpicit ad propriam *dorcadis* ſignificationem. Adſcribo A. Schultenſii notam ad illum Haririi locum: „ذرّ frequentatur in *ſole oriente,* quum radios quaquaverſum ſpargit. قرن, *cornu,* pro *radiante luce,* nemini ignotum. غزالة eſt feminin. a غزال, *hinnulus, dorcas,* cui Arabes ſolent comparare *ſolem,* quia ut per cacumina celſiora emicant dorcades candore inſignes, ita ſol per coelum decurrit. *Teblebi:*

الغزالة

الغزالة من اسمآء الشمس واسماوها
كثيرة قال الشاعر
بثينة تزري الغزالة في الضحي
اذا برزت لم يبق يوما بها بها

الغزالة *eſt inter appellationes* ſolis, *cui nomina plura. Ait Poeta: Botheina vincit dorcadem,* ſolem, *illuſtri jam die, cum emicat, non reſtat, cui ſplendor ſit dies.* In *Clavi Dialectorum* pag. 265. reperies: عطس لي انف الغزالة *ſternutavit mihi naſus dorcadis,* pro: *adfulſit mihi aurora, exortus eſt ſol.*" Haec Schultenſius. Eadem hac *ſolis* ſignificatione غزالة uſurpatur a poeta quodam, quem H. A. Schultenſius excitavit in Notis ad *Partem Proverbiorum Meidanii,* p. 59. وردت عبيّا وغزالة برنس *Ferventem dici aeſtum ſubivi cum ſol eſſet in apice.* Quemadmodum autem Arabibus غزالة, ita Hebraeis אַיָּלָה commune eſt nomen eorum animalium, quae ex *caprearum* ſive *gazellarum* ſunt genere. Vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. III. C. XVII. T. II. p. 233. edit. Lipſ. et ibid. not. Erit itaque אַיֶּלֶת־הַשַּׁחַר *initium aurorae,* quod apud Hebraeos et Arabes alio nomine *columna aurorae* vocatur. In illo Miſchnae loco, cujus Gemaram ſupra excerpſimus, pro איילתא דשחרא reperitur עמוד דשחר, *columna aurorae.* Et apud Haririum paullo ante illum locum, quem adſcripſimus, occurrit عمود الصبح *columna aurorae* (p. 160. ed. Schultenſ.).

---

2. Hoc

2. Hoc et ſequenti Verſu poeta inducit ſe ſummo dolore afflictum ad Jovam pro auxilio indeſinenter clamaſſe nec tamen fuiſſe auditum: אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי, *Deus meus, Deus meus, quare me deſeruiſti?* Kimchi: אֵלִי הִכפל כדרך הקוראים והצועקים ואמר אלי כלומר שהיית חזקי וצורי מקדם ועתה למה עזבתני *Geminat invocationem* Deus mi! *more illorum, qui anguſtiis preſſi vocitant,* et ſi quem inclamant, iterum atque iterum clamant, quo miſericordiam facilius excitent. *Utitur vero nomine* אֵל, quod *Fortem* notat, ac ſi dicat: *tu, qui antea fortitudo mea et petra mea,* potentiſſimus auxiliator, *fuiſti, quare nunc me deſeris?* Vox אֵל quandoque *robur*, ut Ezech. XXXI, 11. Geneſ. XXXI, 29., quandoque *numen potentiſſimum*, Deum, ſignificat, ut Pſ. XVIII, 3. Alexandrinus interpres poſt alterum אֵלִי addit *πρόσχες μοι*, quod Vulgatus ſic vertit: *reſpice in me!* „Ego,“ inquit Agellius, „ab Alexandrino haec adjecta eſſe puto, ut ſenſum declararent Hebraeorum verborum, quae ipſe, cum ſine punctis legeret, aliter intellexit. Eſt enim in Hebraeo אֵלִי אֵלִי. Primam dictionem LXX. אֵלִי legerunt, hoc eſt, *Deus meus*, ſecundam vero non אֵלִי ſed אֵלַי, quod ſignificat *ad me*, quod quia obſcurum erat, niſi aliquid adderetur, ideo adjecerunt verbum *πρόσχες*. At illa repetitio *Deus* adjecta eſt ab aliis ad LXX. interpretationem, qui illam in verbis Domini in Evangelio legiſſent.“ Deeſt illud additamentum etiam in verſione Arabica, Romae edita a. 1642., quae e Graeca Alexandrina eſt reddita. Adhibuit haec verba Jeſus, acerrimis doloribus in cruce oppreſſus, referente Matthaeo XXVII, 46. et Marco XV, 34., ſed ita, ut pro Hebraeo עֲזַבְתָּנִי uteretur Chaldaico שְׁבַקְתָּנִי quod ipſum hodie in Chaldaica hujus loci paraphraſi extat. Subdit poeta: רָחוֹק מִישׁוּעָתִי דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי, *longinquus es a ſalute mea, rugitus*que *mei verbis;* nihil proficio meis clamoribus, me prorſus non curas, inſtar ejus, qui a ſupplicante recedit longiſſime, neque ejus vel vocem vel literas admittit, ut

Pſ.

Pf. X, 1. לָמָה יְהוָה תַּעֲמֹד בְּרָחוֹק, *quare, Jova, ftas e longinquo?* Eadem fententia deprehenditur Proverb. XV, 29. רָחוֹק יְהוָה מֵרְשָׁעִים *procul eft Jova ab impiis, fed piorum preces exaudit,* ut in hemiftichio altero additur. Kimchi verba noftra, רָחוֹק מִישׁוּעָתִי, recte obfervat concife effe pofita pro: וְלָמָּה תִּהְיֶה רָחוֹק מִישׁוּעָתִי. Ante verfus noftri verba poftrema, דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי, repetenda eft particula מִן e nomine, quod proxime praeceffit, מִישׁוּעָתִי, quemadmodum eadem illa particula Jerem. XLVII, 3. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ eft repetenda hisce in verbis: *fremebunt* מֵרַעַשׁ. לְרִכְבּוֹ הֲמוֹן גַּלְגִּלָּיו *a curruum motu, a ftrepitu rotarum ejus.* Kimchi fubandit כשתשמע, *etiamfi audiveris* verba rugitus mei. Alii in רָחוֹק enallagen numeri effe dicunt, ut pro רְחוֹקִים pofitum fit, hoc fenfu: *verba rugitus mei funt procul a falute mea,* eam accelerare his ipfis nequeo. Christ. Schoettgen in Differtat. *de fingulari aliqua Linguae Hebraeae ellipfi* (quae typis eft repetita in Christ. Theod. Waltheri *Ellipff. Hebrr.* ex edit. J. C. F. Schulzii, Halae, 1782. 8.) p. 159. noftrum רָחוֹק pro Infinitivo habet, ad quem verbum finitum ab interprete fit intelligendum (eadem loquendi formula, qua Hebraei dicere folent מוֹת תָּמוּת, *moriendo morieris,* Genef. II, 17. שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ, *gaudendo gaudebo,* Jef. LXI, 10.), ac fi poeta ita fcripfiffet: רָחוֹק תִּרְחַק מִישׁוּעָתִי דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי *longe removendo removifti a falute mea verba clamoris mei.* Verum haec fi mens poetae fuiffet, fcribendum ipfi erat הִרְחַק vel רַחֵק in Conjugatione tranfitiva. Eft praeterea in illa fententia, a Schoettgenio verbis noftris illata, duriufculi aliquid et inconcinni, quod quisque fentiet ipfe. Ceterum שְׁאָגָה Hebraeis proprium eft nomen ad exprimendum *rugitum leonis,* ut patet ex Vs. 14., item ex Jef. V, 29. Zach. XI, 3. Job. IV, 10, unde transfertur ad vocem immanem et horribilem, qualem viri alioquin fortes, quum intolerabili cordis angore diftringuntur, et quamlibet renitentibus, vis doloris exprimit, emittere folent, qua fignificatione haec vox legi-

legitur Pſ. XXXVIII, 9. *Vehementer et debilitatus ſum et contritus*, שָׁאַגְתִּי מִנַּהֲמַת לִבִּי, *rugio prae triſtitia animi mei.* Et Graece ὠρυθμὸν, *rugitum*, pro *ejulatu et planctu* uſurpat Quintus *Calaber*, teſte Bocharto, in *Hieroz.* P. I. L. III. C. II. Tom. II. pag. 28. ed. Lipſ. Similiter in Nicandri *Alexipharmacis* Vs. 221., qui toxicum bibit βρυχανάαται ὠρυδὸν, *rugit cum fremitu*, aut *cum rugitu*, id eſt, *graviter ejulat.* Jam quum e recepta et certiſſima nominis שְׁאָגָה ſignificatione ſenſus enaſcatur aptiſſimus, haudquaquam opus eſt, cum H. E. G. Paulo in *Clavi* ad h. l. vocabulo hebraeo novam *clamoris moeſti* ſignificationem adſingere, quam Vir Doctiſſimus repetit ex Arabum شأج, quod verbum, Castello teſte, in *Lexico Heptagl.* col. 3665. (in Goliano Lexico enim fruſtra illud quaeris) denotat *moerorem illi res attulit, triſtem illum reddidit.* Hinc vero quis non exſpectet, שְׁאָגָה *vexationem* potius notare, *qua quis alium moerore afficit*, quam *moerore affecti* triſtem clamorem? Satius itaque fuerit, ſignificationem *rugitus* ſervare, utpote ex *uſu loquendi* certiſſimam. Si quis vero Arabicum requirat verbum, quod Hebraico noſtro reſpondeat, offert ſeſe ثأج, *vociferatum fuit pecus.* Verſus hujus hemiſtichium poſtremum Alexandrinus vertit hoc modo: μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου, quod Vulgatus ita reddidit: *longe a ſalute mea verba delictorum meorum.* Confudit שַׁאֲגָתִי cum שְׁגִיאָתִי, a verbo שָׁגָה, *erravit,* quod ipſum a Syro quoque interprete factum, qui ſic habet: *longe receſſiſti a ſalute mea* ܒܡܠܐ ܕܣܟܠܘܬܝ *in verbis errorum meorum.* Sed שַׁאֲגָתִי expreſſit Aquila, qui βρύχημα, *rugitus*, et auctor verſionis quintae, qui βόησις, *imploratio*, vertit.

3. Exprimere volens ſuae afflictationis vehementiam, commemorat intentionem clamoris ſui, irrequietam et indefeſ-

defeſſam invocationem pro auxilio: אֶקְרָא יוֹמָם וְלֹא תַעֲנֶה *Clamo interdiu, ſed non reſpondes*, nec verbo, nec facto ipſo auxilio ferendo. Metaphora ſumta eſt a rege, qui ſubditum ſupplicantem reſponſo non dignatur, multo minus petita praeſtat; cf. Pſ. XIII, 4. XVII, 6. וְלַיְלָה *et noctu*, intellige אֶקְרָא, quod verbum ἀπὸ τοῦ κοίνου eſſe repetendum, oſtendit accentus diſtinctivus *Rbhia*. וְלֹא דוּמִיָּה לִי, *Neque ſilentium* contingit *mihi*. Voluit poeta his verbis geminare, quod praemiſerat; *non annuis mihi*. J. F. Fischerus in *Clavis Reliquiar. verſion. graecar. V. T. Particula I.*, Commentatt. Theologg. a *Velthuſenio* et *Künoelio* editt. Vol. IV. p. 260. verba noſtra ſic reddit: *neque tamen liberor malis*; ſive: *neque tu mihi opem fers*. Nam qui incommodis et rebus adverſis conflictatur, ita ut auxilium dei imploret, ei ab Hebraeis dicitur non contingere *ſilentium*, hoc eſt, *quietem* atque *otium*. Etenim ſilentium talis hominis eſt index otii et ſalutis, ab auxilio dei profectae. Nec ſenſum incommodum praebet J. B. Koehleri verſio (in *Repertor. Literat. bibl. et orient.* Vol. V. p. 19.): *mihi non eſt ſilentium*, i. e. mihi non eſt locus a turba vacuus, quo meae exaudiri poſſint preces. Alexandrinus verba hebraea ſic vertit: οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί, quod Vulgatus ita reddidit: *non ad inſipientiam mihi*. Quorum verborum qualis ſit ſenſus, non minus difficile eſt dictu, quam qua ratione in eam verſionem Alexandrinus inciderit. Ferrandus רְמִיָּה illum legiſſe opinatur, hoc ſenſu: *et non* (eſt) *dolus*, ſeu *peccatum* aut *inſipientia mihi*. Agellius ἄνοιαν pro *impotentia animi* h. l. accipiendum exiſtimat, ut Luc. VI, 11. ἐπλήσθησαν ἀνοίας, *repleti ſunt impotenti quadam ira*, ut verborum interpretis Alexandrini hic ſit ſenſus: quod clamo, et tuum auxilium inſtantiſſime flagito, non mihi ad impotentiam animi imputari poteſt, quaſi de Te conqueri videar, ſed hae voces ex maxima afflictione animi procedunt. Ceterum et Agellius Alexandrinum רְמִיָּה legiſſe arbitratur, et ſenſum ab eo ita conceptum:

ſin-

ſincero in te animo ſum. Sed nusquam alias Alexandrinus רְמִיָּה reddidit ἄνοιαν, verum ſemper ſive δόλον (ut Pſ. XXXII.), ſive δολίαν (ut Pſ. CXX, 2.), ſive alio ſimili vocabulo. Praeterea orationis hebraeae ſeries, bene monente Fiſchero, l. c., nullam, praeter vulgatam, lectionem videtur admittere: neque video, quod nomen reponi poſſit, quod reſpondeat vocabulo ἄνοια, et cujus literarum figurae non ſint nimis diſſimiles literis nominis רְמִיָּה. Poſſit aliquis ſuſpicari, Graecum interpretem nomen ἄνοια ſignificatione *quietis* adhibuiſſe. Quum enim ἄνοια dicatur etiam *ſtupor*, *ſtupiditas* (Suidas: Ἄνοια· ἡ ἀναισθησία· cujus deſcriptio eſt apud Theophr. Characterr. 14.), quum ſtupiditas cadat in eum, qui ſine ſenſu vivit, dubitari ſane non poteſt, quin ἄνοια ſignificarit quoque *inſenſationem* (praeſertim quum ἔννοια de *ſenſu* uſurpatum inveniatur, et quum inſenſationi ineſſe intelligatur notio *quietis*: quidni idem nomen Graecum poni de animo ita potuerit, ut *quietem* ejus et *otium* declararet? Cui ſententiae tamen Fiſcherus l. c. haec obvertit: „Quis vero credat, Alexandrinos Judaeos, quibus non deeſſent hoc in genere vocabula nota et vulgaria, iis nomen ἄνοια ita praetuliſſe, ut ipſi tribuerint vim reconditam novamque, et quidem ſponte, neque vocabuli Hebraici invitatu?" Ipſe vero Fiſcherus libros ſcriptos verſionis Alexandrinae hic corruptos eſſe ſuſpicatur, et pro οὐκ εἰς ἄνοιαν reſcribi oportere, aut, οὐκ εἰς ἄνεσιν, in quam conjecturam jam inciderat Semlerus in *Epiſtola ad Griesbachium*, p. 13., aut potius, οὐκ ἔστιν ἄνεσις. „Haec enim interpretatio poſterior quam accommodata ſit lectioni librorum Hebraicorum, quis non videt? quum non credibile ſit, interpretem legiſſe לְרְמִיָּה. Nam ἄνεσις refertur ad θλίψιν· vid. 2 Cor. VIII, 13. coll. VII, 5.: atque adeo *requietem* ſignificat. Heſychius: ἄνεσις· ἀνάπαυσις." Illum errorem tamen antiquiſſimis jam temporibus in exemplaria verſionis Alexandrinae irrepſiſſe neceſſe eſt, quia et alius quidam veterum interpretum, cujus nomen

eſt ignotum, h. l. ita poſuit: *καὶ οὐκ εἰς ἀφροσύνην*, *et non ad inſipientiam*, Alexandrinum manifeſte ſequutus.

4. Dixerat, ſe nocte ac die clamaſſe ad Jovam, et tamen non eſſe exauditum. Id quia contra ſpem ac conceptam fiduciam eveniebat, videbatur eſſe rarum, et parum convenire ingenio illo divino, quod prioribus ſeculis erant experti, qui in Jovam ſperaverant. Admirabundus itaque dicit: וְאַתָּה קָדוֹשׁ יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל *Et tamen tu ſanctus es, ſeſſor laudum Iſraelis*, et tamen tu Deus es ille, qui habitas in Iſraele, te laudibus efferente. קָדוֹשׁ h. l. *numen venerandum* denotat, ut ſaepiſſime. Jova in medio populi Iſraelitici habitaturum ſe promiſerat, arcam foederis ei tradiderat, et templum ſibi poſtea aedificari voluerat, unde auditurum preces ad ſe clamantium erat pollicitus (vid. Levit. XXVI, 11. 12. 1. Reg. VIII.). Hinc poeta Jovam appellat *ſeſſorem laudum Iſraelis*, i. e. inhabitatorem ſanctuarii, in quo ut preces ad eum pro auxilio ferendo fundebantur, ita laudes et gratiarum actio pro lato auxilio decantabantur. Aben-Eſra: תְּהִלּוֹת הבית הארון כדרך בֵּית קָדְשֵׁנוּ וְתִפְאַרְתֵּנוּ אֲשֶׁר הִלְלוּךָ אֲבוֹתֵינוּ *Sanctuarium, ſeu locus arcae, qui, ut dicitur Jeſ. LXIV, 11., eſt domus ſanctitatis et gloriae noſtrae, ubi laudaverunt te patres noſtri.* Ex eo ergo, quod Jova ad ſuas ſolius preces obſurdeſcebat, qui omni Iſraeli precanti aderat, continuisque laudibus ob latam opem celebraretur, magnitudinem ſuae calamitatis non ſine ſingulari affectus amplificatione oſtendit. Aliis תְּהִלּוֹת eſt *argumentum laudis*. Ita Kimchi, qui verborum noſtrorum ſenſum ſic expreſſit: ואיך לא תענה ואתה שאתה יושב וקיי׳ לעול׳ היתה פעמים רבות ההלות ישראל שהיו מהוללים אותך ההושיעך אותם מצרתם ואיך לא הושיעני כי אתה קיים לעד וככחך אז כהן עתת *Quare nunc me non exaudis, tu, qui idem ſemper permanens, multoties fuiſti argumentum laudum Iſraelitarum? quippe qui periculis atque aerumnis a te liberati, te ſemper celebrarunt? Cur, inquam, hoc tempore mihi non fers opem, quum ſis ae-*

tern

ternum immutabilis, eademque, quae olim tibi fuerat potentia, etiamnum fit? Muntinghe vocabulum יושב fignificatione *judicis*, five *regis*, *throno infidentis* accipiendum arbitratur, quemadmodum verbum יָשַׁב etiam Pf. IX, 8. et CII, 13. ufurpetur. Simili loquendi formula Romanis quoque judices *federe* dicebantur, cum fui copiam fecerunt, et cognitionibus vacarunt. Neque Graecis verbum καθίζεσθαι ea fignificatione inufitatum fuiffe, docent Lexica. תְּהִלּוֹת vero Muntinghio eft *Pluralis*, quem dicunt, *magnitudinis* et *excellentiae* (de quo vid. Glassii *Philol. S.* T. I. pag. 59. ed. Dath.), ut יְשׁוּעוֹת, Pf. XLII, 6. 12. XLIII, 5. Hinc verba noftra ita vertit: *Rex Ifraelis, fummis laudibus celebratus* (*Ifrael's hochgerühmter König!*). Ego tamen in ea, quam fupra dedi, explicatione acquiefcere malim, quum יוֹשֵׁב, ubi nomen fubftantivum poft fe habet, femper fignificet *habitatorem* ejus rei, quae fubftantivo nomine, quod fequitur, indicatur, ut Genef. IV, 20. יוֹשֵׁב אֹהֶל, *incola tentorii;* Jud. I, 21. יוֹשֵׁב יְרוּשָׁלַם, *incola Hierofolymorum;* III, 3. יוֹשֵׁב הַר הַלְּבָנוֹן, *incola montis Libanon.* Pf. IX, 12. Jova vocatur יוֹשֵׁב צִיּוֹן, *qui Sione habitat*, et 1. Sam. IV, 4. 2. Sam. VI, 2. 2. Reg. XIX, 15. יֹשֵׁב הַכְּרוּבִים, *feffor Cherubinorum.* H. E. G. Paulus in *Memorabill.* P. IV. p. 111. Verfum hunc fic vertit: *Tu vero, Sancte, filens permanes, procul a me inter laudes Ifraelis* (*Du, Heiligfter, bleibft ftille, fern unter Ifraels Verehrungen*), id eft, tu, Jova, procul abes a me, cui in caftris cum hoftibus eft conflictandum, tu in fanctuario tuo inter laudes et facrificia fedes, me vero haudquaquam curas. Quae fententia tamen reverentiae fummi numinis parum convenit.

5. Tu ille es idem hoc tempore, qui olim patrum noftrorum aetate praefidio illis faepe atque auxilio fuifti, in quo fperaverunt, cui erecto animo et fidenti adhaeferunt, quin etiam, fi quando adverfi cafus extollent, et calamitates imminerent, precibus ad te factis, fpeque

 omni

omni ac fide in te unum intenti, liberati funt a malis omnibus, et fpe fua non funt fruftrati: בְּךָ בָּטְחוּ אֲבֹתֵינוּ בָּטְחוּ וַתְּפַלְּטֵמוֹ׃ *In te fiduciam fuam collocabant patres noftri, fperabant in te, et aderas eis ope et liberatione tua.* Ultimum hujus Verfus vocabulum, וַתְּפַלְּטֵמוֹ, proprie fonat, *et eripuifti eos,* fcil. *e graviffimis periculis atque calamitatibus,* fignificat enim פִּלֵּט *eripere* penitus veluti conftrictum, ut Pf. XVII, 3. LXXXII, 4.

6. אֵלֶיךָ זָעֲקוּ וְנִמְלָטוּ *Ad te vociferabantur et erepti funt,* confervabantur: ufurpatur h. l. verbum הִמָּלֵט eadem fignificatione, qua paullo antea הִפְלִיט. Addit: בְּךָ בָּטְחוּ וְלֹא־בוֹשׁוּ *Te fidebant, neque pudefacti funt,* te freta erat fpes ipforum, neque fpei erant irriti, ut pudere eos hujus debuerit. „בוֹשׁוּ, *nec erubuerunt,* delufi nempe fua fpe, h. e. non fefellit eos ipforum in te pofita fiducia. Nam quando aliquis fpe fua dejicitur, laetove ac fperato laboris fui exitu fruftratur, *ruborem* in facie folet concipere, praefertim fi ab aliis ob hanc falfam fuam fpem fe videat deludi." Geier. Obfervandum eft, poetam verbum *fperandi* ter repetere, intermixto femel verbo *clamandi,* ut magis declaret anguftiam et luctationem fpei et fiduciae in Jovam.

7. Queritur, longe aliter fibi in afflictionibus ufu venire, quam prifcis patribus illis, qui fuis adverfis rebus admirabilis Jovae virtute adiuti effent et a malis liberati; fe vero in eam afflictionem, in eas aerumnas deveniffe, ut non homo, fed vermis exiftimetur, et indignus, qui hominis appellatione vocetur; eo usque perveniffe, ut, morti proximus, ex hominum cenfu et numero fere fit deletus. וְאָנֹכִי תוֹלַעַת וְלֹא־אִישׁ, *Ego vero vermiculus fum, nec vir,* hominis vix gero fimilitudinem, fed vermiculo abjecto et imbecilli fum fimilis, quem omnes averfantur et proculcant, cf. Job. XXV, 5. 6. et Bocharti *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XXVIII. T. III. p. 534. feqq. ed. Lipf. Recte Jarchi: כל ישראל מכנה כאיש אחד

de

de toto Iſraele loquitur tanquam de ſingulo viro. Quod et arguit illud, quod Verſu 5. אֲבֹתֵינוּ, cum ſuffixo primae perſonae *pluralis* dixit. חֶרְפַּת אָדָם וּבְזוּי עָם *Opprobrium hominum et propudium populi*, a viliſſimo quoque, qualis indicatur vocabulo אָדָם Pſ. XLIX, 3., contumelioſe tractor. Abſtractum, חֶרְפָּה, ponitur pro concreto, *deteſtabilis*, probroſe habitus, ut Pſ. XIX, 10. מִשְׁפְּטֵי יְהוָה אֱמֶת ubi cf. not. בְּזוּי עָם, *ſpretus populi*, i. e. ſpretus a toto populo, pro בָּזוּי מֵעָם: plura enim Participia paſſiva nomen, quod ſibi ope praepoſitionis jungi deberent, hac omiſſa vertunt in Genitivum, ita ut ipſi in regimine ponantur: veluti Geneſ. XXIV, 31. בְּרוּךְ יְהוָה, *benedictus a Jova*, pro בָּרוּךְ מִיהוָה; Job. XIV, 1. יְלוּד אִשָּׁה, *natus a muliere*, pro יָלוּד מֵאִשָּׁה; Jeſ. LIII, 4. מֻכֵּה אֱלֹהִים, *percuſſus a Deo*, pro מֻכֶּה מֵאֱלֹהִים. Cf. N. G. Schroederi *Syntax*. Sect. III. Reg. XCII, *β*. et Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 278. ſeqq.

8. Neque ſolum, pergit poeta, contemnunt me, ſed, quod acerbius eſt, et ad injuriam gravius, etiam derident atque ſubſannant, adhibito inſuper oris et corporis geſtu. כָּל־רֹאַי יַלְעִגוּ לִי *Quicunque me adſpiciunt, ſubſannant me.* Verbum לָעַג proprie *balbutire* ſignificat, ut Syrorum ܠܥܓ, qua ſignificatione Jeſaj. XXVIII, 11. occurrit (לַעֲגֵי שָׂפָה, *balbuties*, barbaries *labiorum*), hinc *ſannas facere*, *ſubſannare*, ut Prov. I, 26. Pſ. II, 4., cui enim illudere volumus, barbara, blaeſa, balbutientia, et quae intelligere nequit, reſpondemus aut acclamamus inconditos ſonos. יַפְטִירוּ בְשָׂפָה, *Hiatum faciunt labio*, diducunt labia, qui mos eſt irridentium. J. D. Michaelis in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. V. p. 2002. inter duo illa vocabula hebraea nomen שִׁנַּיִם, *dentes*, inteligendum arbitratur, ut proprius hujus dictionis ſenſus hic ſit: *exſerunt dentes per labia*, quod eſt ridentium. Similiter Arabibus فطر primo eſſe *ſindere*, deinde *dentes exſerere*. Et Syris etiam ܦܛܪ in conjugatione *Aphel* ſigni-

fignificat: *irrifit labiorum geftu, fubfannavit.* Id ipfum verbum noftro loco ufurpavit Syrus interpres, qui fic vertit: ܐܦܬܪܘ ܒܣܦܘܬܗܘܢ, quod Gabriel Sionita latine ita reddidit: *dimoverunt labia fua.* LUDOVIC. *de* DIEU in *Criticis facris* ad locum noftrum, „In Lexico ait, Syro-Arabico, ubi eadem haec verba proferuntur, dicitur effe ܡܬܬܙܝܥܢܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܣܦܘܬܐ ܚܕܐ ܠܘܩܒܠ ܚܒܪܬܗ, *commotio duorum labiorum unius contra alterum.* Arabice in eodem Lexico exponuntur; تحركوا شفاتهم عوجوا افواهم وافطروها, *commoverunt labia fua, torferunt ora fua et fiderunt ea.*“ Alexandrinus fic vertit: ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, *locuti funt labiis,* ut Vulgatus reddidit. Ad quae verba AGELLIUS: „Hebraeum verbum *apertionem* quandam et *relaxationem* labiorum fignificat, ac fi dixiffet: laxaverunt et aperuerunt labia, effufa quadam intemperantia et licentia maledicendi et contemnendi.“ *Aperiendi* et *emittendi* fignificationem verbo פָּטַר h. l. etiam tribuunt Hebraei. Aben-Efra: יַפְטִירוּ יפתחו כמו פֶּטֶר רֶחֶם והבי״ת דרך צחות כמו לַחֲמוּ בְּלַחְמִי ויתכן שתחסר מלה. *Verbum* יַפְטִירוּ *fignificat hic* aperiunt, *quemadmodum Exod. XIII,* 12. פֶּטֶר *de* apertione matricis *ufurpatur; particula* בְּ *ante* שָׂפָה *vero eleganter abundat, ut Proverb. IX,* 5. edunt בְּלַחְמִי panem meum. *Confentaneum autem fuerit, quiddam intelligere, quod omiffum eft,* veluti: ut me irrideant, ut verbis mihi infultent (labia aperiunt), aut fimile quid. Paullo aliter KIMCHI; יַפְטִירוּ ענין השילוח והפתיחות תרגום וְהָאֲנָשִׁים שֻׁלְּחוּ וְגֻבְרַיָּא אִתְפְּטַרוּ ופירושו ישלחו בשפה הדברים ויפתחו אותם מן פוטר מַיִם והשלוח יבא במים כמו הַמְשַׁלֵּחַ מַעְיָנִים והשלוח יבא גם בדברים כמו פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה. *Verbum* הִפְטִיר *h. l. fignificatione* dimittendi *et* aperiendi *fumendum eft, quo ipfo fignificatu et Chaldaeis ufurpatur. Ita Chaldaeus interpres Genef. XLIV,* 3. [et viri illi dimiffi funt] *pro*

He-

Hebraeo שִׁלְחוּ *pofuit* אַחְפְּטִרוּ. *Noftrorum verborum fenfus itaque eft hic: emittunt verba per labia eaque aperiunt.* Aperiendi *enim fimulque emittendi fignificatione verbum noftrum etiam Hebraei ufurpant, ut Proverb. XVII,* 14. פּוֹטֵר מַיִם aperiens emittensque aquas (demtis aggeribus). *Similiter verbum* שָׁלַח *aeque de* aquarum apertione et emiffione, *ut Pf. CIV,* 10. fontes הַמְשַׁלֵּחַ aperiens et emittens in rivos, *ac de* verborum emiffione *dicitur, veluti Pf. L,* 19. os tuum שָׁלַחְתָּ aperies ad malum. Chaldaeus noftro loco fenfum tantummodo utcunque expreffit, vertit enim ita: מְחַבְּרִין בְּסִפְוָתְהוֹן, *rodentes*, profcindentes, *labiis fuis.* Simili, qua h. l. loquendi formula irridentium vultus defcribitur Pf. XXXV, 21. וַיַּרְחִיבוּ עָלַי פִּיהֶם *diftendunt contra me os fuum, diducto contra me ore exclamant: euge! euge!* Et Job. XVI, 11. פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם *diftendunt os contra me, ignominiofe alapas mihi infligunt.* Sed capitis etiam motibus poetae noftri adverfarii contemtum fuum in illum teftificantur: יָנִיעוּ רֹאשׁ, *quaffant caput*, geftu eorum, qui mifericordiam de alicujus infortunio fimulantes ei illudunt. Ita 2. Reg. XIX, 21. *Spernit te,* Sennacheribe, *irridet te Sion,* אַחֲרֶיךָ רֹאשׁ הֵנִיעָה *caput poft te quaffat Hierofolyma.* Pf. CIX, 25. *Ludibriis eorum expofitus fum, adfpiciunt me,* יְנִיעוּן רֹאשָׁם *nutantque capitibus.* Thren. II, 15. *Praetereuntes manus de te complodunt, fibilant,* וַיָּנִיעוּ רֹאשָׁם *et capita quaffant.* Cf. Jo. Gothofr. Lackemacheri Obfervat. *de formulis motitare caput et aperire os,* quae *quarta* eft in ejusdem *Obfervatt. Philologicc.* P. VII. p. 55. feqq. Eodem modo Jefu, e cruce pendenti, illufiffe homines improbi narrantur Matth. XXVII, 39. Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.

9. Neque geftu folum et vultu, poeta pergit, cavillantur me homines petulantes et improbi, fed voce etiam et verbis, dum a Te, unico meo patrono et defenfore, rejectum atque derelictum me jactant, ac fiduciam,

quam

quam in tuo auxilio pofui, tanquam vanam prorfus et irritam, derident: גֹּל אֶל־יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ. Ante haec verba intelligendum effe לֵאמֹר, *dicendo*, vel Participium אֹמְרִים, ut alias faepe, veluti Pf. II, 3. Cohel. IV, 8. Proverb. VI, 10., res ipfa docet; fed de verborum ipforum fenfu controverfia inter viros doctos agitur, quum in vocabuli גֹּל interpretatione diffentiant. Atque 1) longe quidem plerique illud ad verbum גָּלַל, *volvit, devolvit*, referunt, qui tamen et ipfi de forma vocabuli inter fe discrepant. Etenim 1) aliis eft *Infinitivus*, ad quem verbum finitum fit intelligendum, qualis breviata dicendi formula apud Hebraeos maxime frequens eft (vid. fupra ad Vs. 2.), ut poetae plene ita dicendum fuiffet: גֹּל יָגֹל, *volvendo volvat*. Plura exempla attulit Th. F. Stange in *Anti-Critika in locos quosdam Pfalmorum*, P. I. p. 124. 125., qui ipfe noftra verba hoc modo explicanda cenfet. 2) Aliis vero, ut Aben-Efrae גֹּל eft תאר השם פרמות פועל על משקל לֶחֶם הֹם, *nomen adjectivum participiale, contracte pro* גֹּלֵל, *ad formam* פּוֹעֵל, *ut* לֶחֶם חֹם *panis recens*, 1. *Sam. XXI, 7.* Cui exemplo Salomon Ben-Melech in מִכְלַל־יוֹפִי addidit aliud ex Proverb. X, 29. מָעוֹז לַתֹּם דֶּרֶךְ יְהוָה, *munimentum eft integro religio Jovae*. Quod fi probes, vertendum erit: *volvens eft*, devolvere folet, *ad Jovam* res fuas, id enim intelligendum effe, omnes confentiunt, qui noftram dictionem a verbo גָּלַל, *volvit*, derivant. Plena loqoutio occurrit Pf. XXXVII, 5. גּוֹל עַל יְהוָה דַּרְכֶּךָ, *devolvas ad Jovam viam tuam*, inftitutum omne tuum; nec non Proverb. XVI, 3. גֹּל אֶל־יְהוָה מַעֲשֶׂיךָ *volve ad Jehovam res tuas*. „Eft metaphora," ait Clericus, „ex iis defumta, qui nimis onufti aut totum onus, aut ejus certe partem ex humeris devolvunt, et alii robuftiori, aut nequaquam onufto, mandant. Gallice: *fe decharger fur quelqu'un*. Hic eft, adquiefcere in divina providentia, ejusque auxilium non fine fiducia exfpectare. Eft egregius hanc in rem locus Aeschyli in Agamemnone, Vs. 171.

Οὐκ

Οὐκ ἔχω προσεικάσαι
Πάντ' ἐπισταθμώμενος
Πλὴν Διὸς, εἰ τόδε μάταν
Ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
Χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.

Non poffum conjectare, cum omnia penfitem, praeter Jovem, in quem hoc vanum curae pondus *projiciendum fit, oporteat vere projicere.*" - Sic verborum noftrorum mens fuerit haec: caufam fuam Jovae commifit, curam fuam et follicitudinem omnem in eum projecit, eripiat igitur eum et falvum faciat. Eundem hunc fenfum h. l. expreffit Alexandrinus: *ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, fperavit in Domino, eripiat eum*, ut Vulgatus reddidit. Item Syrus: ܐܬܬܟܠ ܥܠ ܡܪܝܐ ܢܦܪܩܝܘܗܝ, *confidit in Domino, eruat eum.* Verum haec interpretatio quamvis fenfum fundat minime ineptum, et auctores ejus fint veteres, iique non contemnendi, tamen recentiorum nonnulli, quod *volvendi* fignificatio, vocabulo גֹּל tributa, ipfis non fatis quadrare videretur ad חָפֵץ, quod illi in hemiftichio altero refpondet; alia ratione hunc locum interpretandum arbitrati funt. II) J. D. Michaeli in *Supplemm.* p. 284. גֹּל eft tertia Praeteriti perfona conjugationis *Cal*, ad formam אוֹר, *illuxit*, et בּוֹשׁ, *erubuit*, defective pro גּוֹל, fcriptum, quemadmodum in quatuor codicibus, a Kennicotto infpectis, reperitur. Verbi גול fignificationem vero petit ex Arabico وَجِلَ (quum verba primae radicalis Jod et mediae radicalis Vav faepe inter fe permutari foleant), *timuit fibi ab alio*, cui fignificationi Michaelis addit hauo: *palpitavit timore.* „Verba autem *timendi*," ait, „et *confugiendi*, cum אֶל vel לְ conftructa, Hebraeis fignificant *confidere*, ut חָסָה לַיהוָה, *confugit ad Jovam*, i. e. confifus eft in Jova. Poffit ergo יְהוָה אֶל־ גֹּל idem fignificare." In qua interpretatione maxime hoc displicet, quod verbo גּוֹל *confugiendi* fignificatus

tus plane arbitrario tribuitur. Alii verum dictionis noftrae fenfum expreffum putant III) a Chaldaeo, qui fic vertit: שַׁבַּח קֳדָם יְיָ *laudes cecinit coram Domino*, 'fummis laudibus femper extulit fuum Jovam, hunc fumma obfervantia et religione coluit, hic igitur et nunc eum falvum reddat. Quam interpretationem qui probant, Verbum גּוֹל, cujus notio primaria in *circando*, *in orbem eundo* fita eft, ut Arabum جال (pro جَوَلَ) docet, translatum putant ad *feftas choreas* (cf. not. ad Pf. II, 11.), unde demum generalem *exfultandi*, *laetandi* fignificatum accipit, quo ufurpatum legitur Proverb. XXIII, 23. 24., גֹּל porro abbreviate pro גּוֹל fcriptum volunt, ad formam אוֹר, et בּוֹשׁ. Particulam אֶל vero h. l. valere dicunt *propter*, ut 1. Sam. IV, 21. 2. Sam. XXI, 1. Sed verbum גּוּל aut גִּיל, ubi fignificat *de re* aliqua *laetari*, alias femper per ב nomini praemiffum conftruitur, vid. Prov. XXIII, 23. 24. infra LXXXIX, 17. Jefaj. XXIX, 19. XLI, 16. LXI, 10. Acquiefcimus itaque vulgo receptae interpretationi, quam fupra primo loco pofuimus. Sequitur: יַצִּילֵהוּ כִּי חָפֵץ בּוֹ, *liberet eum, nam delectatur eo*, quod ambiguum eft, quum incertum fit, *Deus*ne fit, an vero mifer, qui hoc carmine queritur, ad quem חָפֵץ pertineat. I) Atque *Jovam* quidem effe, qui delectetur *Davide*, obfervantiffimo fui et diligentiffimo cultore, opinantur interpretes longe plerique. Ita Aben-Efra: כִּי חָפֵץ בּוֹ השם *nam delectatur eo Deus.* Nec non Kimchi: כִּי חָפֵץ יי' בּוֹ וישמע תפלתו *nam delectatur Deus illo, ejusque preces exaudit.* Quod fequutus Rudingerus noftri incifi fenfum ita reddidit: *hic eripiat eum, fiquidem hunc tam habet benignum et propitium fibi, fi tam placet fibi.* Verum, quum in hemiftichio priori גֹּל aperte de mifero, cujus querimonias continet hic Pfalmus, fit accipiendum, fuadet *parallelifmi membrorum* lex, et חָפֵץ, quod illi גֹּל in pofteriori hoc hemiftichio refpondet, II) ad eundem illum referre, qui Jovâ, tanquam praefidio fuo,

ſuo, delectetur. Huic loco ſimilis eſt alius, in quo poeta Jovam loquentem infert hoc modo (Pſ. XCI, 14.).

כִּי בִי חָשַׁק וַאֲפַלְּטֵהוּ
אֲשַׂגְּבֵהוּ כִּי יָדַע שְׁמִי׃

Mei deſiderio tenetur, ideo quoque eum eripiam; tutum eum praeſtabo, nam ſuſpicit meam majeſtatem, veneratur me. In Graeca Alexandrina verſione hic Verſus ita ſonat: *ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.* A quibus verbis quum parum aut nihil differant illa, quibus, Matthaeo (XXVII, 43.) referente, ſcelerati Pontifices et Senatores illuſerint Jeſu, Meſſiae, e cruce pendenti: *πέποιθεν ἐπὶ τὸν θεὸν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν·* communis fere ab antiquiſſimis inde temporibus interpretum Chriſtianorum erat opinio, praeſagiſſe Davidem hic Meſſiae vexationem et contumelias. Quae opinio tamen tantum abeſt, ut certis firmisque argumentis innitatur, ut potius non unum ſit, quo illa, ſi non prorſus everti, certe admodum labefactari poſſit. Primo enim omnino perquam eſt dubium, reſpexiſſe homines illos, qui illis, quae apud Matthaeum legimus, verbis, Jeſum ſunt cavillati, noſtrum Pſalmum. „Quid enim? (verbis utor G. F. Hufnagelii, V. S. V., in Pſalmum noſtrum, quae legitur in *Commentatt. Theologg.* P. V. p. 34. ſeqq.) Eſtne dictum illud *ſingulare* adeo, et *uni proprium*, ut nemini in mentem venire poſſit, ne illis quidem non e plebe hominibus, ſed *pontificibus, legum peritis,* et *ſenatoribus?* Nihil ſane verbis illis, a Matthaeo relatis, ineſt ſive gratiae, ſive veneris, ſive etiam inflammationis animorum, quod hic invenire nos jubeat disjecti membra poetae. Nam plana ſunt omnia, ſeu, ut verum fateamur, nihil eſt, quod dici poſſit planius, quam, *πέποιθεν Ἰησοῦς ἐπὶ τὸν θεὸν, κ. τ. λ.*" Fac autem, uſurpaſſe ſacerdotes et ſenatores iſtos ipſa Pſalmi noſtri verba. Quid inde conſequitur? Praeſenſiſſe qui hoc carmen effudit, aerumnas illas, quas mul-

tis poft ipfum feculis Jefus effet perpeffurus? Minime vero, putem.

10. Animum tanta malorum tanquam mole afflictum prorfus atque oppreffum erigit fpe et fiducia in virtute ipfius illius Jovae, qui ipfum in hunc mundum produxerit, et huc usque fuftentaverit. Namque mentem ejus hujusmodi cogitationem fubire oportuit: fi te Deus in lucem hanc absque tua et fcientia et virtute eduxit, fi te lactentem, dum nihil tibi poteras profpicere, tam benigne fovit, haud poterit admittere, ut modo, cum prope adeo accefferit prematque fumma adflictio, abfit longius. כִּי אַתָּה גֹחִי מִבָּטֶן *Nam tu is es, qui me extraxifti ex utero.* Verbi גּוּחַ notio primaria et generalis haud dubie eft haec: *cum vi quadam et violentia prodiit, prorupit,* id quod clariffime apparet cum ex Chaldaica dialecto, in qua גּוּחַ maxime de his ufurpatur, qui *ad bellum et pugnam exeunt,* tum vero ex Syriaco ܓܚ, quod non folum de *aquis proruptis ac exundantibus* dicitur, verum etiam de *partu,* qui materni uteri clauftris tanquam perruptis in lucem prodit; cujus quidem pofterioris fignificatus exemplum ex Ephremo attulit J. D. Michaelis ad *Caftelli Lexic. Syriac.* a fe edit. p. 140. In Hebraeo noftrum verbum uno eodemque loco, Job. XXXVIII, 8., fimul ad *aquas proruptas* et ad *partum prodeuntem* adhibetur: וַיָּסֶךְ בִּדְלָתַיִם יָם בְּגִיחוֹ מֵרֶחֶם יֵצֵא *Quis mare valvis praeclufit, dum prorumperet tanquam ex utero?* De partu dicitur quoque Mich. IV, 10. חוּלִי וָגֹחִי בַּת־צִיּוֹן כַּיּוֹלֵדָה *Ejula et enitere, filia Sion, ut parturiens.* Quod vero formam vocabuli attinet, Aben-Efra illud dicit effe פועל או שם התאר, *vel Infinitivum, vel Participium.* Qui pro *Participio* habent exempla ejusdem formae afferunt אוֹר, *lucens,* Proverb. IV, 18., גּוֹזִי, *eripiens me,* Pf. LXXI, 6. הַקּוֹמִים, *infurgentes,* 2. Reg. XVI, 7., בּוֹשִׁים, *erubefcentes,* Ezech. XXXII, 30. Sed quum גּוּחַ verbum fit *intranfitivum,* ego poft

poſt A. Schultensium in *Inſtitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* pag. 363. noſtrun גֹּחִי malim pro *Infinitivo* accipere. - Ad verbum ita erit vertendum: *Tu τὸ prodire meum*, i. e. auctor proditus mei ex utero, per metonymiam effectus, qua effectus ponitur pro eo, qui ejus eſt auctor, qua quidem ſigura nihil eſt frequentius apud Hebraeos ſcriptores. Notiſſimum eſt illud Geneſ. XV, 1., ubi Jova Abrahamo dicit אָנֹכִי שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד, *ego ſum merces tua maxima*, id eſt, auctor et collator mercedis maximae. Cf. Glassii *Philolog. S.* p. 839. ed. Dath. et Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 157. coll. p. 13. 76. Haudquaquam vero opus eſt, aut lectionem receptam ſollicitare, quemadmodum Hubigantius et Kantelaar fecerunt, quorum ille Participium conjugationis Hiphil, מְגִיחִי, *educens me*, pro גֹּחִי, reponendum cenſuit, hic vero in *Specim. altero Obſervatt. philologg. et critic. ad quaedam V. T. loca* (Lugd. Batavor. 1781.) noſtrum גֹּחִי in גֹּזִי convertit, ex Pſ. LXXI, 6.; aut poſt Muntinghium גֹּחִי interpretari *aſylum meum*, ex Arabum وجح, quod in Conjug. IV. praeter alia etiam *confugit ad aliquem* ſignificat, unde مُوجَح *refugium, aſylum.* Quae interpretatio potiſſimum ideo reprobanda videtur, quod verbum גחה ex uſu loquendi Hebraeis recepto ad *partus proditum* ſignificandum adhiberi ſolebat, id quod ſuperius vidimus. Addit poeta: מַבְטִיחִי עַל־שְׁדֵי אִמִּי, *ſecurum me reddens ad matris meae ubera*, ſtatim atque natus fui deinde toto eo tempore, quo ex uberibus matris meae pependi, mei curam ſuscepiſti aſſiduam ac diligentem, et ab omnibus illis malis, quae naturae humanae omni tempore impendent, tutum et intactum me praeſtitiſti. Alii ſic interpretantur: *tu confidentem me reddis*, tu commoviſti ſpem et fiducia in te mihi, tu eras ſpes et fiducia mea, quando ſugebam adhuc ubera matris meae. Kimchi: „Quomodo tu nos non ſalvos redderes, qui te Deum agnoſcimus et in te fiduciam ponimus?“

11. עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם *Ad te rejectus ſum,* me rejeci, tanquam in gremium, *ab utero,* ubi primulum coepi ratione uti, in bona tua providentia indeſinenter confidi, te niti coepit et in te recumbere ſalus mea. Hunc ſenſum commendat locus noſtro, fere per omnia, par, Pſ. LXXI, 6.

עָלֶיךָ נִסְמַכְתִּי מִבֶּטֶן
מִמְּעֵי אִמִּי אַתָּה גוֹזִי
בְּךָ תְהִלָּתִי תָמִיד׃

In te nixus ſum inde ab utero, tu me de ventre matris meae extraxiſti, de te laus mea continua. Alii metaphoram hoc loco uſurpatam exiſtimant deſumtam eſſe vel ab obſtetrice, in cujus ſinum infans naſciturus cadit, vel a more veterum, infantes recens natos genubus patris imponendi, vid. Geneſ. L, 23. Job. III, 13. XXI, 11. Ita ſenſus erit: *tu me filium agnoviſti.* מִבֶּטֶן אִמִּי אֵלִי אָתָּה *Ab utero matris meae Deus meus es tu;* verbis magis propriis enunciat, quod modo figurate dixerat:, patrocinio tuo inde ab ortus mei tempore defenſus, nullum tempus praetermiſi, in quo non ſpem meam in tua bonitate locarem.

12. Orat Jovam, ut recordetur priſtinam illam ſuam erga ſe voluntatem, tali tempore, quo periculum ineluctabile imminere videatur, nec ullus ſit, vel qui velit, vel poſſit opitulari: אַל־תִּרְחַק מִמֶּנִּי כִּי צָרָה קְרוֹבָה כִּי אֵין עוֹזֵר *Ne ſubducas te a me longius, prope enim acceſſit anguſtia, nec eſt, qui adjuvet.* De verbo רָחַק uſurpato de eo, qui auxilium denegari videtur, cf. not. ad Pſ. X, 1. et ſuperius ad Vs. 2. De צָרָה vid. ad Pſ. IX, 10. Ceterum obſervat Aben-Eſra, elegantiam eſſe in eo, quod קְרוֹבָה verbo תִּרְחַק opponatur, quaſi poeta dicere voluiſſet: quo propius mihi inſtat mortifera anxietas, eo longius tu a me recedere videris.

13. Quia Verſu, qui proxime praeceſſit, oraverat ad Jovam, ne ipſum deſerat, propterea quod anguſtia

pro-

proxima eſſet, eſſet autem nemo, qui opem ferret, ſubdit jam recto ordine, quae ſit illa anguſtia, quae ad tam anxios clamores ipſum cogat. Queritur ergo, ſe non minas duntaxat et irriſiones adverſariorum ſuſtinere, ſed ipſum impetum irruentium jam et perdere conantium. Et ut oſtendat magnitudinem periculi, graviter adverſariorum ſuorum cum vires, tum vehementem crudelitatem et perdendi fervorem, imo furorem, deſcribit: סְבָבוּנִי פָּרִים רַבִּים אַבִּירֵי בָשָׁן כִּתְּרוּנִי *Circumdant me tauri multi et magni, validiſſimi Baſanitidis me cingunt*, circumdant me illi mei hoſtes, ac undiquaque circumveniunt magno numero, haud aliter animati, ac ſi feroces juvenci, quales ſunt tauri, in pinguibus Baſanitidis paſcuis alti et educati, impetum in me meditantes, et cornua jactantes, me circumſiderent ex omni parte: פַּר proprie dicitur *bos a tertio inde anno*, cui primogenii dentes jam exciderunt, ſignificat enim verbum فَرَّ Arabibus in Conjug. IV. *primogenios dentes ejecit, et cum aliis novis commutavit* camelus vel equus, unde *pullus ovis, caprae, vaccae ſylveſtris* dicitur فُرَارٌ, nempe talis, cui primogenii dentes jam exciderunt (minime igitur nomen obtinuit a *fugiendo* et *pavendo*, ut Paulus opinatur in *Clavi* h. l.). Vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXVIII. (T. I. p. 271 — 273. ed. Lipſ.), et J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. V. N. 2078. Sed פַּר et multo latius, de omni bove adulto, *tauro* etiam, dicitur. Quae quam ita ſint, non audiendus eſt B. G. D. Schulze, qui in *Conjecturis Criticis ad Pſ. XXII*, 13. (inſertae ſunt *Biblioth. Haganae* Claſſ. II. Faſc. I. p. 39. ſeqq.) §. 7. פַּר h. l. pro פְּאֵר poſitum dicit, cui nomini a verbo פֵּאֵר, *ornare, honorare*, ſignificationem *viri honorati, principis*, affingit, repugnante uſu loquendi. רַבִּים utrumque, *multos*, et *magnos*, ſignificare, notum eſt. אַבִּירֵי בָשָׁן, *Validiſſimi Baſanitidis*, ſuper-

ſuperlativum enim, quem vocant, gradum, Hebraei hoc modo exprimere ſolent, quemadmodum 1. Sam. XXI, 8. אַבִּיר הָרֹעִים, *robuſtiſſimus paſtorum.* Quos autem poeta אַבִּירֵי בָשָׁן hic vocat, Agellio ſunt *bellatores Baſanitidis,* milites et homines bello adſueti, „fortiſſimos enim," ait, „et bellicoſiſſimos viros ex Baſane extitiſſe legimus. Nam et Og ipſe rex Baſanis de reliquiis Gigantum fuit, et tota regio terra gigantum prius appellabatur." Similiter B. G. D. Schulze in *Conjecturis criticis,* quarum paullo ante mentionem fecimus, אַבִּירֵי בָשָׁן *potentes Baſanis* vertit. Etenim belli Neſibeni temporibus, ad quae carmen noſtrum referendum opinatur, regionis Baſaniticae proceres, terris regis Neſibeni ſinitimos, non ſolum hoſtium rebus clam faviſſe, verum etiam aperte eorum partes ſequutos fuiſſe et a Davide deſciviſſe ſuſpicatur. Verum אַבִּירִים *tauros* h. l. interpretari, paralleliſmi membrorum leges jubent, quum פָּר praeceſſerit. De *tauris* nomen illud etiam dicitur Eſaj. XXXIV, 7. וְיָרְדוּ פָרִים עִם־אַבִּירִים *deſcendent* ad mactationem *juvenci cum tauris.* Item Pſ. L, 13. הַאוֹכַל בְּשַׂר אַבִּירִים, *An comedo carnem taurorum?* Nec non Pſ. LXVIII, 31. *Perde feram arundinis,* עֲדַת אַבִּירִים, *coetum taurorum.* Vocat autem poeta adverſarios ſuos *tauros Baſaniticos,* ut indicaret, eos non eſſe vulgares tauros, ſed tauros robuſtiſſimos. *Baſan* enim, quae erat regio trans Jordanem, Jabocum inter et Arnonem torrentes ſita, laetis abundans paſcuis, omnis generis pecora alebat pinguiſſima atque fortiſſima, vid. Deuteron. XXXII, 14. Ezech. XXXIX, 18. Amos. IV, 1. Cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXXI. T. I. p. 309. 10. ed. Lipſ. Quare Alexandrinus interpres pro אַבִּירֵי בָשָׁן poſuit *ταῦροι πίονες, tauri pingues,* atque Theodotion *ταῦροι λίπαροι, tauri nitentes,* quia pecus, quod paſcuis laetis utitur, fere nitere, opimumque eſſe ſolet. Hanc enim interpretationem, *ταῦροι λιπαροὶ περιέχον με,* quae in Hexaplorum Origenianorum Fragmentis, a Montefalconio editis, Aquilae tribuitur, Theo-

dotioni

dotioni vindicavit J. F. Fischerus in *Specim. Clavis Reliquiar. Verſſ. Graecar.* p. 64. 65., qui ipſe Vir Doctus ejusdem illius libri p. 39. et docuit, Aquilam verba hebraea h. l. non ſic vertiſſe, δυνάσται Βασὰν διεδειγματίσαντό με, ut apud Monteſalconium leguntur, verum ita: δυνάσται Βασὰν διεδηματίσαντό με, *potentes Baſanis obſeſſum me tenent faſciae*, diadematis, *inſtar*, quae eſt propria verbi כִּתֵּר ſignificatio, quod et Jud. XX, 43. de Benjaminitis uſurpatur, in fuga ita cinctis, ut nulla elabendi rima ſupereſſet. Ceterum *tauris* Hebraei ſcriptores ſaepe comparant homines ſtolide feroces, quique virium fiducia obvios quosque obterunt, veluti *Idumaeos*, Jeſaj. XXXIV, 6. 7., *Babylonios*, Jerem. L, 27. Cf. Ezech. XXXIX, 18. 19.

14. Expreſſurus adhuc dilucidius magnitudinem periculi propter circumdantium ſe hoſtium ferociam et crudelitatem ſingularem, non eſt contentus ſimilitudine taurorum pinguium, quorum forſan ferocia ad exprimendum improborum iſtorum furorem aequo minor videbatur, ut ſolent, qui in anguſtiis ſunt, ſed adducit longe terribiliorem ac vehementiorem ferociam, nempe leonis, idque non cujusvis, ſed ejus, qui praedam nactus, vicinam aperto jam rictu, magnoque et immani rugitu devorare quaſi totam conatur: פָּצוּ עָלַי פִּיהֶם *Aperiunt contra me os ſuum*, patente rictu in me inhiant, אַרְיֵה טֹרֵף וְשֹׁאֵג, tanquam *leo* praedam *dilaniaturus et rugiens*. Ante אַרְיֵה deficit כְּ, particula comparationem indicans, ut alias ſaepe, veluti Geneſ. XLIX, 9. 14. Deut. XXIV, 14. Quod autem poeta dixit: *leo praedam dilanians et rugiens*, ad naturam leonis accommodate dixit, quippe qui rugire ſolet, ubi praedam videt, unde Amos III, 4. *An rugiet leo in ſylva, quum praeda non eſt ei? An edet leunculus vocem ſuum e cubili ſuo, niſi ſit, quod capiat?* Et Pſ. CIV, 21. כְּפִירִים שֹׁאֲגִים לַטָּרֶף *leunculi rugientes ad praedam*. Leonibus vero comparare homines feroces atque violentos, ſolenne eſt Hebraeorum poetis, vid. Pſ.

 XXXV,

XXXV, 17. LVII, 5. LVIII, 7. Kimchi: כן נבוכדנצר וסיעתו אחר שהורגים ובוזזים אותנו הם שמחים ומתהללים *Ita Nebucadnezar ejusque turba; poſtquam nos occiderunt et ſpoliarunt, laetantur et gloriantur.*

15. In tantis, quae undiquaque circumſtant ipſum, periculis, adeo metu ſe exanimatum omnique virtute exinanitum deſcribit, ut ceu aqua diffluxerit, et luxata ſint omnia oſſa ſua: queritur, cor in cerae modum, a calore ignis vel ſolis dilabentis, colliquiſſe, ſuccum omnem ita abſorptum, ut veluti teſta aruerit, linguaque palato adhaeſerit; plane ita ſe comparatum eſſe, ut qui jam ſepulchro demandandus fuerit. כַּמַּיִם נִשְׁפַּכְתִּי *Inſtar aquarum effuſus ſum*, ſicut aqua in terram effuſa in omnes dilabitur partes, ſe ipſam terminis ſuis continere non valens, nec etiam recolligi poteſt denuo, ita et ego, omnibus viribus exhauſtus, totus corruo et miſere abſumor. Aben-Eſra: דרך משל מרוב הפחד היה כמַיִם אשר לא יֵאספו כן נפזרו איבריו *Translatio haec eſt; prae metu inſigni eſt inſtar aquae effuſae, quae congregari nequit, ita disjuncta ſunt oſſa ſua.* Ita 2. Sam. XIV, 14. *Mortales ſumus*, וְכַמַּיִם הַנִּגָּרִים אַרְצָה אֲשֶׁר לֹא יֵאָסֵפוּ *et aquae inſtar in terram effuſae, quae non congregatur.* Alii comparant Thren. II, 11. נִשְׁפַּךְ לָאָרֶץ כְּבֵדִי, *effuſum eſt in terram jecur meum, propter contritionem filiae populi mei*, id eſt, prae dolore ac terroribus fere exanimor, ac ſi jecur cum omni ſanguine effunderetur. וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי *Disjunxerunt ſe omnia oſſa mea*, evaneſcente carne corporis mei, univerſa compages oſſium meorum remiſſa quaſi distenta et luxata; corpus meum labans vix poſſum ſuſtinere. הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי *Factum eſt cor meum tanquam cera, colliquit inter viſcera mea*, cor meum, in quo vitae atque animi ipſius ſedes eſt, metu conterritum, dolore ac moerore confectum, miſere contabeſcit. Verbum מָסַס in conjugatione Niphal et alias de cordis ob metum deliquio uſurpatur, veluti Nah. II, 11. Ezech. XXI, 12. 2. Sam. XVII, 10. Deut.

Deut. XX, 5. Conf. Glassii *Philolog. S.* p. 1081. ed. Dath. Eadem comparatione utitur Ovidius *e Ponto* L. I. Epiſt. II. Vs. 57. ſeq.

Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis,
Ignibus admotis ut nova cera ſolet.

16. Teſtae jam ſe comparat argillaceae, cujus humor in furno prorſus ſolet abſumi atque excoqui; יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי *Exaruit, tanquam teſta, vis mea.* Aben-Eſra: ולא יוכל לדבר על כן אמר אחד מהגאונים כי כחי הפך חכי ולפי דעתי בעבור היות חיי האדם ליחת התולדה הקושרת הכל המעמדת· הגוף כונה הליח׳ בשם כח והנה יבש כאשר יקרה לזקן הבא בימי׳ *Ne verbum quidem proloqui potuit* [queritur enim, linguam ipſi palato adhaerere]. *Quare Talmudicorum aliquis* כֹּחִי *inverſis literis pro* חִכִּי, palatum meum, *accepit. Sed ex mea ſententia poeta* roboris *nomine ſuccum et humorem illum vitalem intendit, qui eam conſtituit qualitatem, qua totius corporis ſtructura ſuſtinetur et inter ſe continetur, in ſenectute vero exſiccatur.* Eundem hunc ſenſum bene expreſſit Rudingerus his verbis: *Succus viriditatis et roboris mei exaruit in membris meis, ſicut teſta.* Significare videtur poeta ὑγρὸν ῥιζωτὸν, *humidum illud radicale,* in quo conſiſtunt infimae hominis vires, quas ſollicitudo atque moeror conficit quaſi atque abſumit, quemadmodum Proverb. XVII, 22. dicitur: *cor laetum vultum facit ſerenum,* וְרוּחַ נְכֵאָה תְּיַבֶּשׁ־גָּרֶם *animus vero afflictus exſiccat oſſa.* Noſtro loco ſimilis eſt hic Pſ. XXXII, 3. 4.

— — בָּלוּ עֲצָמָי
בְּשַׁאֲגָתִי כָּל־הַיּוֹם׃
כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה תִּכְבַּד עָלַי יָדֶךָ
נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ׃

Contabuerunt oſſa mea ejulatu meo continuo. Nam dies noctesque premit me manus tua, humor meus converſus eſt in ſiccitatem aeſtatis. Pergit poeta: וּלְשׁוֹנִי מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי *et lingua mea adhaeret palato meo,* prae animi mei aeſtu ita ſicceſco, ut arida mea lingua ad fauces adhaere-

haerefcat; nec ad querendum quidem vigor fuppetat. Kimchi: הכלל כי מופעל קמוץ זולתי אם הוא סמוך ובא זה קמוץ אף על פי שהוא סמוך ויתכן שיהיה חסר למד השימוש והראוי מודבק למלקוחי והם מה שעל הלשון ומתחתיו ונקרא מלקוחים לפי שהם לוקחים המאכל בעת הלעיסה כדרך וּלְשׁוֹנָם לְחִכָּם דָּבֵקָה *Ex praefcripto regulae Participium Conjugationis Hophal vocalem terminalem* Camez *habet, nifi ubi in regimine pofitum cum nomine proximo arctius fit jungendum; hoc loco autem vocali* Camez *notatur, quamvis in regimine fit pofitum. Reputandum vero eft, omiffum effe* ל *praefixum, et plene fic fcribendum fuiffe,* מֻדְבָּק לְמַלְקוֹחָי *Voce autem* מַלְקוֹחַיִם *indicantur* fauces, *five, quod fupra et infra linguam eft. Denominantur a verbo* לָקַח, capere, *quia cibum illae recipiunt inter manducandum. Similis huic loco eft Job. XXIX,* 10. lingua faucibus adhaerebat ipfis. Cui addendus Ezech. III, 26. וּלְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ, *faciam, ut lingua tua palato adhaerefcat, mutusque fias.* Nofter autem haec fubdidit, ut magis exprimeret illam ficcitatem, qua metu exanimati ne loqui quidem fciunt. Poftremo quafi fummatim omnia dicturus, haec addit: וְלַעֲפַר־מָוֶת תִּשְׁפְּתֵנִי *et ad pulverem mortis me dispofuifti*, i. e. quid dico? Ita fum exanimatus, et omnibus cum animi tum corporis viribus exhauftus ac deftitutus, ut non fim diffimilis illis, qui jamjam fepeliendi, ad fepulchra deferuntur, nihil fupereft, nifi ut inftar mortui fepeliar. *Pulvere, f. humo mortis* fignificari *tumulum, fepulchrum,* res ipfa docet, et eo minus in dubium poteft vocari, quum vel עָפָר folum de *fepulchro* ufurpetur; cf. not. infra ad Vs. 30. *Sepulchro* vero *aliquem disponere*, five *aptare*, vix alium fenfum habere poterit nifi hunc: ita aliquem conficere, ut mortui inftar fit, fepulchro demandandi. H. E. G. Paulus cum in *Clavi Pfalmorum* p. 65. tum in *Memorabill.* P. IV. p. 109. verba noftra hoc modo interpretatur: *jam tu, o mors, pulverem mihi propinabis* (*fchon willft du, Tod, mir Staub zu trinken geben*)*!* Verbum שָׁפַת ejusdem per-

perhibet fignificationis effe atque Arabum سَغَّرَ, *multum bibit non completa fiti.* Profopopoeiam autem his verbis ineffe dicit, qua mors, violentus ille vivorum infidiator, qualis Pf. XVIII, 4. 5. depingitur, dum Davidem infedabili fiti exuri videat, feralem pulverem pro potu refrigerante ei porrigere fingatur. Cui interpretationi tamen quo minus nos affentiamur, non unum eft, quod nos prohibeat. Primum enim verbum שָׁפַת apud Hebraeos *disponere* valuiffe, manifeftum eft ex 2. Reg. IV, 38., quo loco Elifa famulo jubet ollam magnam, in qua puls fit coquenda, igni apponere hisce verbis: שְׁפֹת הַסִּיר הַגְּדֹלָה, quae verba vix aliter verti poterunt quam hoc modo: *dispone ollam magnam,* quemadmodum et veteres omnes interpretantur. Eadem plane fignificatione verbum illud occurrit Ezech. XXIV, 3. שְׁפֹת הַסִּיר שְׁפֹת, *dispone ollam, et infunde ei aquam.* Ex eo autem, quod utroque loco verbum noftrum aperte de *ollis disponendis* dicatur, quo ipfo fignificatu et apud Talmudicos fcriptores occurrit, verifimile fit, effe illud a nomine אַשְׁפּוֹת, *ollae fuftentaculum* (Arab. أُثْفِيَّةٌ) derivatum, unde primo quidem *fuftentaculo ollam imponere* fignificaffe videtur, deinde vero omnino de *disponendo* ufurpatum effe, apparet ex Jef. XXVI, 12. *Domine* תִּשְׁפֹּת שָׁלוֹם לָנוּ *pacem nobis disponas,* componas. Quare cur non et noftro loco *disponendi* fignificatio retineatur, quum ea fenfum perquam aptum fundat, cauffam equidem video nullam. Neque quod Paulus nomen מָוֶת *vocandi* cafu reddidit, facile probabitur iis, qui reputent, fcribendum fuiffe poetae, fi *vocandi* cafum voluiffet exprimere, vel fic: וְתִשְׁפְּתֵנִי לַעֲפַר הַמָּוֶת, vel fic: תִּשְׁפְּתֵנִי מָוֶת לַעֲפָר. Taceo vero antiquiffimorum interpretum confenfum, nomen מָוֶת in *genitivo* vertentium, quibus etiam Maforethae accenfendi, quorum omnium unita auctoritas, quamvis apud Paulum parum valeat (mutatis enim ex conjectura punctis

ctis vocalibus, לַעֲפַר מָוֶת fcribi jubet), aliis tamen minime contemnenda videbitur. Ita igitur Alexandrinus: *καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με*, quod Vulgatus his verbis reddidit: *et in pulverem mortis deduxifti me;* Chaldaeus: וּלְבֵית קְבוּרְתָּא אַמְטִיתָנִי, *fepulchro me admovifti;* Syrus: ܘܥܠ ܥܦܪܐ ܕܡܘܬܐ ܐܚܬܬܢܝ *et fuper pulverem mortis dejecifti me.*

17. Redit ad priora, ut explicet adverfariorum in fe crudelitatem, quam coeperat narrare Vs. 13., iterumque caufam reddit fummae anxietudinis, qua conficiebatur, metusque, qui ipfum plane exanimabat (Vs. 15. 16). Quoniam enim horrendus erat fupra modum ipfe cingentium adverfariorum confpectus et impetus, non poteft illum fatis exprimere. Atque ideo denuo mentionem illius facit, alia inducta fimilitudine canum ferocium: כִּי סְבָבוּנִי כְּלָבִים, *Etenim cingunt me canes.* Quae fententia J. D. Michaeli in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 1272. haudquaquam concinna vifa eft. „Cui quaefo," ait, „non difpliceat, poft tauros et leones Vs. 13. 14. memoratos, haec turpiter fubfidens imago, *quoniam cingunt me canes?*" Cui incommodo hoc modo fefe mederi poffe exiftimavit, fi punctis vocalibus mutatis, pro כְּלָבִים poneretur כַּלָּבִים, quod *venatores* interpretatur, quum Arabibus كَلَّاب denotaret. Quod ipfum tamen quum commentitium fit, fignificat enim كَلَّاب non *venatorem*, fed tantummodo *eum, qui canes poffidet alitve,* fponte fequitur, novam interpretationem fundamento effe deftitutam. Kuinoel, V. C., vertit *furentes*, coll. Arab. كَلِبَ, quod, quum primo et proprie de *rabie canina* dicitur, deinceps de omni ufurpatur, qui *ira efferatus et furens eft.* Quam interpretationem, licet fenfum fundat fatis idoneum, ego tamen meam facere dubito, ideo potiffimum, quod כֶּלֶב reliquis omnibus, quibus occurrit,

V.

V. T. locis, non nifi *canis* fignificationem aperte habet, ut haec fola ufu loquendi apud Hebraeos recepta cenfenda fit. Neque vero *canum* poft *tauros* et *leones* mentio inepta videbitur ei, qui canum pecuariorum, quales ad feras a gregibus arcendas alere folent nomades Syri et Arabes, reputet faevitiem atque feritatem, quae tanta defcribitur, ut iis, qui nomadum caftra aut greges accedant, timendum fit, ne a canibus lacerarentur. Cujus rei teftimonia plura attulit Oedmann in *Obfervatt. Mifcell. ex Hiftor. Nat.* (*Vermifchte Sammlungen aus der Naturkunde*) Fafc. V. Cap. III. p. 31. 32. verf. germ. Cf. J. E. Fabri *Archaeolog. Hebraeor.* P. I. p. 138. 139. et *das alte u. neue Morgenl.* P. IV. No. 813. p. 36. feqq. Orat poeta et infra Vs. 21., ut *canibus* (מִיַּד כֶּלֶב) eripiatur. Kimchi: אני בתוך אנשי בבל כמו מי סבבוהו כלבים שאין לו דרך לנוס מפניהם *Ego inter Babylonios conftitutus fum inftar hominis, quem canes cingunt, a quibus nulla fugiendi via patet.* De *venaticis canibus* cogitavit Symmachus, qui pro כְּלָבִים *θηράται*, *venatores*, nec non Theodotion, qui *κυνηγέται* pofuit, quod idem fignificat, Neque haec fimilitudo inepta erit, qua adverfariorum in fe rabiem et furorem poeta ob oculos poneret. Notum enim eft, quo impetu, quove furore ferantur canes venatici, feram in faltu nacti. Quos autem intelligat *canum* figura, poeta ftatim explicat ipfe, dum haec fubdit: עֲדַת־מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי *coetus maleficorum me circumdant.* עֲדַת־מְרֵעִים idem eft, quod Pf. XXVI, 5. קְהַל מְרֵעִים, et Pf. LXIV, 3. סוֹד מְרֵעִים, *maleficorum concilium.* In verbi הִקִּיפוּנִי explicatione interpretes h. l. in duas potiffimum partes difcedunt. Etenim quum נָקַף duplicem habeat fignificationem, unam, *gravi ictu diffringendi*, Hebraicae linguae cum dialectis cognatis communem, de qua poft Ed. Pocockium in *Appendice Notarum Mifcellanearum* ad Portam Mofis p. 62., accurate et fufe difputavit A. Schultens in *Originum Hebrr.* L. I. Cap. XII. p. 154. feqq. (edit. 1761.)., alteram, *in orbem eundi*,

di, circumdandi, quam ſignificationem a verbo mediae radicalis *Vav*, נָקַף, mutuatur, qua quidem notione נָקַף aperte uſurpatur Joſ. VI, 3. וְסַבֹּתֶם אֶת־הָעִיר הַקֵּיף אֶת־הָעִיר, *circumibitis civitatem cingendo eam;* nec non 2. Reg. XI, 8. 2. Chron. XXIII, 7. Job. XIX, 6. ſuffragante Aramaeorum dialecto, in qua ܢܩܦ *adhaeſit, propinquus fuit,* ſignificat; dubitari poſſit, earum notionem utram h. l. poeta reſpexerit. Sed dubitationem omnem *membrorum* tollit *parallelismus,* quippe qui manifeſte *circumdandi* ſignificatum poſcit, quum סָבַב proxime praeceſſerit, quare et veteres omnes unanimi conſenſu illum *expreſſerunt*. De poſtremi incifi, כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי interpretatione, ob vocabulum vexatiſſimum כָּאֲרִי difficili, ne lectorem a ſerie carminis longius abducamus, agimus in Ἐπιμέτρῳ Annotationibus in hunc Pſalmum ſubjecto. Nunc hoc monuiſſe ſufficiat, veteris eccleſiae doctores, qui cum interprete Alexandrino haec verba ſic verterunt: *ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας, foderunt manus meas et pedes,* Jeſu, cruci adfixi, manus pedesque clavis perforatos hisce verbis a poeta praeſignificatos eſſe, ſibi perſuaſiſſe. Quod deinde ſequuta eſt univerſa fere interpretum chriſtianorum cohors. Sed bene monuit Dathius in Nota ad h. l.: „Manus, *non pedes*, cruci affigebantur, clavisque perforabantur, hi enim *funibus* cruci adſtringebantur. Locus quidem Joannis, Cap. XX, 27., valde favet huic ſententiae, neque ei contrarius eſt alius Luc. XXIV, 39., quum neque in hoc pedes dicantur perforati." Et multa graviora dubia contra ſententiam communem, fuiſſe et pedes eorum, qui cruci adſigebantur, clavis transfixos, protulit H. E. G. Paulus in ſingulari Commentatione quae ineſt *Memorabilium* Particulae IV, p. 36. ſeqq. Eſt vero illa interpretatio: *foderunt manus meas et pedes meos* ne certa quidem, aut unica, quam haec verba patiantur, id quod ſatis apparet ex varietate illa interpretationis, quam in Ἐπιμέτρῳ congeſſimus. Scita praeterea eſt G. F. Hufnage-

NAGELII obfervatio in Differt. in hunc Pfalmum, quae ineft *Commentatt. Theologicc.* Vol. V. p. 51.: „Neque, fi de fupplicio crucis cogitaffet poeta, defcriberet id miferiarum genus fatis apte, et ita, ut auctorem carminis, ejusdemque ingenium et artem ex iis verbis poffis agnofcere. Nempe quot funt fupplicii omnium crudeliffimi et de terrimi cruciatus, qui dolores, quae formidines! Nihilominus nihil habebat praeter perforationem manuum atque pedum, quod poterat afferre auctor ad permovendam lectoris mentem miferatione? Quafi vero hoc folum idemque unicum effet, in quo vis cruciatuum fere omnis confpiciatur, quod *clavis* figerentur homines in crucem acti, quum tamen lateat neminem, quam mifere homines, e cruce pendentes, languore pereant aut fame. Taceo miferam eorum fortem, quorum vitalitas in corde (cum Plinio loquar), ceteris jam corruptis, durat, quippe a volucribus aut feris etiam vivi lacerantur. Eftne vero credibile admodum, ut, fi contra opinionem noftram, ad crucis fupplicium adlufiffet vates, alto filentio praetermittat alia omnia, quae huic potiffimum fuppliciorum generi nomen *fummi* dederunt, five *fupremi*?"

18. Exanimantem metum iterum defcribit, quem et Vs. 15. et 16. depingunt. Significat, terrorem a truculentis illis fuis adverfariis omnem carnem fibi exediffe, ut cuncta fua offa numerare licuerit, et, fic confectum, ludibrio fuiffe hoftibus, qui voluptatem cueperint, ipfum tabidum adeo, et jam mortuo, quam vivo, fimiliorem, intuendo. אֲסַפֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי *Numerabo omnia offa mea,* hoc eft, dinumerare poffem, vel, numerare licet prae macie. Futurum h. l. exponendum eft δυνητικῶς, ut Genef. XVI, 10. *Augebo pofteritatem tuam* וְלֹא יִסָּפֵר מֵרֹב *ne numerari queat prae multitudine;* vel, quod eodem recidit, verbum actionem exprimens, accipiendum de facultate agendi, ut Pf. LXXXVIII, 9. כָּלֻא וְלֹא אֵצֵא *conclufus fum nec exire poffum.* LUDOVICUS DE DIEU in *Animadverff.* ad h. l. verbo ספר in conjugatione *Piel* figni-

fignificationem *numerandi* ineffe negat, folamque *enarrandi* notionem agnofcit, quare verba noftra fic vertit: *Enarrabo*, i. e fi enarrem, *offa mea*, i. e. ftatum offium meorum, *illi intuentur me.* Auctorem et patronum fuae fententiae affert Chaldaeum, qui fic vertit: אֲחַוֵּי כָּל׳ הַלְבְּשׁוּשֵׁי גַּרְמַי *Indicabo*, i. e. fi indicem, *omnes cicatrices offium meorum.* Quod fequutus Jarchi, fenfum ait effe: אספרה כאב עצמי, fi *offium meorum dolorem enarro.* At Aben-Efra *numerandi* praefert fignificationem, quam ipfam conjugationi etiam *Piel* ineffe comprobat loco Job. XXXVIII, 37. מִי יְסַפֵּר שְׁחָקִים בְּחָכְמָה, *quis numerabit nubes fapientia?* Sed exemplum multo luculentius extat Pf. XL, 6. *invaluerunt* מִסַּפֵּר, *quam ut numerari poffint.* Imo qui accurate aliquid recenfet vel enarrat, is numeratim veluti rem totam proponit, adeoque pro diverfitate materiae tam *enarrationis* quam *numerationis* notio huic verbo omnino relinquenda. *Numerandi* fignificatum h. l. etiam Alexandrinus expreffit, qui hoc modo vertit: ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· *dinumeraverunt omnia offa mea*, fpectatores puta. Quod autem interpres ille verbum in plurali numero pofuit, J. B. Koehler in *Repertor. Literat. bibl. et orient.* ab Eichhornio ed., P. V. p. 21., hinc factum exiftimat, quod is in codice fuo יְסַפְּרוּ legerit, ut Syrus quoque, qui pro verbis noftris Hebraeis haec habet: ܘܐܝܠܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪ̈ܡܝ, *ejularunt omnia offa mea*, nullo quidem, aut fane perquam inepto fenfu, ut fufpicer, hunc locum in mendo jacere. Quod vero Alexandrini interpretationem attinet, fcita eft Agellii in eam obfervatio: „Caufa et indicia corruptionis in *Graeco* funt, non in Hebraeo. Facilius enim ex ἐξηρίθμησα fieri potuit ἐξηρίθμησαν, praefertim quum adverterit lector praecedens verbum et fubfequens eadem forma plurali effe pofita, *foderunt, confideraverunt, infpexerunt:* ac proinde exiftimaret, eodem modo dicendum effe ἐξηρίθμησαν, dinu-

dinumeraverunt. Difficilius est autem ex Hebraeo יספרי fieri אספרה. Est et aliud indicium, et quidem haud leve, quod LXX. verba consequentia a praecedenti hoc verbo particula adversante δὲ, *vero*, distinxerunt: αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με, ipsi vero *consideraverunt et conspexerunt in me.* Ex quo liquet, distinxisse eos inter dinumerantem ossa, et considerantes atque conspicientes, ut alius sit dinumerans, alii conspiciant. Aut igitur ἐξηρίθμησα transtulit Alexandrinus, aut ἐξηρίθμησα ἄν, ex quibus duobus verbis in unum conflatis postea error fortassis inolevit." הֵמָּה יַבִּיטוּ יִרְאוּ־בִי *Illi* vero, mei adversarii, *intuentur videntque me,* adspectant me sic affectum, et hoc spectaculo pascunt oculos suos, voluptatem percipientes de calamitoso statu et misera specie mea. Verba *videndi* cum ב constructa, significant, *aliquid cum voluptate et oblectatione intueri*, ut Ps. LIV, 9. *Ab omni afflictione me liberasti*, וּבְאֹיְבַי רָאֲתָה עֵינִי, *inimicos videbit oculus meus*, maxima cum voluptate eos contemplabitur, quod dignas dederint sua improbitate poenas. Nec non Ps. CXVIII, 7. וַאֲנִי אֶרְאֶה בְשֹׂנְאָי, *ego vero osores meos intuebor*, laetus poenam eorum *contemplabor*. Cf. etiam Ezech. XXVIII, 17. Et Syris quoque verbum ܚܙܐ, *vidit*, sequente ܒ significat, *spectavit cum voluptate*; cujus usus exemplum ex Ephremi *Homilia de humilitate* in *Lexico Heptagl.* attulit Castellus: *indue arma humilitatis*, *ut Deus* ܟܕ ܚܙܐ ܠܟ ܢܚܙܐ ܒܟ, *videns te, cum* εὐδοκίᾳ *te contempletur.*

19. Jam hostes internecionis meae certi adeo sibi videntur, ut de praeda ac vestibus meis, tanquam jam extincti, inter se dividendis constituerint: יְחַלְּקוּ בְגָדַי לָהֶם, *Partiti sibi sunt vestimenta mea*, וְעַל־לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל, *deque veste mea sortiti sunt.* Quae verba Rudingerus ita interpretatur: „spoliatus sum, et direptae sunt fortunae meae, atque inter has etiam vestes. Congru-

gruenter haec, addit, Abſalonicis temporibus poſſunt intelligi de uxoribus et ſupellectili regia, quae ſine dubio fuit direpta a ſeditioſis, quando eam occuparunt." Neque tamen hujusmodi conjecturis opus erit, ſi verba eó ſenſu, quem ſuperius ad initium Verſus indicavimus, accipiantur. Kimchi: יקחו ממונינו עד שאפילו בגדינו ולבושינו יחלקו להם *Diripiunt opes noſtros, ita ut veſtes adeo noſtras inter ſe dividant.* Joanni, Jeſu amico, ubi milites ſoſpitatoris, in crucem acti, veſtes inter ſe ſortiri conſpiceret, hunc ipſum carminis noſtri locum in mentem veniſſe (Joan. XIX, 23. 24.), in eo ſane nihil eſt, quod cui mirum videbitur. Quod autem divinus ſcriptor in illa re enarranda hac formula eſt uſus: *ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, ἡ λέγουσα· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, κ. τ. λ.*, nequaquam argumento eſt, eum noſtro loco illam veſtis Jeſu ſortitionem praedictam opinatum eſſe. Satis enim conſtat ex iis, quae Surenhusius in *Βίβλῳ καταλλαγῆς* p. 2. ſeqq. et p. 197. ea de re diſputavit, formam illam loquendi e conſuetudine ſcriptorum Hebraeorum ſaepiſſime nihil aliud ſignificare, niſi hoc: *res ita accidit, ut locus hic vel ille perfecte aptus ad eam rem appareret.* Quare et Henslerus (*Bemerkungen über Stellen der Pſalmen und Geneſis*, p. 51.), quamquam is vel ipſe beneficia illa, quae humano generi Jeſus Meſſias eſſet collaturus, hoc carmine a vate praeſenſa exiſtimet, tantum tamen abeſt, ut in hoc noſtro Verſu ſuae ſententiae argumentum quaerat, ut potius vehementer improbet illos, qui hujusmodi argumentis pertenuibus ſententiam, quam ſibi defendendam ſumſerunt, apud alios infirment magis, quam corroborent. Cf. Eckermanni *Theologiſche Beyträge*, Faſc. II. No. 19.

20. Hoc et duobus Verſibus proximis expreſſius jam opem implorat, et eximi periculo atque anxietudine, quam prioribus deſcripſit, deprecatur. In iis, quae praeceſſerunt, adhuc magis de malis, in quibus fuit, queſtus eſt, eaque querendo commemoravit, quam auxilium petiit.

tiit. Ut ergo questus est, se a Deo desertum, auxilium invocanti sibi longe absuisse, atque ideo Jovam a se recessisse procul, ita nunc orat, וְאַתָּה יְהוָה אַל־תִּרְחָק *Sed Tu, o Jova, ne sis procul.* Idem orare coeperat Versu duodecimo, sed volens exprimere habitum animi summe afflicti, a prece hac continuo delapsus iterum ad querelas fuit. Nunc ergo demum precationis verba ordine subjungit. אֱיָלוּתִי לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *Virtus mea!* praesidium meum, propugnator meus, *ad auxilium meum propera.* Eadem precationis formula Ps. XXXVIII, 23.

אַל־תַּעַזְבֵנִי יְהוָה
אֱלֹהַי אַל־תִּרְחַק מִמֶּנִּי
חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי אֲדֹנָי תְּשׁוּעָתִי׃

Vid. et Ps. XL, 14. אֱיָלוּת, praeter hunc locum nusquam in V. T. obvium, ejusdem haud dubie significationis est cum אֱיָל Ps. LXXXVIII, 5., quod cum אֵיל, *robur,* convenit. Syrus interpres h. l. vertit ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ, *Deus mi! Deus mi!* Alexandrinus jungit אֱיָלוּתִי cum praecedente אַל־תִּרְחָק, posuit enim: *μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου, ne procul removeas auxilium meum.* Neque hoc quidem male, quum et membrorum parallelismus faveat huic distinctioni, modo תַּרְחֵק, aut תְּרַחֵק in Hebraeo scriptum esset.

21. הַצִּילָה מֵחֶרֶב נַפְשִׁי *Libera a gladio* jam caedente, id est, a praesentissima caede *animam,* vitam *meam.* Kimchi: מחרב גלותם שלא אספה בגלותם. *a gladio captivitatis eorum, ne consumar in eorum captivitate.* מִיַּד כֶּלֶב יְחִידָתִי *E manu,* vi, violentia, *canis,* canum, adversariorum, qui petunt vitam meam, *unicam meam,* subaudi נַפְשִׁי, *animam,* quod praecessit. Nomen femininum יְחִידָה praeter hunc locum bis adhuc occurrit, Jud. XI, 34. de unica Jephtae filia, et Ps. XXXV, 17., eodem fere, quo hic, modo: *eripe animam meam ex eorum vastationibus,* מִכְּפִירִים יְחִידָתִי *a leunculis unicam meam.*

meam. Quem ſenſum autem habeat illud epitheton, de anima uſurpatum diſſentiunt. Aliis nomen poeticum eſt *animae*, quaſi *unicam* et *unice caram* ſignificet, quemadmodum Geneſ. XXII, 2. 12. 16. nomini אֶת־בִּנְךָ, *filium tuum* ſubjungitur אֶת־יְחִידְךָ, *unicum tuum* et *unice carum.* Alii: animam et vitam, quae una tantum in me eſt. Mihi tam hoc loco, quam Pſ. XXXV, 17, miſericordiae commovendae gratia illud nomen ſubjunctum videtur, quod ſolitaria veluti eſſet anima ſua, et omni ope atque auxilio deſtituta. Sic Pſ. XXV, 16. *Reſpice me,* כִּי יָחִיד וְעָנִי אָנִי, *nam unicus*, ſolitarius, *et miſer ſum*, omni ope humano deſtitutus.

22. הוֹשִׁיעֵנִי מִפִּי אַרְיֵה *Serva me ab ore leonis*, i. e. ferociſſimorum hoſtium, qui inſtar famelicorum et rugientium leonum hiantibus faucibus vitam meam appetunt; cf. Vs. 14. וּמִקַּרְנֵי רֵמִים עֲנִיתָנִי *Et a cornibus orygum me liberes.* רֵם, ut h. l. contracte pro רְאֵם aut רֵים ſcriptum (vid. J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. VI. p. 2212.), convenit cum Arabum رِيم, quod eſt nomen ferae indomabilis et ſaevae ex *caprearum* (*gazellarum*) genere, Graecis ὄρυξ, cujus deſcriptionem optimam dedit Oppianus in *Cyneget.* Lib. II. v. 445., noſtrae vero aetatis ſcriptoribus rerum naturalium *Antilope Leucoryx cornibus ſubulatis rectis, convexe annulatis, corpore lacteo* (vid. Pallas *Spicileg. Zoologic.* Faſc. XII., p. 17.), quae notae omnes et ſingulae tam in Arabum رِيم, quum in *oryge* Graecorum et Latinorum reperiuntur. Quod tam clare demonſtravit Bochartus in *Hieroz.* P. I. Lib. III. Cap. XXVII. (Tom. II. p. 335 — 365. ed. Lipſ.), ut dubitationi locus vix relictus videatur. Attamen Bocharti ſententiam impugnavit Alb. Schultens in *Commentar. ad Job.* Cap. XXXIX, 9 — 12. pag. 1113. ſeqq. hac potiſſimum ratione ductus,

quod

quod illo Jobi loco tota textus feries poftulet „animal, *bovi aratori*, non *nomine*, fed *corpore*, et *univerfa* fpecie fimillimum." Quafi vero non aeque quadret quaevis alia fera, in defertis vaga, jugique impatiens. Perhibet autem Schultenfius, Hebraeorum רְאֵם Arabumque رِئم effe *bubalum ferum*, hoc praecipue nixus argumento, quod رِئم ab Arabum Philologis modo dicatur effe البقر الوحشي *bos ferus*, modo الثور الوحشي, *taurus ferus*. Quod ipfum Paulus urget in *Memorabill.* Fafc. IV. p. 114. not. At fatis jam probavit Bocharius (T. II. p 364. ed. Lipf.), Arabes nomine البقر الوحشي, *bovis feri*, fola animalia *cervini* et *caprilli generis* comprehendere, neque vero ullam feri bovis fpeciem. Pluribus aliis argumentis nos Bocharti fententiam vindicavimus in uberiore Annotatione ad Caput XXVII. illius Operis, T. II. p. 365. 366. edit. Lipf., atque, quod Vir Magnus fatis jam evicerat, Hebraeorum רְאֵם, Arabum رِئم, Graecorum Latinorumque *oryx* unum idemque effe animal, magis adhuc confirmavimus. Ad *orygis* audaciam et violentiam pertinet, quod apud Martialem L. XIII. Epigr. 95. legimus:

Matutinarum non ultima praeda ferarum,
Saevus oryx, *conftat quot mihi morte canum?*

Vult, in matutinis fpectaculis multos canes ab oryge fuiffe caefos et interemtos, eumque itaque *faevum* appellat. Sed Oppianus rem explicat multo uberius *Cyneget.* L. II. Vs. 445. feqq.

Ἔστι δέ τις δρυμοῖσι παρέστιος, ὀξύκερως θήρ,
Ἀγριόθυμος ὄρυξ, κρυερὸς θήρεσσι μάλιστα.

Eft quaedam faltibus familiaris, acuto cornu fera, faevus oryx, feris maxime horrendus. Ita exorfus colorem illi

illi lacteum tribuit, dorsum pingue, *acuta* et *alta cornua*, funesta, nigra, aere, ferro et saxo duriora (quae singula et in Arabum رئم reperies), unde ad animum transiens, illum ita describit:

Θυμὸς δ' αὖτ' ὀρύγεσσιν ὑπερφίαλος, καὶ ἀπηνής.
Οὔτε γὰρ εὐρίνοιο κυνὸς τρομέουσιν ὕλαγμα,
Οὐ συὸς ἀγραύλοιο παρὰ σκοπέλοισι φρύαγμα,
Οὐδὲ μὲν οὐ ταύρου κρατερὸν μύκημα φέβονται·
Πορδαλίων δ' οὐ γῆρυν ἀμειδέα πεφρίκασιν,
Οὐδὲ αὐτοῦ φεύγουσι μέγα βρύχημα λέοντος,
Οὐδὲ βροτῶν ἀλέγουσιν ἀναδείησι νόοιο.

Quae Bochartus latinis versibus totidem ita expressit:

Mens orygum intrepida est, animusque ad praelia natus.
Nam neque terret eos canis allatrantis hiatus,
Nec scopulos metuunt apro frendente sonantes:
Sed neque cum taurus grave mugiit ore minaci,
Aut trucibus pardi sylvas ululatibus implent:
Nec fugiunt postquam accensa leo rugiit ira.
Non homines, tanta est animi fiducia, curant.

Mitto alia plura, quae apud Bochartum (T. II. p. 359.) legi possunt. Apparebit tamen jam ex his, quam merito Davides nostro loco *leonibus* jungat *oryges*. Neque frustra est, quod orat se liberari a *cornibus* orygum, proceris illis, acutis, et ferro durioribus, quibus homines ferasque transfigunt, quare Oppianus illa *πικρὰ βέλεμνα*, *acerba tela*, vocat, *ἀκωκὰς*, *cuspides*, etiam, atque *τεύχεα ὀξύτερα*, *arma acuta* *). Et poeta Arabs, a Schul-

*) Quum Oppianus de cornubus orygis fere semper in *Plurali* loquatur, sine caussa perhibet Fr. Alb. Ant. Meyer in libro singulari, cui titulum fecit hunc: *Versuch über das vierfüssige Säugthier Reem der heiligen Schrift; ein Beytrag zur Naturgeschichte des Einhorns*, Lips. 1796. p. 148. dubium esse, utrum Oppianus orygi unum cornu tribuat, an vero *bicornem*

Schultenfio ad Job. XXXIX, 9 — 12. adductus يَرِم, *orygem*, appellat حديد الغنائين *acutum gemina hafta*, qua quidem *cornua* indicari, et res ipfa docet, et diferte monet Scholiaftes. In verbo עֲנִיתָנִי, *exaudias me*, eft *metathefis*, aut *fynthefis*, includit enim h. l. *liberandi* fignificationem, hoc fenfu: *exaudias preces meas et libera me a cornubus orygum.* Sic Pf. CXVIII, 5. *Rebus anguftis Deum invocavi,* עָנָנִי בַמֶּרְחָב יָהּ *exaudivit me* Jehova, *in locum late patentem* me conftituendo. Eundem in modum Jef. VII, 6. וּנְבִקְעֶנָּה אֵלֵינוּ, ad litteram: *findemus eam ad nos*, id eft, diffectam eam nobis adjungamus. Eft vero h. l. fecunda Praeteriti temporis perfona pofita pro fecunda Futuri, vel Imperativi, qualis praeceffit (הוֹשִׁיעֵנִי). Arabes etiam in bene precandi formulis Praeterito uti folent pro Imperativo; veluti in folenni illa comprecationis formula, quam Mohammedis nomini femper fere fubjungunt: صلى الله عليه *propitius fit ei Deus*, de qua quidem loquendi forma Arabum quidam Philologus, ab Ed. Pocockio in *Notis ad Specim. Hift. Arabum* p. 56. 57. excerptus; haec obfervat (apponam verba ex Pocockii verfione latina): „Verbum *praeteriti temporis* (صلى) hic *comprecandi* fignificationem habet, ac fi dicatur الله صل عليه, *Deus fit illi propitius.* Quum autem hujusmodi locutiones imperii fpeciem habeant, imperari autem inferioribus foleat, hoc refugientes, eas verbo Praeteriti enunciant, ut غفر الله لك, *propitius tibi fit Deus*, et أحسن الله اليك, *benefaciat tibi Deus.*" Pro eo, quod nunc in textu Hebraeo extat, עֲנִיתָנִי, Alexandrinus et Syrus in fuis codicibus עֲנוּתִי videntur legiffe; . ille

nem illum defcribat; et ipfe quidem magis inclinat ad priorem fententiam, fine ratione. Sed videtur fua e verfione folummodo latina Oppiani haufiffe, in qua fingularis eft pofitus.

ille enim ita vertit: *καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου*, *et a cornibus unicornium humilitatem meam* (libera); Syrus vero ܘܡܢ ܩܪܢܐ ܕܪܝܡܐ ܡܟܝܟܘܬܝ, *et a cornu unicornis humilitatem meam.* Nec id quidem male; ſicut enim in Verſu, qui proxime praeceſſit, per יְחִידָה, anima poetae auxilio deſtituta, ita nunc per עֲנָוָה ejusdem anima ad humilitatem, ſive miſeriam, depulſa ſignificari poteſt.

23. Praecipuam his et ſequentibus, ad finem usque carminis, cauſſam canit, quorſum tam ardentibus votis optarit ſervari, et in libertatem reſtitui, quantumque fructus ſalus ipſi a Jova lata attulerit. More ſuo de ſe canit, tanquam in adflictione etiamnum conſtituto; ideo ceu futura pollicetur et praedicit, quae de illuſtrando a ſui liberatione Jova canit. Summa omnium eſt, magnifice ſe, maximoque ſtudio Dei bonitatem et ipſum praedicaturum et ad pariter agnoſcendum et praedicandum alios provocaturum. Ait ergo: אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי *Annunciabo*, celebrabo, *nomen tuum*, tuam virtutem, tuam bonitatem, *fratribus meis*, tua ſimul religione imbutis, te ex animo colentibus. Kimchi: כשתוציאני מן גלות בבל אז אספרה שמך לאחי ואחי הם עשרת השבטים שגלו בחלח וחבור ולא היתה יד נבוכדנצר שולטת עליהם כמו עלינו *Cum me eduxeris e captivitate Babelica, tunc celebrabo nomen tuum meis fratribus. Fratres vero mei ſunt decem tribus, quae in Calachene et ad Chaboram in exilio vivunt, in quos Nebucadnezaris manus non dominatur ſicut in nos.* Sed videtur לְאֶחָי idem eſſe quod בְּתוֹךְ קָהָל altero hemiſtichio, hoc ſenſu: nos invicem nomen tuum celebrabimus. בְּתוֹךְ קָהָל אֲהַלְלֶךָּ, *in media concione*, omni populo ad laudes tuas collecto, *te collaudabo.* Subjungit autem ſtatim formulam gratiarum actionis, quas acturus ſit, ſi exaudiatur.

24. יִרְאֵי יְהוָה הַלְלוּהוּ *Collaudate*, dicam, *Jovam*; *quicunque ipſum colitis*, כָּל־זֶרַע יַעֲקֹב כַּבְּדוּהוּ, *omnis Jacobi*

cobi progenies, laudibus eum attollite! וְגוּרוּ מִמֶּנּוּ כָּל־זֶרַע יִשְׂרָאֵל, *omnis Israelis progenies, eum revereamini!* Verbum גּוּר, quod saepissime *commorari* significat, veluti Ps. XV, 1., ubi particulam מִן praecedit, *metuere, revereri* est vertendum, ut Job. XIX, 29. גּוּרוּ לָכֶם מִפְּנֵי חֶרֶב, *timete vobis a gladio;* Deut. I, 17. לֹא תָגוּרוּ מִפְּנֵי אִישׁ, *neminem timete;* Deut. XVIII, 22. לֹא תָגוּר מִמֶּנּוּ, *ne timeas tibi ab eo,* (falso propheta); et Ps. XXXIII, 8. *Timeat Jovam omnis terra,* מִמֶּנּוּ יָגוּרוּ *revereatur eum universus orbis.* Quibus in locis verbum גּוּר significationem mutuatur a verbo יָגֹר, quod convenit cum Arabico وجر, *pavit metuitque ab* (من) *eo;* quemadmodum et טוּב atque יטב *bonus fuit,* רוּע atque יָרַע, *malus fuit,* שׁוּע atque יָשַׁע, *laxus fuit,* et verba plura alia ע״ו atque פ״י significationes communes habent.

25. כִּי לֹא־בָזָה וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי *Quoniam non contemsit nec aversatus est afflicti preces.* Nomen עֱנוּת recentiores, quos vidi, omnes *afflictionem* reddunt, quum contra veteres unanimi consensu *clamorem* aut *preces* interpretentur. Alexandrinus: δέησις, *deprecatio,* ut Vulgatus vertit; Chaldaeus: צְלוֹתָא *precatio, Syrus:* ܩܥܬܐ *clamor.* Jarchi etiam עֱנוּת עָנִי explicat צַעֲקַת דַּל, *clamorem pauperis.* Et sane *precationis* significationem non confirmat solum Arabicum عنى, *voluit, cupiit, significavit* (unde et Hebraeum עָנָה Deut. XXVI, 5. Jes. XIV, 10. Job. III, 2. *loqui, verba proferre* denotat), sed flagitat etiam nostro loco membrorum parallelismus, quum in hemistichio altero שַׁוְעוֹ, τὸ *clamare ejus* (afflicti) respondeat. Verbum שִׁקֵּץ in conjugatione *Piel* tantum usitatum, occurrit Deut. VII, 26. de abominatione idoli, Levit. XI, 11. de cadaveris, et Vs. 13. 43. ejusd. cap. de cibi impuri detestatione. Sensus: utut omnibus hominibus visus fuerim abominandus (Vs. 7.), ita ut adspectu

etiam me indignum habuerint, Jehova tamen hanc meam miſeriam et clamorem non eſt averſatus. וְלֹא־הִסְתִּיר פָּנָיו מִמֶּנּוּ *Neque abscondidit faciem ſuam ab eo.* Quando Jehova petentibus auxilium non praeſtat, Hebraeis dicitur *faciem abscondere* a ſupplice, ac ſi ne reſpicere quidem eum vellet, nullam ejus habere rationem, nullam curam, vid. Pſ. X, 11. XIII, 2. XXVII, 9. וּבְשַׁוְּעוֹ אֵלָיו שָׁמֵעַ, *quumque ad ſe vociferaretur, exaudivit illum.* - De שִׁוֵּעַ vid. not. ad Pſ. XVIII, 7.

26. מֵאִתְּךָ תְהִלָּתִי בְּקָהָל רָב plures vertunt: *de Te eſt laus mea in concione magna,* de Te hymnum canam in concione ampla. מֵאִתְּךָ ad literam volunt eſſe *de ſubſtantia tua,* ſ. de Te ipſo (cf. de ſignificatione vocabuli אֵת J. A. Danzii *Interpr. Ebraeo-Chald.* p. 248. 306. ed. Tympii, atque Storrii *Obſervatt. ad. Anal. et Syntax. Hebr.* p. 263. not.), Particulam מ vero indicare objectum, ut Prov. V, 18. *laetare* מֵאֵשֶׁת *de uxore juventutis tuae.* Sed rectius alii: *a Te laus mea,* ut מ exprimat *cauſam* laudis, quemadmodum Pſ. CXVIII, 23. מֵאֵת יְהוָֹה הָיְתָה זּאת *a Jova hoc eſt factum,* ut h. l. ſenſus ſit hic: *a Te* proficiſcitur omnis *mea laus;* Tu effeciſti, quod liberatus e tot tantisque malis, hilari mente celebrare *nunc* poſſum tuam bonitatem; a Te argumentum eſt laudis mihi. נְדָרַי אֲשַׁלֵּם נֶגֶד יְרֵאָיו *Vota mea perſolvam coram colentibus ipſum. Votis,* a ſe perſolvendis intelligit ſolennem gratiarum actionem, quae ſacrificio fieri ſolebat, ut Pſ. LXI, 9.

כֵּן אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ לָעַד
לְשַׁלְּמִי נְדָרַי יוֹם יוֹם׃

Sic te perpetuo celebrabo, ſic ſolvam vota mea ad dies ſingulos. Et Pſ. CXVI, 17. 18.

לך אזבח זבח תודה
ובשם יהוה אקרא׃
נדרי ליהוה אשלם
נגדה־נא לכל־עמו׃

Tibi facrificia laudis offeram, nomen Jovae invocabo: vota mea Jovae folvam, praefente populo ejus univerfo. Cf. et Pf. CVII, 23. Quod autem dicit נגד יראיו, *coram timentibus eum*, fignificat, publice et folenniter Jovae bonitatem fe praedicaturum effe. Kimchi: כי כל העולם ייראוהו אז *quia totus terarum orbis eum verebitur tunc*, cum liberati fuerimus, tempore Meffiae. Eft hic enallage perfonae; praeceffit enim pronomen fecundae perfonae (*de te*), et fequitur jam tertia perfona, cujusmodi exempla in Pfalmis ubivis obvia.

27. יאכלו ענוים וישבעו *Edent pauperes et faturabuntur.* Quibus verbis plures refpici putant convivia, quae, mactatis eucharifticis victimis, ad locum fanctum celebrari folebant, Proverb. VII, 14. זבחי שלמים עלי היום שלמתי נדרי, *Epulas facrificales paratas habeo, folvi hodie vota mea.* Ad haec epula invitabant et alios, atque pauperibus quoque fua cedebat portio, Deuter. XVI, 11. 14. Qui Pfalmum hunc pro Davidico habent, et ad Saulica tempora referunt, poetam hisce verfibus ad epulum facrum putant refpicere, quod rex populo in infigni illo, deducta Hierofolyma arca, fefto dedit, quum cultum Jovae, toto fere Ifraele praefente, inftauraffet, Levitas quoque inftituiffet, qui quotidie Jovam ante arcam foederis celebrarent, 1. Paralip. XVI. Alii malunt de omnifaria rerum copia, quae populo fuit, cum Davides in regno effet confirmatus, haec intelligere. Sed recte Kimchi per ענוים fignificari Ifraelitas dicit, oppofitos Babyloniis, qui fefe infolenter in eos efferebant, usque dum illi funt liberati. Ji vero faturabuntur ovibus eorum qui ipfos oppreflerunt; cedent enim illae ipfis in praedam. ענוים h. l. idem effe quod עניים, *afflicti, pauperes,* Pf. IX, 13. ad

ad quem loc. not. cf., res ipfa docet. יְהַלְלוּ יְהוָה דֹּרְשָׁיו *Laudabunt Jovam, qui ipfi ftudent*, pii, Pf. IX, 11. יְחִי לְבַבְכֶם לָעַד *Vivet* gaudebitque *cor veftrum perpetuo.* Verbum חָיָה, *revivifcit, recreatus eft*, h. l. idem eft, ac *bene habuit, hilari, bonoque animo fuit.* Ita Genef. XLV, 27. dicitur וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב, *revixit Jacobi fpiritus*, id eft, coepit effe Jacobus bono animo, contra quam 1. Sam. XXV, 37. de Nabale dicitur: וַיָּמָת לִבּוֹ בְּקִרְבּוֹ, *mortuus eft cor ejus intrinfecus.* Sic חַיִּים pro *vita felice* ufurpatur Pf. XXXIV, 13. 1. Reg. I, 25. Jof. IV, 50. Cum noftro loco plane convenit Pf. LXIX, 33.

רָאוּ עֲנָוִים יִשְׂמָחוּ
דֹּרְשֵׁי אֱלֹהִים וִיחִי לְבַבְכֶם׃

Videbunt hoc *miferi; et laetabuntur, Dei reverentes, et revivifcet cor veftrum.* Eadem, quae noftro loco, perfonae enallage, qualis et Verfu, qui proxime praeceffit, aderat. Kimchi per לָעַד hoc fignificari dicit: erunt in patria fua laeti corde ipfi eorumque filii per longum tempus. In uno eorum codicum, quos Kennicottus infpexit, reperitur quidem לְבָבָם, *cor eorum*, quod ipfum etiam Alexandrinus cum Vulgato et Arabe, atque Syrus exprimunt, Hubigantius quoque et Koehlerus in textu reponendum duxerunt. Ego tamen לְבַבְכֶם omnino puto retinendum effe. Vix enim credi poteft, receptam effe talem lectionem, quae contextus feriei minus convenire videretur, nifi probatiffimi codices eam exhibuiffent.

28. יִזְכְּרוּ וְיָשֻׁבוּ אֶל־יְהוָה כָּל־אַפְסֵי־אָרֶץ *Recordabuntur et redibunt ad Jovam omnes termini terrae*, exteri quoque populi, cum iis innotefcet, quam mire Jova fuum populum liberaverit, ad ipfum fe convertent, ipfumque venient adoratum. יִזְכְּרוּ, *Memores erunt* eorum, quae fando de Jova acceperunt, et cultorum ejus focietati adjungi cupient. אַפְסֵי־אָרֶץ *Terrae limites* per metonymiam pro hominibus, qui intra terrae fines vivunt, ficuti 1. Sam. II, 10. Deus dicitur dijudicaturus אַפְסֵי־אָרֶץ *omne genus humanum.* וְיִשְׁתַּחֲווּ לְפָנֶיךָ כָּל־מִשְׁפְּחוֹת גּוֹיִם

Pro-

Pronique adorabunt coram te omnes familiae gentium, cuncti populi universi terrarum orbis subditos tuos se profitebuntur gestu humillimo, qualis est supplicum, in terram prostratorum, quae est propria verbi השתחוה significatio, vid. Genes. XIX, 1. Num. XXII, 31.; deinde vero omnis omnino Jovae cultus illo verbo exprimitur, ut 1. Sam. I, 3. Ps. V, 8.

29. כי ליהוה המלוכה ומושל בגוים *Nam Jovae est regnum, et ipse gentibus dominatur.* Particula ל h. l. nota est dominii. Similis phrasis est Obad. Vs. 21. והיתה ליהוה המלוכה, *eritque Jovae regnum.* Cf. Zach. XIV, 9. והיה יהוה למלך על־כל־הארץ, *Jova totius terrae rex fiet.* Post מושל subaudiendum est הוא, *ipse est,* quod et Syrus expressit, ܫܠܝܛ ܘܗܘܝܘ *et ipsemet est dominator.* Eadem sententia Ps. XCVI, 10. XCVII, 1.

30. אכלו וישתחוו כל־דשני־ארץ לפניו *Edent et coram eo supplicabunt omnes opulenti terrae.* In Hebraeo Praeterita posita sunt pro futuris, ad majorem certitudinem designandam, quasi res jam evenisset. Quod vero hic dicitur *comedent,* אכלו, quoniam cum supplicatione conjunctum est, de carnibus sacrificiorum accipiendum videtur. De dictionis דשני־ארץ significatione in duas potissimum sententias discedunt. 1) Alii *miserae sortis* homines illa notari existimant, proprie *incineratos* (a דשן, *cinis,* Levit. I, 16. 1. Reg. XIII, 3. 5.), quod miseri et pauperes in cinere quasi et pulvere terrae victitent. Quae Syri interpretis videtur mens fuisse, dum vertit: ܟܦܢܐ ܕܐܪܥܐ, *famelici terrae.* In sensum paullo diversum deflectit Ludov. de Dieu, qui דשני־ארץ, *cineres terrae,* ut vertit, eosdem esse censet, qui hemistichio altero יורדי עפר, *in pulverem descendentes,* appellentur, id est, qui sepulchro devoti in cinerem et pulverem vertantur. Rectius vero 2) alii, Alexandrinum et Chaldaeum sequuti, *pingues,* i. e. *opulenti terrae* interpre-

pretantur, quod uſui vocis דָּשֵׁן magis convenit. Ter praeter hunc locum extat, Jeſ. XXX, 23., ubi de proventu terrae dicitur: וְהָיָה דָשֵׁן וְשָׁמֵן *pinguis ſit atque ſuccoſus;* Deut. XXXI, 20. de populo Iſraelitico: וְאָכַל וְשָׂבַע וְדָשֵׁן *comedit, et ſaturatus eſt, et pinguis evaſit:* denique Pſ. XCII, 15. de piis: *atque adeo in ſenectute germinabunt,* דְּשֵׁנִים וְרַעֲנַנִּים יִהְיוּ, *ſuccidi et virentes erunt.* Quare h. l. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ *pingues terrae* ſignificabit, id eſt, divites et opulentos, figura omnibus fere linguis recepta. Ita Graecis παχὺς, *craſſus, obeſus, pinguis,* eſt *opulentus, dives,* ut apud HERODOTUM L. V. Sect. 77. Οἱ παχέες, *opulentiores Eubaeorum;* nec non L. VII, Sect. 91. Αἰγινητέων δὲ οἱ παχέες, *Aeginetarum divites,* proceres. Sic et πίων, *pinguis,* illis idem eſt, quod *opulentus,* ut *Iliad.* Σ. 342. πιείρας πέρθοντε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων, *opulentas hominum urbes vaſtarunt.* Eodem modo Arabes utuntur ſuo وَدَكٌ et دَسَمٌ, quod utrumque proprie *pinguedinem* notat. Hinc in *Anthologia Sententiarum,* quae الكلم النوابغ *Dicta preclara,* inſcribitur, edita ab H. A. SCHULTENSIO, Lugd. Batav. 1772. 4. No. 10. haec legitur ſententia: لم يبق في الناس ودك من شرّ ضحاك ودك *Non permanet inter homines pinguedo, i. e. opima fortuna, quamdiu alius alio eſt nequior.* Ad quae Scholiaſtes: ما فيه وَدَكٌ وما فيه دسم اذا لم يكن عنده طايل *Nihil habet pinguedinis dicitur de eo, qui in re tenui verſatur.* לְפָנָיו tam ad וְיִשְׁתַּחֲווּ, quod praeceſſit (cf. Vs. 28.), quam ad יִכְרְעוּ, quod ſequitur, pertinet. De ſenſu vero verborum: לְפָנָיו יִכְרְעוּ כָּל־יוֹרְדֵי עָפָר *coram eo incurvabunt ſe omnes deſcendentes ad pulverem,* non minus discrepant. Etenim iis, qui *ad pulverem deſcendunt,* alii *totum genus humanum* intelligunt, eos qui in terram deſcendunt naſcen-

ſcendo, quaſi עָפָר pro אֶרֶץ, *terra* in univerſo ſit poſitum; alii vero *inſimi gradus homines* et *miſeros* ea locutione exiſtimant denotari, ut Pſ. CXIII, 7. מְקִימִי מֵעָפָר דָּל *qui tenuem e pulvere erigit.* Geierus: „*Deſcenſores pulveris,* qui miſeriae cauſa in terrae pulverem ſe veluti abſconderunt, ſuam hoc modo depreſſionem infimam teſtati. Sic enim videmus lugentes vel alioquin miſeros in terram procidere, atque ejusdem pulvere adſperſo ſe velut occultare. Thren. III, 16. Job. II, 8. XLII, 6. Qui in perpetuo ſqualore et miſeriis vitam trahunt.“ Mihi vero diverſae videntur eſſe locutiones: *in pulvere ſedere* ſive *verſari*, atque: *ad pulverem deſcendere.* Atque hanc poſteriorem loquendi formulam ego ſenſu non differre exiſtimo ab hac: *ad foveam,* id eſt, *ſepulchrum deſcendere* Pſ. LXXXVIII, 5. CXLIII, 7. (יוֹרְדֵי בוֹר), et Job. XXXIII, 24. (רֶדֶת שַׁחַת). De *ſepulchro* quidem עָפָר aperte dicitur Dan. XII, 2. וְרַבִּים מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת־עָפָר יָקִיצוּ, *multi eorum, qui in terrae pulvere dormiunt, evigilabunt.* Et Arabes etiam nomen سفاة, quod *pulverem* denotat, pro *ſepulchro* uſurpare ſolent, ut in hoc *Abi Tſachri Hudeilitae* in *Excerptis ex Hamaſa* ab A. Schultensio editt. p. 557.

وقلت عسى ان يلبد اليوم ودقه
سفاة بمستن الرياح الحواصب

Dixique: utinam appactum redderet hodie continua ejus pluvia pulverem tumuli, quem incurſant venti glareae ſparſores. Eadem eſt ratio nominis تربة, quod, quum primo et proprie *terram, humum,* ſimpliciter denotet, pro *ſepulchrali tumulo* dicitur a poeta quodam vetere in *Excerptis ex Hamaſa* p. 559.

ولو

وَلَوْ أَنَّ لَيْلَى ٱلْأَخْيَلِيَّةَ سَلَّمَتْ

عَلَيَّ وَدُونِي تُرْبَةٌ وَصَفَايِحُ

Quodfi Laila Achialitis falutem impertierit mihi, vel interfepiente tumulo et lapidibus monumenti. Hoc autem loco *defcendentes ad fepulchrum* non tam *omnes* omnino *mortales* indicabunt, quam potius eos qui *pinguibus*, opulentis *terrae* in hemiftichio priori oppofiti fint, id eft extreme miferos et afflictos, qui ob praefentiffimum vitae discrimen, ad quod fumma miferia redacti funt, jamjam ad fepulchrum funt defcenfuri (cf. fupra Vs. 16.), vitamque fervare amplius nequeunt, id quod poftremis Verfus verbis exprimitur: וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה et ille qui *animam fuam vivam non poteft confervare;* fubaudiendum eft pronomen relativum אֲשֶׁר, ut alias faepiffime, vid. Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 334. not. Quod autem *numeri* enallage eft h. l., quum Pluralis praeceffrerit, in eo nemo, moris Hebraei fermonis gnarus, facile offendet. נֶפֶשׁ, *anima*, ponitur pro effectu ejus, five *vita*, ut Job. XXXVI, 14., ubi נַפְשָׁם, *anima eorum* et חַיָּתָם, *vita eorum*, fe mutuo declarant. Verbum חִיָּה, quod alias *vivificcavit* denotat, h. l. idem eft, atque *vivum confervavit*, ut Ezech. XIII, 18. 19. *Vos animas venanimi meorum*, וּנְפָשׁוֹת לָכֶנָה תְחַיֶּינָה, *et animas vobis confervatis; meque profanatis, et necando animas non morituras*, וּלְחַיּוֹת נְפָשׁוֹת אֲשֶׁר לֹא־תִחְיֶינָה *et confervando non victuras.* Et XVIII, 27. *Quum impius, omiffa, quam exercuit, impietate, jus aequumque facit*, הוּא אֶת־נַפְשׁוֹ יְחַיֶּה, *is vitam fuam confervat.* Cf. etiam 1. Reg. XX, 31. Totius itaque Verfus fenfus hic erit: Qui abundant in copia rerum omnium, per totam terram, et qui vitam degunt inopem et miferam, mortuorum inftar depofiti, animis et corporibus afflictis, utrique hi epula-

bun-

buntur in epulo publico et adorabunt te cum geftu venerationis et fubjectionis. Quum igitur e lectione recepta fenfus prodeat perquam idoneus, haudquaquam opus erit, illam deferere, et cum quibusdam וְנַפְשִׁי לוֹ חָיָה reponere, quod interpretantur: *anima mea ipfi vivit*, id eft, vitam meam et me totum Jovae confecro. Atque נַפְשִׁי quidem expreſſerunt Alexandrinus, cum quintae, fextae et feptimae verfionis Graecae reliquiis et Vulgato, nec non Syro; לוֹ vero Alexandrinus, Theodotion, Symmachus, Syrus, Arabs uterque, atque Vulgatus. Maforethae vero recte elegerunt eam legendi rationem, quae difficilior quidem videtur, primo faltem adfpectu, fed melius convenit totius, quae inde a Verfu 27. decurrit, orationis tenori, quo poeta non amplius de folo fe ipfe, verum de omnibus omnino Jovae cultoribus agit.

31. זֶרַע יַעַבְדֶנּוּ *Pofteritas* etiam *ferviet ei*, non tantum hoc, quod nunc vivit, hominum genus, יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר, *narrabitur de Domino aetatibus* futuris. Praefixum ל h. l. valet *de*, ut Pf. III, 3. (ubi not. vide), cf. Jon. I, 6. Jefaj. IV, 17. Alii prius hemiftichium faciunt enunciationis fubjectum, pofterius praedicatum, hoc fenfu: *femen* (quod) *ferviet ei, annumerabitur Domino*, accenfebitur Deo populus et hereditas fucceffione pofteritatis perpetua. Verum סִפֵּר in conjugatione *Piel* numquam fignificat *numerare*, fed ubique *enarrare*, *praedicare*. לַדּוֹר, *aetati* aliae, five collective, *aetatibus*, progenies illa Jovae praeconium non fervabit fibi foli, fed et pofteris fuis commendabit, ita ut laus Jovae numquam definat praedicari. In Alexandrina verfione pro hisce verbis hebraeis legitur: ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, *annuntiabitur domino generatio ventura.* Ad quae Agellius: „Hebraeus habet *generationi venturae*, et forte fic tranftulerunt LXX. Nam fi a Graecis literis figuram accentus detrahas, remanebit γενεα quod tam *generatio*, quam *generationi* intelligi poteft. Porro quo tempore LXX funt interpretati, nondum iis apicibus accen-

centuum in fcribendo Graeci utebantur. Itaque fufpicari quispiam poterit, eos fic transtuliffe: *γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ.* Et hoc ex eo confirmatur, quod fequitur eadem forma: *λαῷ, populo.*"

32. יָבֹאוּ וְיַגִּידוּ צִדְקָתוֹ *Venient et annunciabunt justitiam suam*, id eft, nafcentur alii adhuc et novi denuo homines, defcendent ex illis alii, qui Jovae benignitatem celebrent. בּוֹא, *venire* h. l. *nafci* videtur fignificare, ut Cohel. I, 4. Ut vero Latini *justitiae* nomine omnem virtutem, ita et Ebraei fummam morum rectitudinem et abfolutam bonitatem צְדָקָה vocant, vid. Pf. L, 6. XXXVI, 11. XXXI, 2. LXXI, 1. Vel poteft hic propria *juftitiae* fignificatio retineri, quod Jova fuos cultores praemiis remuneratur, improbos vero, et qui pios oppreffserunt, fuppliciis afficit. Illi vero, poeta addit, Jovae virtutem לְעַם נוֹלָד כִּי עָשָׂה *populo* ex fe *genito* anunciabunt, *propterea quod* potenter et feliciter *egit;* verbum עָשָׂה enim, fi abfolute dicitur, fignificat, *potenter et feliciter aliquid peregit*, ut Pf. XXXVII, 5. *Commendaviam tuam Domino*, וְהוּא יַעֲשֶׂה *is enim* potenter et ex voto *peraget.* Sic Dan VIII, 24. וְהִצְלִיחַ וְעָשָׂה *fucceffu utetur fecundo, et feliciter perficiet*, Cf. Dan. XI, 7. 17. Ita et Pf. LII, 11. אוֹדְךָ לְעוֹלָם כִּי עָשִׂיתָ *Semper te celebrabo, nam praeclare egifti.* Jef. XLIV, 23. *Cantate, coeli, quia* עָשָׂה יְהוָה *praeclare Jova egit.* Quare recte noftro loco Chaldaeus pofuit: פְּרִישָׁן דַעֲבַד *admiranda, quae fecit.* עַם נוֹלָד *Populus genitus* funt homines illis juniores, pofteri, ut Pf. LXXXVII, 5. 6.

ANNO-

ANNOTATIONIS
ad Pſ. XXII, 17.
ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

RECENSETUR ATQUE DIIUDICATUR LECTIONIS VARIETAS IN VOCABULO כָּאֲרִי *).

Codices in vocabulo כָּאֲרִי conſonantium varietatem exhibent *triplicem;* 1) כארי, 2) כארו, 3) כרו. Quorum unumquodque varie et efferri et explicari poteſt. Nos ſingula ſingulatim perpendemus.

I) Ut a כארי ordiamur, id 1) vel כָּאֲרִי, 2) vel כְּאָרִי poteſt pronuntiari.

1) In codibus plerisque hodie extat כָּאֲרִי, quod interpretes vulgo habent

a) pro nomine אֲרִי, *leo*, cui praepoſita ſit particula כ, ſimilitudinem indicans, quemadmodum praeter hunc locum

*) Hujus laboris partem ante nos jam ſuſcepit H. E. G. Paulus, cujus *Vollſtändige Critik über Pſ. XXII,* 17, extat in *Memorabill.* a ſe editt. P. IV. p. 65. 82., quae Commentatio auctior et emendatior legitur in *Clave Pſalmor.* altera vice edita, p. 120. ſeqq. Nos tamen in Viri Doctiſſimi diligentia minime acquieſcendum putavimus.

locum et Jeſ. XXXVIII, 13. כָּאֲרִי, *leonis inſtar* [1]) ſcriptum reperitur. Jam vero nomen אֲרִי h. l. vel *Nominativus* eſſe poteſt, vel *Accuſativus.*

α) Quodſi אֲרִי *Nominativum* eſſe ſtatuas, ad poetae hoſtes erit referendus. Quia autem haec verba: *ſicut leo manus meas et pedes meos,* per ſe nullum ſenſum habent, apparet, ſupplendum eſſe verbum aliquod, quale vero, vix dubitari poterit, quum הִקִּיפוּנִי proxime praeceſſerit. Quod ipſum tamen quum alii *contundere, confringere,* alii *circumdare* interpretentur, ut ſupra in Annotatione ad Vs. 17. obſervavimus, ſequitur, *biſariam* poſſe verba noſtra accipi, vel ſic: *ad inſtar leonum manus meas et pedes meos contuderunt,* ſive *comminuerunt* [2]); vel hoc modo: *ſicut leones me circumdant quod ad manus meas et pedes meos* [3]). Ex hac igitur interpretatione queri-

1) כָּאֲרִי כֵּן יְשַׁבֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי *Omnes artus mihi quaſi a leone perſringuntur.*

2) Ita Alb. Schultensius in *Origg. Hebrr.* L. I. C. XII. §. VIII. „Similitudo," inquit, „ob oculos ponit *leonem* בקאף *violentius praedae ſuae incubantem: eique oſſa ipſa comminuentem et commolentem, horrendo ſub murmure.*" Sunt, qui verbo נָקַף eandem cum נָקַב ſignificationem ineſſe cenſeant, id eſt, *perfodit, perforavit.* Ita Otho Verbrugge, qui in *Obſervatt. Philologg. de Nominum Hebraeorum plurali numero* (Groning. 1730. 8.) §. 40. pag. 44. verſum noſtrum ſic interpretatur: *Circumdederunt me canes, coetus malignantium perfoderunt me inſtar illius leonis,* i. e. magni, ſeu eximii leonis, *in manibus et pedibus meis.* Verum נקף ejusdem cum נקב ſignificationis eſſe, ſine idonea ratione ſumitur, ut taceam, parum apte de *leone* dici, *perforare* eum manus pedesque.

3) Aben-Eſra: וטעם כארי דבק עם הקיפוני שהקיפו כאריה ידי ורגלי והזכיר ידי כי בהם נלהם ורגלי כי בהם יוכל לברוח *Dictio* כָּאֲרִי *conjungenda eſt cum verbo, quod praeceſſit,* הִקִּיפוּנִי *hoc ſenſu: circumdant*

queritur vates, ſe a multitudine hoſtium, truculentia et ſaevitia leonibus ſimilium, ita cinctum eſſe, ut et quod manibus faciat, pro ſe propugnando, et quo pedibus eat aut fugiat, ſibi interclusa eſſent omnia.

β) Si כָּאֲרִי Accuſativum eſſe cenſeas, et ſic vertas: *tanquam leonem manus meas et pedes meos* cingunt, vel comminuunt; poeta ipſe leoni ſe comparabit, in quem canum venaticorum turba undique irruat, jamque artubus ſuis mordicus inhaereat, ut quaſi conſtrictum ipſum teneat [4]).

Verum quod hic legitur, כָּאֲרִי, aliter interpretandum eſſe, ac Jeſaj. XXXVIII, 13., vetus eſt traditio, quam Maſorethae nobis ſervarunt [5]). Qua autem ſignificatione h. l. ſit accipiendum, id erit quaerendum.

Ac longe quidem plerisque eorum, qui vocem noſtram non pro nomine habent,

b) כָּאֲרִי eſt numerus Pluralis Participii formae apocopatae pro כָּאֲרִים, a verbo כּוּר, *fodere*. Quam ſententiam primus, quod ſciam, commendavit Ed. Pocock [6]). „In dialecto Arabica,“ inquit, „tam كرى, quae כרה Hebraeo-

dant, ſicut leones, manus meas et pedes meos. Et manuum quidem facit mentionem, quod iis pugnaret, ſeſeque defenderet, pedum vero, quod iis fuga ſibi poſſet conſulere.

4) Quam ſententiam pluribus exornavit Paulus in *Memorabill.* P. IV. p. 67. 68.

5) Ita enim Maſora parva ad h. l. ב׳ קמצין כתרי לישני שויחי׃ עד בקר *Vocabulum hoc* כָּאֲרִי *bis occurrit cum Camez, ſed diverſo ſignificatu. Alter locus eſt Jeſ. XXXVIII,* 13. Jam vero quum apud Jeſaiam כָּאֲרִי vix aliter reddi poſſit, quam: *ſicut leo;* efficitur, illud ex veterum ſententia hoc noſtro loco alia ſignificatione accipiendum eſſe.

6) In *Notis Miſcellaneis* ad Maimonidis *Portam Moſis* a ſe edit. p. 57.

braeorum refert, quam كار quae כור vel כאר, *fodiendi* intellectum habet: ita, teſte *Al Firuzabadio*, a ſecundo iſto الكور *Alcaur* eſt *effoſſio terrae*, et verbi formâ auctâ, quae Hebraeorum *Piel* ratione Analogiae reſpondet, ſcil. كوّر *Cavvar, proſternere*, item *colligere* et *colligare*, nec non, *virum haſta confodere*, ac ſimul *collectum projicere* vel *dejicere*. Quod etiam ad prius كرى, eodem teſte, ſignificat حفر, *fodere, effodere;* ita quidni et olim apud Hebraeos כרה et כאר ſynonyma eſſe potuerunt?" Et *formae* quidem vocabuli rationem reddit hanc [7]). „Quid ſi vel pro *Benoni* ſeu Participio praeſenti formae *Cal* accipiatur? Ne litera א, quam jam pro radicali genuina habendam, vel quod eodem recidit, a ו mutatione factam, probavimus, aut vocalium, quibus legitur, natura, offendemur, faciunt exempla, קָאם Hoſ X, 14., cum alibi קָם ſcribatur, et רָאֲמָה Zach. XIV, 10. in Praeterito, et רָאמוֹת, in Participio, Proverb. XXIV, 7., et שָׁאטִים Ezech. XXVIII, 24., et שָׁאטוֹת, Ezech. XVI, 57. At tum formam pluralem requirere videtur ſenſus, qua vel כָּאֲרִים, ut a כָּאַר, vel כָּארִים, a כּוּר, vel in forma conſtructa כָּאֲרֵי vel כָּארֵי eſſet. Eſto; at cur non et hic pro forma plurali agnoſcatur כָּאֲרִי, cum non deſint alias numero iſto ſimiliter deſinentium exempla? Sic Geneſ. XL, 16: חוֹרִי, *foraminum*, vel, ut alii, *candidorum*, ſive *panum*, ſive *viminum;* הַחִצִי, *ſagittae*, 1 Sam. XX, 38.; שָׁלִישִׁי, *Triariorum*, 2 Sam. XXIII, 8.; הַכָּרִי, *duces*, 2 Reg. XI, 4. 19.; עַמִּי, *populos*, ſaepe, ut 2 Sam. XXII, 44. Thren. III, 14., et juxta nonnullos הַיְבוּסִי, *Jebuſaeos*, Joſ. XV, 63.; nec non Cant. VIII, 2. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי, *e muſto malogranatum*. Non magis, quam haec, a regula aberrabit

7) P. 59. ſeq. l. c.

bit בָּאֲרֵי, *fodientes;* ut alia, ſed aliter terminata, in quibus ם pluralis nota excidit, omittamus." Haec Pocockius, cujus verba integra adducenda duxi, quod ſententia ab ipſo propoſita multos et doctos nacta eſt aſſenſores [8]). Sed falſam eſſe eam opinionem, qua litera *Mem* in nominibus pluralis numeri abſoluti reſecari ſtatuitur, multis oſtendit Otho Verbrugge [9]), qui, exemplis, quibus

8) Veluti Joh. Frischmuthum in Diſſert. de *Meſſiae manuum et pedum perforatione ad Pſ. XXII,* 17. in *Theſauro Theologico-Philologico* (a Gothofr. Menthenio, Amſtelod. 1701. edit.) T. I. p. 611. ſeqq.; Jacob. Altingium in Diſſert. de *Integritate vocis* בָּאֲרֵי, quae eſt *quarta* Heptados VIImae Diſſertatt. p. 214. ſeqq. in *Operibus,* T. V. Amſtelod. 1687. fol.; Aug. Pfeifferum tam in *Dubiis Vexatis* ad h. l. pag. 584. ſeqq. quam in ſingulari *Exercitatione* de *integritate vocis* בָּאֲרֵי, quae eſt *octava* Decadis Exercitatt. ad calcem *Dubior. Vexator.* p. 188.; Joh. Gottlob. Carpzovium in *Critica S. V. T.* p. 838.; Campeg. Vitringam in *Obſervatt. SS.* P. I. L. I. Diſſert. III. Cap. II. p. 185. Atque hic quidem inſertae literae א rationem arceſſit a more ſcribendi absque punctis vocalibus olim Hebraeis recepto, quando literae אהוי iis pro vocalibus inſervierint; quae quamvis dein, ut ſupervacaneae, ſublatae eſſent, id tamen non tam factum eſſe diligenter et accurate, ut non quaedam remanſerint ſcripturae antiquae veſtigia, ut in locis a Pocockio ſuperius prolatis. Omiſſae vero literae ם ad finem vocis בָּאֲרֵי, cauſſam repetit inde, quod jam veteres, ut hodienum Rabbini, in ſcriptione textus Hebraei in nominibus pluralis numeri literam finalem ם compendii ergo ſaepe omiſerint, et per lineolam transverſam compenſarint. Iis, qui ־ֵי pro terminatione Pluralis abſoluti habent, nominibusque Pluralis numeri ita terminatis et בָּאֲרֵי accenſent, acceſſit et Gesenius in *dem ausführl. Lehrgeb.* p. 526. coll. p. 401.

9) In *Obſervatt. de Nominum Hebraeor. numero,* Obſerv. I. p. 2 — 102.

bus illa opinio firmari vulgo existimatur, omnibus et singulis diligenter examinatis, demonstravit, esse illa omnia revera nomina singularis numeri, quae *vel* in Jod desinant [1]), *vel* pronomen inseparabile primae personae ad finem affixum habeant [2]). Accedit, quod *status*, quem Grammatici vocant, *absolutus*, hic ne locum quidem habere potest, quod sequitur יָדַי, unde in regimine כְּאָרֵי ponendum esset.

c) Ludovico de Dieu [3]) כְּאָרִי est Infinitivus Conjugationis Piel a verbo כָּאַר, cui *deturpandi* significationem tribuit, cum pronomine affixo primae personae, unde sic vertit: *deturpando me manibus meis et pedibus meis*, vel *deturpando mihi manus meas ac pedes meos*, quod construendum sit cum Praeterito, quod praecessit: *congregatio maleficorum me circumdedit*. Sed *deturpandi* significationem cur h. l. non admittendam putemus, dicturi sumus infra ad II, 2.

d) Ludovicus Blossius [4]) כָּאֲרִי pro כָּרִי, inserto א epenthetico, positum censet, idque *perfossum* interpretatur, a verbo satis usitato כָּרָה, *fodit*, quemadmodum a קָלָה, *torruit*, derivatur קָלִי, *tostus*, et ab עָנָה, *afflixit*, עָנִי, *afflictus* [5]). Quod si sequaris, locus noster sic erit vertendus: *circumdant me perfossum* quoad *manus meas et pedes meos*. Cui interpretationi tamen recte oppo-

1) Veluti חֹרִי, חֲצִי, שְׁלִישִׁי.

2) Ut עַמִּי, רִמּוֹנִי.

3) In *Animadverss.* ad h. l.

4) In *Progr. super Ps. XXII, 17. de voce* כארי, Numburgi, 1711.

5) In eandem sententiam et Gerh. Outhovius incidit, qui in *Biblioth. Histor. Philolog. Bremensi* Class. V. Fasc. III. p. 412 — 422. de hoc loco disputavit. Ignota tamen ipsi Blossiana prolusio fuisse videtur.

oppoſuit Otho Verbrugge [6]), epentheſeos literae א inter primam et ſecundam radicalem, in verbis quieſcentis tertiae radicalis ה, et in vocabulis ab iisdem derivatis, exemplum occurrere nullum. Demonſtravit autem, in omnibus iis vocibus, in quibus א, quod dicunt epentheticum, reperitur, eam literam eſſe vel radicalem, vel cum litera radicali permutatam, vel pertinere ad ipſam vocis formam [7]).

e) Dan. Richter [8]) noſtrum כָּאֲרִי ad verbum כָּרַר refert, cui *ſaliendi, proſiliendi, exluberandi* tribuit notionem, unde Participium Pluralis Conjugationis *Cal* eſt כּוֹרְרִים, pro quo contracte, literaque ם per apocopen abjecta, כָּאֲרִי poſitum opinatur. Quare verba כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי ita interpretatur: *intumeſcentes manus meae et pedes mei.* „Aliter enim,“ ait, „evenire non poteat, quam ut manus pedesque ſervatoris clavis affixi trabalibus prae ſanguine ſuffuſo atque in cruorem abeunte illico cum maximo dolore intumeſcerent.“ Verum neque apocopen literae ם, neque epentheſin literae א in vocabulo כָּאֲרִי ſtatui poſſe, vidimus antea, ubi de Pocockii atque Bloſſii interpretandi ratione dictum eſt. Cetera retuliſſe eſt refutaſſe.

2) Extant codices, qui pro כָּאֲרִי exhibent כָּאֲרֵי [9])

 quod

6) In libro laud. §. 26. 27. p. 29. ſeqq.

7) Sententiam a Bloſſio propoſitam refutavit etiam Jo. Sam. Eckstein in *Diſſert. philol. de derivatione vocis* כָּאֲרִי, Lipſ. 1724.

8) In *Meditat. de cruce Philologorum* כארי, *qua omnibus opinionibus remotis nova ſtabilitur;* praemiſſa eſt libro a ſe edito, cui haec eſt epigraphe: *Voces difficiliores Hebraeae per univerſum V. T. obviae ſecundum principia grammatica Cel. Danzii analyſi evolutae*, Jen. 1740. 8.

9) Ita Codex Pſalmorum medio ſeculi XIV. ſcriptus, apud Argentinenſes, (Kennicotto n. 148. ſignatus,) quem

quod nuper Th. F. Stange [1]) probavit et commendavit, „eft enim, ait, Participium Pluralis in regimine a fingulari כָּאַר, vel כָּאֵר, a verbo כָּאַר aut כּוּר, *fodit.* Inter ómnes ferme Grammaticos conftat, Participium Praefentis Conjugationis *Kal* non tantum effe פּוֹקֵר, fed etiam פָּקֵר, uti exempla Genef. XXXVII, 35. אָבֵל, πενθῶν, 2. Sam. II, 26. יָשֵׁן, *dormitans*; 2. Chron. III, 12. דְבֵקָה, *adhaerens*, et innumera alia, quorum fyllogen in Schultensii *Inftitt. ad fundamenta L. H.* §. 169. invenire poteris, fatis evincunt. Ad quod tamen affumendum ne cogeris quidem: etenim apud Aramaeos pro קָם, quod eft pro קוּם, exiftit קָאֵם, ut videndum eft ex vocabulis קָאֲמַיָּא, *ftantes*, Dan. VII, 16.; רָאמוֹת, *excelfa*, Proverb. XXIV, 7.; הַשָּׁאטִים, *flagellantes*, Ezech. XXVII, 24.; וְקָאם, Hof. X, 14., a verbis קום, רום, שׁוּט. Unde ex radice כּוּר, ἀναλογως, fieri poteft Participium plurale in ftatu conftructo, ob fequentia nomina יָדַי רַגְלַי, noftrum controverfum כָּאֲרֵי."

II) כארו

quem defcripfit J. J. Oberlin in *Mifcellis Literariis maximam partem Argentoratenff.* 1770. 4. p. 95. Eandem lectionem fiftit Hagiographorum codex, forfan fub Sec. XIII. init. fcriptus, quem *de* Rossi poffidet, qui eum praeftantioris notae codicem vocat, et no. 368. defignat. Huc pertinent, quae Aug. Pfeifferus retulit in *Exercitat.* in hanc vocem (fupra in not. 8. laud.), §. 29. „*Gesnerus* Commentar. h. l. p. 225. cenfet, unico addito punctulo ex כָּאֲרִי fieri poffe כָּאֲרֵי, ut fit Pluralis numerus in regimine pro כָּאֲרִים, *fodientes*, quam lectionem a quodam *Cafp. Amone* fe didiciffe ait *Capito* in *Inftitt.* L. H. L. I. C. XIII. Habet eadem fententia, ne quid diffimulemus, auctorem magnum quoque noftrum Lutherum, *Oper.* in Pf. XXII. T. II. ed. Jen. Latin. f. 252. a. circa fin."

1) In *Anti-Critica in locos quosdam Pfalmorum*, P. I. p. 126. feqq.

II) כארו, quod in quibusdam codicibus reperitur [2]),

1) interpretes longe plerique vertunt *foderunt*, verbo כאר, ad quod omnino eſt referendum, propter inſertum א, tribuentes ſignificationem verbi כָּרָה, quum et alia verba mediae

2) Veluti in Cod. Kennicott. 39., qui, quamquam non adeo vetuſtus, plures tamen bonae notae lectiones continet, nec non in duobus codd. de Roſſianis, porro in Bibliis Camplutenſibus, in Pſalterio Baſileenſi a 1526., in Pſalterio polygl. Potkenii Colon. 1518., atque ad marg. Pſalterii Quadrupl. Lugd. 1530. Joh. Isaacus in *Defenſ. Veritat. Hebr.* contra Lindanum L. II. p. 202. teſtatur vidiſſe ſe apud avum ſuum Pſalterium, in quo כארו ſcriptum eſſet in textu, ſed ad marg. כארי. Eandem lectionem כארו apud Vangiones ad marg. vetuſtiſſimi ac membranacei libri reperit Capito in *Inſtitt. Hebrr.* L. I. C. XIII. Martianaeus in edit. Oper. Hieron. T. I. p. 850. et *Defence contre M. Simon*, p. 159. ad cod. 626.- Colbert. provocat in textu כארו legentem, quod Simonius poſteriori manui chriſtiani correctoris tribuit, Martianaeus Judaeo amanuenſi. Quibus codicibus Jenenſem addit Joh. Gerhardus in *Compl. Harm.* p. 369. *Exeg.* T. I. Th. 330. De quo tamen dubitatio mihi eſt, quum J. Frischmuth, LL. OO. in Acad. Jen. Profeſſor, in Diſſert. ſupra p. 631. not. 8. laud., ubi diligentiſſime hoc argumentum tractavit, commendet quidem Cap. II. § 1. codicem MS. Academiae Salanae, ſed *optat, alteram partem, quae legem et Hagiographa complectitur, non deeſſe.* Verum extitiſſe olim codices optimae notae, qui legerent in textu כארו, ad marg. כארי, manifeſte evincit Maſora magna ad Num. XXIV, 9.: כארי ב' וסי' כרע שכב כארי כאריי ידי ורגלי כארו כתיב, i. e. כארי *bis occurrit, loca ſunt Num. XXIV, 9. incurvat ſe, procubuit ſicut leo; et Pſ. XXII, 17., ubi tamen in quibusdam codicibus* כארו *in textu eſt ſcriptum.* Et *Jacobus Ben Chaiim*, cujus opera Dan Bombergius uſus eſt in Bibliis Hebraicis ſuis impenſis editis, in Maſora finali ad ordi-

mediae radicalis Vau fignificatione cum verbis tertiae radicalis quiefcentibus conveniant [3]).

2) Aquilae in editione primae ᾔσχυναν, *foedarunt*, reddidit, quod ex Chaldaica dialecto fumtum eft, qua כער, vel כאר, *Ajin* et *Aleph* permutatis, eft *foedare*, vel *inquinare* [4]). Syris etiam ܟܘܪܐ eft *pudor* et *confufio*. Ita in Syro interprete 1. Cor. III, 5 ܠܟܘܪܐ *ad pudorem* feu *confufionem*, Graece πρὸς ἐντροπήν. Et in *Ethpeel* ܐܬܟܘܪ fignificat *verecundatus eft*. Arabice quoque مكور in Lexico *Camus* idem eft quod فاحش, *turpis, foedus, obfcoenus*. Proinde Aquilae caufa non defuit, cur כָּאֲרוּ redderet ᾔσχυναν, *foedarunt*. Nam Aleph משך, five *protractionis* in voce כארו putavit effe radicale, et eam deduxit ex Syro vel Chaldaeo כאר, quod *foedare* eft, ut probavimus. Neque id prorfus extra rem. Nam αἰσχύνειν, *foedare*, et exteris fcriptoribus quandoque

ordinem אור haec fcribit: במקצת ספרים מדויקים מצאתי כתוב כארו וקרי כארי *In quibusdam libris accuratiffimis fcriptum in textu reperi* כארו *et ad marginem* כארי. Addit tamen, neque in Maforethicis indicibus, neque in tabulis, quae antiquas Orientis et Occidentis variationis complectuntur, illius lectionis mentionem factam effe.

3) Veluti דום et דָּמָה, *filuit*, דוך et דָּכָה, *contritus eft*, בוז et בָּזָה, *fprevit*, שׂור et שָׂרָה, *principatum tenuit*, סוף et סָפָה, *defecit*, שׂוט et שָׂטָה, *declinavit*.

4) Per *Ain* fcribitur in *Targum* Nahum III, 6. וְאֶשַׁוִּינָךְ מְכַעֲרָא לְעֵינֵי כָל חָזָיִךְ *Et reddam te foedam in oculis omnium te videntium*, pro Hebraeo, *et reddam te* כְּרֹאִי *ut ftercus*. Per *Aleph* in *Mifchnae* Tract. *Baba Kama* c. 10. ubi de lana dicitur צבעו כארו, *tinxit eam colore foedo.*

que eft *torquere, cruciare, indignis modis tractare.* Sic Iliad. Σ. Vs. 24. Achilles, accepto de caede Patrocli nuntio

— — — χαρίεν δὲ ᾔσχυνε πρόσωπον,

pulchram faciem foedebat. Et *Aeneidos* libro fecundo, cum Hector Aeneae apparet in fomnis,

Squallentem barbam, et concretos fanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Accepit patrios: — — —

dicit illi Aeneas,

— — — *quae caufa indigna ferenos*
Foedavit vultus? — — —

Foedavit, id eft, *fanguine cruentavit*, ut recte ibi *Servius.* Et libro quarto mortua Didone, a poeta defcribitur

Unguibus ora foror foedans, et pectora pugnis.

Foedans, id eft, *fanguine cruentans.* Et libro feptimo

— — — *foedatique ora Galefi*

id eft, *cruentati.* Ita utroque loco *Servius* [5]. Quod fi fequamur, dixerit vates: cruentarunt et lacerarunt manus pedesque meos. Obftat tamen huic interpretationi, quod verbum כָּאַר non tam Hebraicum eft, quam Syriacum potius et Chaldaicum; atque ipfi Aramaei illud minus proprie ufurpant pro כְּעַר, quod eft magis ufitatum, ita ut כָּאַר fola ex literarum gutturalium א et ע permutatione fit ortum. Quod vero praeterea monet Bochartus [6], a Syris et Chaldaeis non folere Davidem ulla

5) Haec et alia loca attulit Nic. Fullerus in *Mifcellaneis Sacris*, L. III. C. XII., qui hanc interpretationem vehementer probat atque commendat.

6) *Hieroz.* P. I. L. III. C. VI. T. II. p. 93. ed. Lipf.

ulla verba mutuari, quod tum Judaei cum Syris parum haberent commercii, nec nifi poft Babylonici exilii tempora coeperit Hebraifmus Syriafmo infici, nihil habebit ponderis, fi, uti nos fumimus, Pfalmus inter ipfas exilii aerumnas eft factus.

3) Verbo hebraeo כאר congruit Arabicum كور, quod praeter alia fignificat: *valide conftrinxit, arcte colligavit.* Quam fignificationem fi noftro verbo applices (ubi litera *Aleph* pro epenthetica habenda erit, ut in vocabulis fupra I, 1. d. p. 632. f. allatis), fenfus prodibit hic, *colligant*, firmiter conftringunt, *manus meas et pedes meos*, ut Davides, captivi fe inftar, arctis vinculis conftrictum ab hoftibus, undique ipfum cingentibus, eorumque ludibriis expofitum defcribat. Quem ipfum fenfum et Aquila in fecunda editione, Symmachus, et forfan etiam Interpres vetus Latinus expreffe- runt [7].

4) Quum

7) Ita enim J. B. de Rossi in *Varr. Lectt. V. T. Append.* Vol. IV. p. 239.: „Aliam Aquilae lectionem ex fecunda, ut videtur, editione memorat apud doctiffimum Brancam codex Syrus hexaplaris Ambrofianus, ܟܒܠܘ, *vinxerunt*, ut plane habent apud Martianaeum in editione Hieronymi [*Divinae Bibliothecae* h. Pfalmor. loco] *quinque codices latini.* Et Symmachus in eodem codice hexaplari vertit: ܐܝܟ ܕܒܥܝܢ ܠܡܟܠܐܘ ܐܝܕܝ ܘܪܓܠܝ *ficut fortes ad vinciendum manus meas et pedes meos.*" Eandem Symmachi interpretationem in Barhebraei *Horreo Myfteriorum* ad h. l. citatum reperit P. J. Bruns. Vid. *Repertor. Literat. Bibl. et Orient.* P. XIII. p. 188. Videtur tamen Symmachus כַּאֲרִי *ficut fortes* vertiffe. Ceterum de hac interpretatione conferendus eft quoque G. F. Hezel in *Praefat. Grammaticae Hebraeae*, vernacule ab ipfo fcriptae pag. XXV.

4) Quum inter verbi Arabici كَسُورَ ſignificatus a Golio etiam hic ſit conſignatus: *proſtravit aliquem et convolutum veluti deturbavit fodiens haſta;* H. E. G. Paulus [8]) verba noſtra, כָּאֲרוּ יָדַי וְרַגְלָי ita vertenda cenſet: *proſtraverunt et convolutum veluti quoad manus pedesque me deturbarunt.* Quod ferri poſſet, ſi כַּאֲרוּבִי ſcriptum eſſet.

III) Quod in quibusdam codicibus legitur, כָּרוּ [9]), ad utrumque verbum ſive כּוּר, ſive כָּרָה referri poteſt, quare easdem, quas כָּאֲרִי, interpretationes recipit.

IV)

8) In *Memorabill.* P. IV. p. 70.

9) „Ita codices duo a Kennicotto inſpecti ad marg., Pſal. Viteberg. 1566. Ad marg. כרו ק׳, i. e. *legendum* כָּרוּ, habent Biblia Sanctandreana, 1586, Pſal. Prov. etc. cum lat. Verſ. interlineari 8. Genevae, circa an. 1616., Pſalmi cum Verſ. interlin. Paris, fol. ex ed. Gordonii 1632., *Pſalmi*, Prov. etc. cum lat. Verſ. 8. ibid. eod. anno. Ad calcem inter varias lectiones כרו referunt Biblia Munſteri, 1536. Pſaltor. Baſil. 1538., Baſil. alterum 1547., ſed Biblia Munſteri praefixo nomine הנוצריים, *Chriſtiani,* ac ſi ad ſolos Chriſtianos eorumque codices haec lectio pertineret. Quae eſt in genere Judaeorum mens. R. Joſeph Kimchi, in inedito *Milchemeth-chovà:* הם שנו הקריאה וקורים כרו ידי ורגלי, *Ipſi* (Chriſtiani) *immutarunt lectionem leguntque* כרו וגו׳. Ejus filius, David Kimchi, in תשובות, *Reſponſionibus,* excuſis ad calc. *Nizzachon* Hackſpanii p. 197. notat et ipſe, nos vocem כארי efferre כרו. Teſtis eſt Galatinus in *Arcanis Cathol. verit.* p. 341. ed. Baſil. *In aliquot vetuſtiſſimis codicibus* כרו *ſcriptum adhuc reperiri, tametſi Judaei in iisdem* כארי *legant. Dicunt enim ibi* כתיב, *id eſt, ſcribendum eſſe* כרו, *ſed* קרי, *id eſt, legendum,* כארי. Raymundus vero Martini in *Pugione fidei,* p. 278. ed. Lipſ. profert librum *Bereſchith rabba,* inter loca תקון סופרים ſeu *correctionis ſcribarum,* noſtrum hoc כרו referentem." Haec *de Roſſi* in Varr. Lectt. Vol. IV. p. 15.

IV) Utramque legendi rationem, כארי et כארו nonnulli conjungunt ita, ut כארי compositionem seu synaeresin Grammaticam vocum כרו et כארי esse putent, hoc modo interpretandam: *foderunt ut leo* [1]). Verum etsi minime negari potest, extare in codice Hebraeo vocabula, in quibus Masorethae duplicem legendi rationem conjunxerint, tamen haudquaquam a scriptoribus ipsis duae voces in unam conflatae censendae erunt, quum hujusmodi vocabula composita a linguae Hebraeae dialectorumque cognatarum analogia prorsus sint aliena.

Jam collata inter se hac legendi interpretandique varietate, sponte apparebit, cardinem quaestionis versari in ultima vocabuli litera, utrum *Jod*, an vero *Vau* sit genuina? Qua de re nemo accuratius disputavit atque in utramque partem argumenta diligentius expendit DE Ros-

1) Ita Chaldaeus, qui sic vertit: נכתין היך כאריא *mordentes instar leonis.* Quod probavit AVENARIUS in *Grammat. Hebr.* P. III. p. 480. et in *Lexico*, p. 358., atque CHR. HELVIOUS in *Vindiciis Locor. V. T.* p. 18., multis vero argumentis defendit MATTH. WASMUTH in *Vindicc. Hebr. Text.* P. III. (sive *Anti-Conringio Apologet.*) pag. 363. seqq. In versione Chaldaica H. E. G. PAULO (in *Memorabill.* P. IV. p. 78. 79.), vocabulum כאריא suspectum videtur ob duplicem similitudinis particulam, quum praeter כ ante אריא etiam היך praepositum sit, quod posterius tum demum idoneum sensum efficere putat, si, demto כאריא, verba נכתין היך sic vertantur: *tanquam mordentes.* Sed oblitus erat Vir Doctissimus primo quidem, Chaldaeo, si hanc sententiam exprimere voluisset, היך נכתין scribendum fuisse; deinde vero, nil usitatius esse Chaldaeis repetione particulae כ similitudinis post היך ante nomina. Exempla vide in BUXTORFII *Lex. Chald.* p. 606.

Rossio, in *Varr. Lectionum V. T. sylloge* [2]). Quod opus quum paucioribus tantum ad manus fuerit, lectorum nostrorum plerisque gratum nos facturos speravimus, si ex illo, quae maxime ad rem pertinerent, hoc loco subjiceremus.

„Utraque lectio suos habet patronos magni nominis, suaque momenta gravissimi ponderis. Pro hodierna, כָּאֲרִי, stat MSS. *codicum*, qui aetatem ferunt, fere omnium consensus et auctoritas. Bini soli vere judaici excipiuntur, qui legant כארו. Reliqui vel dubii ac suspecti, vel ex secunda manu correcti, ac verosimilius christiana [3]). Quotquot *editiones* exhibent כארו, a christianis curatae sunt, hancque lectionem ex antiquorum potius interpretum vel Masorae auctoritate, quam codicum videntur introduxisse [4]). Idem dicendum de כרו ejusque Keri, quod ad nonnullarum editionum marginem comparet. Idem de Jod, seu Vau minusculo cum Schurek, quod editores nonnulli obtrudere maluerunt. Galatini testimonium [5]) suspectum est, quodque scribit Isaacus apud avum suum vidisse Psalterium, Basileense ipsum anni 1516. esse conjicit Tychsenius [6]). Masora Numerorum [7]) Altin-

2) Vol. IV. pag. 17. seqq.

3) Ad quorum classem ex Simonii judicio amandandus Colbertinus, cf. supra not. 20.

4) Pellicanus, qui Basileense Psalterium a. 1516. edidit (vid. p. 635. not. 20.), addens ad marg. *Jud.* כארי, sat ostendit, textuale כארו, quod praetulit esse Christianorum. Psalterium quadruplex 1530. habet: *alias* כארו, scholium christiani editoris, antiquam et deperditam lectionem referentis, nec audentis, quod Complutenses ac Pellicanus fecerant, in textum recipere.

5) Vid. supra p. 641. not. 2.

6) In *Tentam. de variis codd. hebrr. generib.* p. 255.

7) Vid. supra p. 641. not. 2. sub fin.

Altingio et Guffetio fpuria videtur atque interpolata, male confundens locum noftrum, ubi כָּאֲרִי eft *kamezatum*, cum illo Numerorum, quod habet Patach, ac perperam exemplum producens, quod eft incongruum. Buxtorfius filius, acerrimus Maforae defenfor, fatetur, ejus textum hic effe falfatum, et pro exemplo Pfalmorum reponendum aliud Ezechielis XXII, 25., ubi occurrit כַּאֲרִי cum Patach, ut in Numeris [8]). Potiffimum autem verba כארי כתיב a Jacobo ipfo Ben Chaiim addita fufpicatur Guffetius, a Chriftiano quopiam Altingius, quod dictio ipfa prodat inufitata כתוב, qua utitur [9]). Ego fane MſT. meos omnes codices contuli Maforam magnam in Pentat. habentes, qui funt quamplures. In nullo reperi haec verba. In nonnullis in Mafora magna ad hunc Pfalmi locum extat nota de duplici כָּאֲרִי *kamezato*, hoc et Jefaiae, fed in nullo variae illius lectionis veftigia, nec hic, nec in Jefaia, ubi notam illam pauci repetunt. Chaiimus memorat quidem codices habentes hoc Kethibh, fed fubdit, fe illud in Maforae locis, quae habent Vau et leguntur per Jod, fruftra quaefiiffe."

„Contra pro כארו ftat *antiquiorum interpretum* eorumque codicum confenfus. Nullus, fi Chaldaeum excipis, legit כארי in alterutra *leonis* vel Participii notione. Chaldaeus ferioris aetatis eft, ipfaque codicum varietas, et utriusque fignificationis conjunctio, fat prodit eum fuiffe ad recentiores codices interpretatum. Is etiam, falva lectione כארו, vertere potuit Keri fui codicis, quod Hebraei folent anteponere. Pauciffimi quidem codices vere judaici nunc hanc lectionem prae fe ferunt. Extant tamen adhuc nonnulli a Judaeis fcribis certo exarati,

8) *Commentar. Crit. in Mafor.* edit. fec. p. 329.

9) Quod tamen falfo contendit Altingius; nam aperte legitur כתיב.

rati, nec ulla Chriſtianorum interpolatione foedati, qui in textu ſervant כארו [1]). Bini autem codices veram lectionem ſervare optime poſſunt, et teſtari contra fidem reliquorum omnium, quum habent pro ſe, ut in noſtro caſu, auctoritatem vetuſtiſſimorum exemplarium interpretum, ſuſpicioque eſt graviſſima in re controverſa immutatae a Judaeis, vel diſſimulatae lectionis, Chriſtianis faventis, vel ſaltem in textum translatae marginalis, quae minus faveret. Pauciſſimos autem, qui ſuperſunt, codices, alii, qui non extant, vel adhuc deliteſcunt, luculenter confirmant, non dubii, ſed certae fidei, nec a Chriſtianis, ſed a Judaeis producti, quales ſunt inſpecti a R. Jacob Ben Chaiim, non mendoſi, ſed accuratiſſimi, ut eos appellat doctiſſimus hic Judaeorum criticus et Maſorae collector. Confirmant et codices Maſoretharum Chaiimicis antiquiores, nec deterioris notae, in quorum textu ſcriptum erat כארו, ut Maſorethae ipſi notant ad Cap. XXIV. Numerorum. Porro nulla certa argumenta ſuadent, hanc maſorethicam notam ſpuriam eſſe et interpolatam, aut verba illa כארו כתיב a Jacobo Chaiimo, vel a Chriſtiano aliquo fuiſſe adjuncta. Maſora, cujus veritatis et integritatis fidem faciunt ampliſſimam in Maſora altera finali correctiſſimi codices et candidiſſimum de eorum lectione Judaei collectoris teſtimonium, ſuſpecta haberi nulla ratione poteſt, nec video, cur

1) Ejusmodi ſunt cod. 337. de Roſſii, atque cod. 39. Kennicotti, de quo vid. ſupra p. 635. not. 2. De hoc ipſo tamen notanda eſt *Brunſii* animadverſio *De Varr. Lectt. Bibl. Kennicott.* in *Repert. Orient.* T. XII. pag. 245. „Etſi nunc כארו legitur, tamen prima ſcriptura fuiſſe videtur כארי, litera *Jod* ſcilicet poſtea mutata in *Vau*, ab ipſo tamen, ut videtur, ſcriba, qui margini appinxit ק׳ י׳. Sic etiam hanc lectionem repraeſentat ipſe Kennicott. in Diſſertat. altera *The State of the printed H. Text*, p. 500. 501."

cur fuppofititia Mafora magna Numerorum habeatur, integra vero finalis, quae adeo luculenter illi fidem adftruit. Codex ipfe meus 337, legens כארו cum *Vau* et *Chirek*, manifeftiffime demonftrat exiftentiam controverfi Keri et Kethibh. Tantum autem abeft, ut Jacobus Chaiimus, Maforae textus quam maxime tenax, eam interpolarit, addita lectione כארו, ut potius Bombergio, eam in textum recipere meditanti fortiter refiiterit [2]. Nec omittendum, ante Jacobum Ben Chaiim Kethibh hoc et Keri in Mff. codicibus obvium, fcriptores nonnullos, ut vidimus, adnotaffe. Jam vero, qui ad infirmandam Maforam opponunt, perperam confundi exemplum Pfalmorum cum illo Numerorum, non animadvertunt, in multis Codd. Mff. et in editionibus quibusdam legi etiam in Pfalmis כַּארִי cum Patach, ut in Numeris, in aliis in Numeris legi cum Camez, ut in Pfalmis, in pluribus denique, non exceptis Hifpanicis, in loco ipfo Jef. XXXVIII, 13. quem ad h. l. Mafora parva adnotat, haberi Patach."

Mihi vero, omnibus diligenter ponderatis, verifimile fit, genuinum fuiffe כָּרוּ, a verbo כור, *colligare* [3]. Certe ex hac lectione varietates reliquae omnes facillime derivari poffunt, atque ea pro originaria affumta, patet, quibus gradibus tandem כארי in textum irrepferit. Id quod optime demonftravit Bochartus [4], cujus haec funt verba: „Primo pro כרו fcriptum כארו, cum א epenthetico. Quod quia minus confuetum, cum e fcribis femidoctis multi non intelligerent, ex כארו fecerunt כארי, delufi

2) Quod ex Drufio refert Sixt. Amama in *Antibarb. Bibl.* p. 461.

3) Vid. fupra II) 3) p. 644.

4) In *Hieroz.* P. I. L. III. C. VI. T. II. p. 98. edit. Lipf.

delufi fimilitudine literarum Jod et Vau, quae faepe in libris manu exaratis tanta eft, ut etiam ab attento lectore non facile agnofcantur. Inde nata eft exemplarium diverfitas, quam ut fignificarent doctores Maforethae, fcribendum monuerunt in facro textu כארו et in margine כארי. Quod quum per aliquot fecula fcribae obfervaffent, tandem poftremis hisce feculis e duabus lectionibus Judaei eam elegerunt, quae Chriftianae religionis veritati minus favet, altera plane fuppreffa et inducta e fuis libris."

PSALMUS TERTIUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Testatur poeta spem et fiduciam, quam in Dei favore et cura ponat, qua se non solum tutum ab omni periculo, sed etiam felicem et fortunatum futurum esse sperabat, duplici usus imagine, prima e vita pastoritia petita, qua Deum bono pastori, se vero facit ovi similem, quam pastor et diligentissime tuetur et indulgentissime habet (Vs. 1 — 4.); altera a lauto epulo desumta, cum homo locuples, amicum domo sua pro hospitio excipit, eique omni generi festivitatis atque lautitiarum, quam sibi acceptus sit ejus adventus, studiose demonstrat (Vs. 5.). Tandem declarat sibi persuasissimum esse, fore, ut in ea domo Dei perpetuo maneat, quo fiet, ut felicitate, laetitia et consolatione sempiterna fruatur (Vs. 6.).

Qui ex inscriptionis fide Davidicum Psalmum habent, eum fere editum ab eo rege statuunt quum devictis hostibus et constituto regno otio

otio et pace laeta frueretur: tota enim oratio hujus carminis videatur ex animo pacato et tranquillo proficiſci. Non hic, ut ſolet, deplorat ſuas calamitates, tantum gratias agit Deo, in eoque ſuaviter ſe oblectat, quem unum agnoſcit proſperi ſtatus auctorem, eundemque conſervatorem ſperat. „Poteſt fieri," inquit Rudingerus [1]), „ut poſt multas victorias illas initiis Iſraelitici regni, et parta pace et quiete jam fruens, bellis aliquantisper intermittentibus, diu ante Ammoniticam victoriam; vel potius ſub tempus numerati populi, aut paulo ante, Pſalmum hunc ſcripſerit. Nequaquam tamen aliena conjectura fuerit, vel maxime etiam omnium conſentanea, carmen ſcriptum ſuſpicari eo tempore, quo victis ſeditioſis Abſalonicis recuperavit regnum, et hoc tranquillato, pace jam rurſus frui, et florere coepit rebus omnibus, ipſe et regnum, frementibus Benjaminitis, Mephiboſeto, Simei, et factione oppreſſa univerſa [2]). Omni-

1) In Προθεωρίᾳ ad h. Pſ. p. 197.

2) Ad hoc ipſum tempus et J. D. Michaelis in Nott. ad *Lowthii Praelectt. de S. Hebraeorum Poeſi*, p 509. ed. Goetting. ſec. (p. 579. edit. Lipſ.) noſtrum carmen exiſtimat referendum. „Cum ex beneficiis divinis hoc unum maxime celebret, quod nulla re careat, atque videntibus et ſpectantibus hoſtibus tanquam convivio aliquo excipiatur, in illa crediderim tempora Pſalmum incidere, quibus arma filii fugiens trans Jordanem caſtra habuit, ſola commeatus difficultate in inculta regione cum exercitu aut peri-

Omnino enim tanquam ab infultante hoftibus in nemefi fidei et pietatis atque ita ad gloriam Dei et propter hanc, facta videntur in hoc Pfalmo omnia. Quomodo σύγχρονος hic videri poteft Pfalmo LXV., et poterit eodem referri CXLV. Dicit aliquid fimile de benignitate in victu Pfalmus XXXVI, 8., quem tamen fcriptum puto adhuc in periculis a feditiofis, et his nondum fuperatis. Efuriiffe autem ipfum, et copias, in exilio folitudinis Galilaeae Peraeae, ex hiftoria apparet, ut tanto magis, et poft exilium, et reftitutus in regnum, celebrare copiam victus feu alimoniae voluerit." Qui nomine fuo fuppreffo *Symbolas ad hiftoricam V. T. interpretationem* [3]) edidit, carmen hoc a Davide factum exiftimat, cum Abigail, inhumani in poetam Nabalis uxor, cum cibariis ipfi obviam veniret, atque ita fuae fuorumque penuriae fuccurreret [4]). Ad quod fpectare opinatur non modo Verfum quintum noftri

periturus, aut a fuis deferendus. Res autem multo accidit aliter: quod enim fperare non audebat ad haec repentina rebellionis non praeparatus pater, et qui veteranis militibus undique ad ipfum confluentibus profpicere non potuerat, Deus ipfis praeftitit. A bonis enim et opulentis civibus tota ipfius caftra alebantur, ut juftum in illo tractu colligere exercitum, ac proelii fortem experiri poffet. Lege 2. Sam. XVIII, 26. 29."

3) *Verfuch einiger Beyträge zur hiftorifchen Auslegung der altteftamentlichen Bibel*, p. 187.

4) Hiftoria legitur 1. Sam. XXV, 2 — 35.

noſtri Pſalmi, ubi Deus Davidi epulum paraſſe dicitur *in adverſariorum ſuorum conſpectu*, verum etiam Verſum quartum, quo poeta ait, ſe ſinė omni metu vallem mortis pervadere, quod Vir Doctiſſimus eo refert, quod 1. Sam. XXV, 20. Davides Abigaili in *valle* occurriſſe narratur. Muntinghius [5]) hunc Pſalmum judicavit a Davide decantatum eſſe, poſtquam Samuel regem eum unxerat [6]), celebrato epulo, cui Davidis fratres interérant, quos tamen maxime offendebat, fratrem natu minimum tantopere honorari, quod ipſum Muntinghius reſpici putavit Verſu quinto, his verbis: *menſam mihi inſtruis praeſentibus adverſariis meis*, quo nomine Davidis fratres innui ſuſpicatur. Videant tamen iſti interpretes, qui in ſingulis imaginibus poeticis alluſiones ad res in facto poſitas captant, ne poetam in frigidum hiſtoricum convertant.

H. E. G. Paulus Pſalmum hunc, ut etiam XIII., a Davide eo pronuntiatum tempore arbitratur, cum profugus a patria in locis deſertis, inops rerum omnium et nullam certam ſedem habens, Sauli perſecutionem vitaret. Chaldaeus

 inter-

5) *In Animadverſſ. ſtrictioribus* in Pſalmos p. 28. Verſ. teuton. Muntinghio adſtipulatus eſt Kuinoelius in Argumento hujus carminis, verſioni germanicae praefixo, atque in *Specimine Obſervatt. in Pſalmos* in *Commentatt. theolog.* P. IV. p. 266.

6) Vid. 1. Sam. XVI.

interpres ex populi Israelitici persona dictum existimat, de captivitate et servitute liberati, atque sic accipiendum putat, ac si ad personam totius populi Israelitici pertineret, qui tanquam grex ovium ex Aegypto sit eductus, et per deserta alitus. Kimchi carmen hoc a Davide effusum tum, cum a Saulo profugus in saltu Hureth sese absconderet [7]), postea accommodatum censet populo Hebraeo e Babylonico exilio a Jova educendo, unde factum sit ut Psalmo praecedenti, exilii miserias conquerenti, sit subjunctum. Quae quidem sententia haudquaquam repudianda videtur.

---

1. Comparat se ovi, Deum pastori, obviam imaginem in carmen vertens. Oves imbelles, inermes, praeda exposita, imprudentes futuri temporis, omnia pastori debent. יְהוָה רֹעִי לֹא אֶחְסָר *Jova pastor meus* scil. est, *non egebo*, nihil desiderabo eorum, quae mihi aliqua in re necessaria poterunt esse, optime mihi provisum est, quia Deus, a quo omnia subsistunt, ipse mei curam et tutelam suscepit, ut pastor ovem pascit et custodit, quae similitudo et Jes. XL, 11 occurrit: *Pascet Jova ut pastor gregem suum, in brachio suo colliget agnos, et in sinu suo portabit.*

2. Incipit jam similitudinem explicare, quam summatim enuntiaverat. Ut probet, se bonum pastorem esse nactum, atque ideo nihil, quod necessitas exposcat, desidesidе-

7) Vid. 1 Sam. XXII, 5.

ſideraturum, ſingula ad officium boni paſtoris pertinentia ex ordine recenſet. Et quia primarium eſt, quod ad bonum paſtorem pertinet, ut gregi de paſcuis optimis provideat, idcirco hujus etiam primo loco meminit: בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא יַרְבִּיצֵנִי *In paſcuis, vel manſionibus herbae facit me accubare.* נְאוֹת ſunt *tractus, manſiones*, quales paſtores ſibi deligunt alendo gregi, in quibus ſua figere ſolent tentoria, coll. Arab. نَوًى *tractus quem quis peragrat, domus, migratio de loco in locum* (hinc اسْتَقَرَّ نَوَاهُم *quievit migratio eorum*, i. e. ſubſtiterunt, commorati ſunt). Videtur autem Hebraicum נָוֶה (cujus Pluralis et נְוֹת, ut Zeph. II, 6. et נְאוֹת ut hic et Pſ. LXV, 13., locisque pluribus aliis ſcribitur) nomen eſſe paſtoricium, quod primo quidem *tractum* deſignat, *quem Nomades cum pecudibus pererrare ſolent*, regionem paſcuam, ut Ezech. XXXIV, 14. *In paſcuis bonis eos paſcam et in altiſſimis Iſraeliticorum montium* יִהְיֶה נְוֵהֶם *erit paſcuum eorum, ibi* תִּרְבַּצְנָה בְּנָוֶה טוֹב *in bono paſcuo cubent.* Pſ. LXV, 13. יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר *Virent paſcua arva deſerti, omnesque colles laetum adſpectum praebent;* Joel I, 19. אֵשׁ אָכְלָה נְאוֹת מִדְבָּר *aeſtus conſumſit arva paſcua deſerti*, nec non II, 22. *Nolite timere, agreſtes pecudes,* כִּי דָשְׁאוּ נְאוֹת מִדְבָּר *nam loca paſcua germinabunt;* deinde vero *caulas paſtoritias*, tentoria, quae paſtores ſecum portare ſolent, ut Zeph. II, 6. *Inſerviet maritimus tractus* נְוֹת כְּרֹת רֹעִים *paſtoriciarum caularum manſionibus pecorumque ſeptis.* Cf. J. E. Fabri *Archäologie der Hebräer*, p. 178. 179. Dicit poeta: בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא *in paſcuis herbae tenerae*, h. e. in paſcuis herbidis, poſterius enim nomen ſubſtantivum adjectivi loco eſt poſitum. Notat autem דֶּשֶׁא *herbam teneram*, qualis primo vere terram ſolet veſtire, quae nondum exaruit, vel ſenio facta eſt ingratior, Geneſ. I, 11. Prov. XXVII, 25. Joel II, 22. In-

Indicatur itaque vocabulo hoc apposite pascui cum salubritas tum jucunditas. יַרְבִּיצֵנִי *Cubare me facit;* רָבַץ *cubare,* proprie est quadrupedum, in Hiphil vero הִרְבִּיץ, *facere ut quis accubet,* maxime de pastoribus dicitur, qui gregem accubare faciunt, veluti Cant. I, 7. *Indica mihi, ubinam pascas,* אֵיכָה תַּרְבִּיץ *ubinam recubare facias* (oves tuas) *circa meridiem.* Ef. XIII 20. *Et pastores* לֹא יַרְבִּצוּ שָׁם *non facient ibi recubare* (oves suas). Jerem. XXXIII, 12. *Et in omnibus civitatibus ejus* נְוֵה רֹעִים מַרְבִּצִים צֹאן *caula pastorum facientium ut oves recubent.* Futurum nostro loco designat actum consuetum, ut saepe alias. Respicere autem nonnulli poetam existimant ad accubationem ovium meridianam, quae in calidis maxime regionibus, quae est Judaea, ad declinandum solis aestum fit apud tabernacula et septa non longe a pascuis, imo in ipsis pascuis, quae septa seu tabernacula hic *tuguria herbida* idcirco vocet, quasi dicat, tuguria in ipsis pascuis, vel non longe a pascuis fixa. עַל־מֵי מְנֻחוֹת יְנַהֲלֵנִי *Ad aquas lenes aquatum me ducit.* Particula עַל pro אֶל, ut Genes. XXXVIII, 12. וַיַּעַל עַל־גֹּזְזֵי צֹאנוֹ *Profectus est ad tonsores gregis sui.* Pastores, quibus greges sui curae sunt, eos non aquatum ducunt ad torrentes magno cum strepitu ruentes, cujusmodi aquatio periculosa est ovibus, nec satis sana. Hinc dicit, ad placidas et leniter fluentes aquas, מֵי מְנֻחוֹת *aquas quietum,* se duci, ubi jam in molli planitie aut serpunt rivi, aut stagnant. Felinus ad *lenitatem aquae infusae canalibus* spectari opinatur. „Etenim cum terra Canaan, ait, e qua suas vates similitudines mutuatus est, fluminibus careat, et ideo puteali aqua, quam haustam in canales infundebant, usos pastores legimus Genes. XXIV, XXV et XXX., non inepte haec lenitas de aqua infusa canalibus intelligenda videtur. Ut Virgilius canit *Georg.* III, 329.

Ad puteos aut alta greges ad stagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam."

A. Schultensius in *Origg. Hebrr.* L. I. Cap. VII. § IV. cogitandum cenſet de aquis et ſcatebris fontium, ad quas in genua procumbitur a gregibus circumfuſis, ut Jeſ. XLIX, 10. *Miſerator eorum ducet eos,* וְעַל־מַבּוּעֵי מַיִם יְנַהֲלֵם *atque ad ſcatebras aquarum aget eos ſiti ſedandae.* Hebraeum נהל convenire cum Arabum نهل, quod in Conjug. quarta ſignificat, *curavit pecudes primo potu bibere, aquatum duxit,* oſtendit Schultenſius l. c.

3. נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב *Animam meam reducit,* animam e corpore fere digreſſam reducit, id eſt, recreat et reficit me languentem, cf. de hac phraſi not. ad Pſ. XIX, 8. Verum non ſolum alit et reficit me, inquit poeta, ſed, quemadmodum paſtor bonus gregem per rectas deducit vias, ne incidat in praecipitia, avia fauceſque beſtiarum, ita Jova etiam יַנְחֵנִי בְמַעְגְּלֵי־צֶדֶק *deducit me in orbitis rectitudinis,* id eſt, per orbitas non ambagibus ſinuatas et intortas, in via complanata, quae nec terret nec defatigat anfractibus hiatibusve aſperis, nec laedit ſenticetis. מַעְגָּל eſt *ſemita,* ut Pſ. XVII, 5. Prov. IV, 11., quam volunt ita dici, quod in ea *rotae plauſtrorum* (עֲגָלוֹת) *volvantur.* J. D. Michaelis tamen in *Supplemm.* p. 1829. callis, via compendiaria, ab عجل, *feſtinavit,* عَجِلًا, *cito,* nomen accepiſſe videtur. לְמַעַן שְׁמוֹ *Propter nomen ſuum,* propter nominis ſui gloriam et famam, ut bonitas ſua celebretur. *Nomen* enim, שֵׁם, ſaepe ponitur pro *fama* et *celebritate* alicujus, ſicut etiam Latini dicunt *viros magni nominis* et Ovidius *magnum et memorabile nomen.* Ita 1. Reg. VIII, 41. Salomon in precibus ad Jovam dicit: *ſi venerit aliquis e terra longinqua* לְמַעַן שְׁמֶךָ *propter nominis tui celebritatem,* ut in tuo templo ſacrificia offerant et orent. Et Pſ. LXXIX, 9. *Eripe nos et condona peccata noſtra* לְמַעַן שְׁמֶךָ *ut celebretur fama benignitatis tuae.*

4. Non modo cum per campos patentes et latas planasque vias ducit, ſecurus incedo, ſed etiam cum per

imas

imas valles et luce carentes et periculofas, nihil mali timeo. גַּם כִּי־אֵלֵךְ בְּגֵיא צַלְמָוֶת לֹא־אִירָא רָע *Etiam quando per vallem umbrae mortis mihi eundum fit, nihil mali timeo.* כִּי h. l. adverbium temporis, *quando*, ut 2. Sam. VII, 1. Hof. VII, 13. גַּיְא notat locum inter duos montes fitum (qualis fiffo medio Oliveti monte fiebat, Zach. XIV, 4. cf. 1. Sam. XVII, 3.; convênit Arabum جَبْأَةٌ et جَبِئَةٌ *locus quo aqua confluit*), hinc angustum per montes transitum, qui eo nobis videtur periculofior, quod neque fatis queamus circumfpicere, nec etiam latronibus inopinato fupervenientibus vel aufugere vel latitare, imo prominentia ex alto faxa vehementer terrent, folisque lumen una cum umbrofis arboribus impediunt, quare poeta dicit בְּגֵיא צַלְמָוֶת, *per vallem umbrae mortis*, per vallem fumme caliginofam atque terribilem. Nomen צַלְמָוֶת recentiorum plerique derivant a verbo צָלַם, ظَلِمَ, Arabibus ufitato, *obfcura evafit nox*, unde צַלְמוּת formatum exiftimant, formae plenae פְּקֻדּוּת, quae alias in פְּקֻדּוּת contracta fit (ut מַלְכוּת *dignitas regia*, a מֶלֶךְ quidam pofitum opinantur pro מַלְכֻוּת). Quod tamen prorfus eft commentitium. Quare J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 297. punctis vocalibus mutatis, ad analogiam grammaticam צַלְמוּת fcribendum cenfet, ita ut Hebraicum nomen conveniat cum Arabum ظُلُمَاتٌ, *tenebrae*, a fingulari ظُلْمَةٌ *caligo.* Sed nomen compofitum effe ex צֵל et מָוֶת, et *umbra mortis* interpretandum, minime mera cenfenda eft conjectura eorum, qui puncta fubdiderunt. Etenim veteres interpretes, quibus Arabicum ظُلُمَاتٌ, non potuit non effe notiffimum omnes raro confenfu noftrum nomen *umbram mortis* transtulerunt. Alexandrini quidem, quos nemo facile

credet

credet codicibus ufos effe noftris punctis vocalibus in-ftructis, mire fibi conftant in dictione *σκιὰ θανάτου*, quam pro צַלְמָוֶת ponunt locis his: Jef. IX, 2. Jerem. XIII, 16. Job. III, 5. XXIV, 17. XXVIII, 3. Pf. XLIV, 20. CVII, 10. 14. et noftro loco. Eandem hanc dictionem ufurpavit Symmachus Job. XXIV, 17., fed Job. X, 21. idem interpres *σκεπομένην θανάτῳ*, *morte obumbratam*, vertit. *Σκιὰ θανάτου* reddiderunt Aquila et Theodotion Job. XXXIV, 22., et eundem in modum Aquila, Symmachus et Theodotion Jerem. II, 6. Syrus ubique ܛܶܠܳܠܰܝ ܡܰܘܬܳܐ *umbras mortis* convertit. Taceo Chaldaeum, qui locis tantum non omnibus, טוּלֵי מוֹתָא, vel טוּלָא דְמוֹתָא pofuit. Neque fenfu perquam apto caret nomen hoc compofitum. Plane enim eadem figura Romanus dicit poeta:

— — *ubique eft plurima mortis imago,*

quia in terribilibus locis ac fummis periculis quafi ubique fpecies mortis fefe objicit ac oftendat periclitantibus. Perinde ergo *umbra*, ut *fpecies*, *quafi figuram* quandam aut picturam *mortis* fonat. Nifi forte quis per umbram *tenebras* intelligere malit, quandoquidem umbra tenebrarum genus eft. *Umbra* igitur *mortis* tali ratione idem fonaret, quod *tenebrae letiferae*, vel *tenebrae orci*, quemadmodum manifefte ufurpatur Job. XXXVIII, 17.

הֲנִגְלוּ לְךָ שַׁעֲרֵי־מָוֶת
וְשַׁעֲרֵי צַלְמָוֶת תִּרְאֶה׃

Num revelatae tibi portae mortis? et portas umbrae mortis vides? De regione et ditione mortis dicitur quoque Job. X, 21. *Antequam abeam, non rediturus* אֶל־אֶרֶץ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת *ad terram caliginis et umbrofitatis feralis.* Hinc de fumma caligine dicitur, qualis in metallorum fodinis, Job. XXVIII, 3. Ad fumma pericula, plena mortis et terroris, adhibetur Pf. XLIV, 20. Jerem. XIII, 16. Ait ergo nofter: quodfi etiam in valle obfcura aliqua tene-

bra-

brarum exitialium inter extrema et mortifera pericula ambulandum esset mihi, tamen nihil metuerem ab ullo malo, quum tu mecum sis, quum tu praestes mihi ductum, curam et custodiam fidelem tuam. שִׁבְטְךָ וּמִשְׁעַנְתֶּךָ הֵמָּה יְנַחֲמֻנִי *Baculus tuus et scipio tuus, illi me consolantur.* שֵׁבֶט, quod alias *baculum* significat, quo caeduntur vel homines, Prov. X, 13. XXII, 15., vel boves, Levit. XXVII, 32., ex quo fieri possunt hastilia, 2. Sam. XVIII, 14., item sceptra, Ezech. XIX. 11. 14., hoc loco speciatim accipitur pro baculo pastoritio, sive *pedo* (quod, auctor eFesto, est baculum incurvum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capras pedibus), et, per metonymiam signi, pro cura et studio pastoritio, h. e. pro Dei defensione et gubernatione, ut Mich. VII, 14. רְעֵה עַמְּךָ בְשִׁבְטֶךָ, *pasce populum tuum pedo tuo.* מִשְׁעֶנֶת, *scipio*, etiamsi alias fulcrum significat, quo nititur et sustentatur aliquis ingrediens (a נִשְׁעַן *inniti*), v. g. senex Zach. VIII, 4., aut viator, Pf. XVIII, 19., hic tamen vix differre videtur a שֵׁבֶט, sed ἐπεξήγησις esse Hebraeis usitata, ut designetur *pastoralis baculus*, quo neque pastor, neque ovis ingreditur, aut nititur, sed a pastore ovis regitur et defenditur contra lupos ferasque alias et sic etiam significetur Jovae potens defensio atque praesidium. יְנַחֲמֻנִי *Consolantur me*, bono me jubent esse animo.

5. תַּעֲרֹךְ לְפָנַי שֻׁלְחָן נֶגֶד צֹרְרָי *Adornas coram me mensam e regione hostium meorum.* Nova similitudo, ducta a convivio opiparo, ubi et necessitati et delectationi consulitur, q. d. non satis Jovae possum exprimere benignitatem summam, non modo pastor meus est providissimus, verum et hospes liberalissimus, qui omnium rerum affluentibus copiis me ditat. עָרַךְ est *ordinate instruxit, disposuit*, v. g. ligna, Genes. XXII, 9., frusta victimae, Levit. I, 7. 12., lucernas, XXIV, 11., mensam, Exod. XL, 4. 23. Jes. XXI, 5. Pf. LXXVIII, 19. שֻׁלְחָן a *mittendo* (שָׁלַח) nomen habet, sicut apud Latinos *ferculum* a *fero*, et *missus* a *mittendo*, adeoque שֻׁלְחָן non tam molem li-

gneam,

gneam, quam miffus aut dapes, menfae imponi folitas, defignat, ut Pf. LXXVIII, 19. 1. Reg. XVIII, 19. Hinc Job. XXXVI, 16. שֻׁלְחָנְךָ מָלֵא דֶשֶׁן *menfa tua plena pinguedine.* Quod autem dicit, paratam fibi effe menfam in confpectu adverfariorum (נֶגֶד צֹרְרָי *coram hoftibus meis*), in eo fecuritatis et felicitatis quaedam amplificatio eft. Adeo namque ex Dei benevolentia tutum fe et fecurum fore praedicat, ut videntibus inimicis fuis, nec potentibus jam quicquam laceffere, epulaturus fit et plane delitiaturus. Addit poeta: דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי, *impinguafti oleo caput meum*, tractas me non ut fervum, fed fplendidiffime, variisque totum veluti obruis deliciis. Refpicit morem illum apud populos Orientalium regionum ab antiquiffimis inde temporibus receptum, quo convivae honoratiores balfamis aliisque fragrantibus unguentis adfpergebantur, cf. Luc. VII, 46. Pf. XLV, 8. Cant., 13. Coh. IX, 7. 8. Amos. VI, 6., quod ipfum hodienum fieri folet, ut omnes referunt, qui itinera fua in illas regiones defcripferunt, veluti NIEBUHR in *Defcript. Arabiae,* p. 59. Significat, Deum non tantum quae ad victum et cultum neceffaria funt, fibi tribuere, fed etiam quae ad luxum et voluptatem pertineant, largiter et copiofe fuppeditare, quare fubdit: כּוֹסִי רְוָיָה, *poculum meum ubertas*, poculum infundis potui meo plenum et redundans. רְוָיָה eft, *ubertas,* ut Pf. LXVI, 12. (quo folo loco, praeter hunc noftrum, occurrit), *periculum nobis erat ex igne et aqua*, וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה *fed eduxifti nos ad ubertatem*, a רָוָה, quod, ut Arabibus رَوِيَ, de omni largo potu, aquae etiam, et rigatione primum dicitur, deinde vero ad omnem omnino uberem bonorum fuppeditationem transfertur, ut Pf. XXXVI, 6. יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ, *abundabunt opimo domus tuae.* Hinc *inebriare* quoque fignificat; qua notione Syris potiffimum ܪܘܐ ufurpatur, et Hebraeis etiam Prov. XI, 25. Jef. XXXIV, 5. Jerem. XLVI, 10. Quare et noftro loco Alexandrinus,

nus, Symmachus et Syrus רְוָיָה de *ebrietate* acceperunt, conſentiente J. D. Michaele, qui in *Supplemm. ad Lex. Hebrr.* p. 2243. verba noſtra ita vertenda cenſet: *poculum meum eſt ebrietas,* i. e. vino nobili plenum, quo inebriari poſſim. Qui nominis רְוָיָה ſignificatus tamen non ſatis aptus videtur. Pſ. XXXVI., 6. quem locum modo adduximus.

6. Quod adhuc dixit figurate, nunc ſimpliciter et ſummatim explicat. אַךְ טוֹב וָחֶסֶד יִרְדְּפוּנִי כָּל־יְמֵי חַיָּי *Profecto bonitas benignitasque me perſequentur omnibus vitae meae diebus,* quod, ut ſcite Kuinoelius monuit, „eleganter et poetice dictum eſt pro: Deus mihi ſemper favebit, proſperrima ſemper ſorte fruar. Ineſt his verbis proſopopoeia. Similis locus Virgilii Aeneid. I, 240. *Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos Inſequitur.*" Subdit vates: וְשַׁבְתִּי בְּבֵית יְהוָה לְאֹרֶךְ יָמִים *Et habitatio mea in domo Jovae erit diutina.* שַׁבְתִּי quidam ad verbum שׁוּב, *redire,* referunt, ac ſi poeta vellet dicere, ſe iterum atque iterum domum Jovae aditurum, eoque ſubinde rediturum. Cui ſententiae recte oppoſuit T. F. Stange, in *Anti-Critica in locos quosdam Pſalmorum* P. I. p. 140., ſi שַׁבְתִּי a שׁוּב deducendum eſſet, haberetque *redeundi* notionem, non dicendum fuiſſe שַׁבְתִּי בְּבֵית, ſed potius אֶל בֵּית, cf. Deut. IV. 39. Levit. XXII, 13. Nulla eſſe poteſt dubitatio, שַׁבְתִּי eſſe nomen, ſive nominaſcens infinitivum formae ſegolatae, שֶׁבֶת, *habitatio,* a יָשַׁב, *ſedit, manſit,* ita tamen, ut literae שׁ ſubditum eſſet Patach loco conſueti alias Chirek, ut in loco parallelo Pſ. XXVII, 4. *Unum a Jova peto,* שִׁבְתִּי בְּבֵית יְהוָה, *ut per omnem vitam in aede Dei habitem.* Sic etiam 2 Sam. VII, 5. *Exſtrues mihi aedificium* לְשִׁבְתִּי *ad habitationem meam.* Conf. 1. Reg. VIII, 30. 38. (*locus* שִׁבְתְּךָ *habitationis tuae*), et Pſ. CXXXIX, 2. *Noſti* שִׁבְתִּי, *ſedere meum et ſurgere meum.* Quod autem hoc loco pro שִׁבְתִּי poſitum eſt שַׁבְתִּי, in eo nemo facile offendet, qui ſciat, in nominibus ſegolatis, accedente finali incre-

mento,

mento, fub prima vocis litera utrumque punctum, et Chirek et Patach, locum habere, vid. Schroederi *Inftitt. ad fundamenta Ling. Hebr.* Reg. CXIX. β) ב) 2. 159. Commorationem in loco Jovae facro haud exiguam felicitatis humanae partem habebant pii inter Hebraeos, ut in pluribus hymnis declaratur. Quare quod in hemiftichio hujus commatis priori טוֹב dicitur, id in pofteriori per שַׁבְתִּי בְּבֵית יְהוָה amplius illuftratur. לְאֹרֶךְ יָמִים *In longitudinem dierum*, h. e. in dies longinquos, five, quousque modo vitae meae dies prolongabuntur, כָּל־יְמֵי חַיָּי, ut in membro priori et in loco parallelo Pf. XXVII, 4. dicitur. Cf. Pf. XXI, 5. Adhibetur etiam haec formula in promiffione longaevitatis Deut. XXX, 20. Pf. XCI, 16. Prov. III, 2. 16. Prius fubftantivum, אֹרֶךְ, loco adjectivi, ut in locutione שְׁבוּת עַמּוֹ *captivitas populi fui*, pro, populus fuus captivus, Pf. XIV, 7. Kimchi hunc Verfum accipit tanquam precationem, et fic explicat: agnofco ego, quae tu beneficia in me contuleris adhuc, verumtamen abs te peto, ut bonitas et gratia tua me comitentur quamdiu vivam, nec bella aliaque incommoda obftent et distineant me, quo minus diu poffim commorari in aede tibi facra, ibique in otio et fecurus in tuum cultum incumbere.

PSAL-

PSALMUS QUARTUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Carmen hoc tres habet partes. Prima celebrat Jovae potentiam et majeſtatem (Vs. 1. 2.); ſecunda docet, quales ſe praeſtare debeant ii, qui tanti Dei veri cultores haberi, et horum coetui adjungi velint (Vs. 3. 4. 5.). In tertia parte vates, eleganti uſus proſopopoeia, ipſas ſacrarii portas compellat, quas hortatur, ut late pandantur ingredienti arcae ſive potius, cujus haec ſedes, Jovae Opt. Max., cujus virtus et magnitudo dehinc ſublimi dialogiſmo praedicatur (Vs. 7 — 10.).

Veteres ex Hebraeis interpretes Davidem cecinisse hoc carmen exiſtimant, poſtquam oraculo vatis Gad eſſet admonitus de loco, in quo Jova ſibi vellet templum exſtrui [1]). Factum vero hoc

1) Vid. 2. Sam. XIV, 18 — 24. coll. 1. Paral. XXI, 18. — XXII, 1 — 19.

hoc a pio rege eo conſilio eſſe, ut inſtrueret Salomonem filium hymno, quo uteretur, quando arca ſacra ex tabernaculo Sionico in aedem novam, quam Salomo ei extructurus erat, inferretur. Recentiores vero interpretes conſentiunt fere in hac ſententia, Pſalmum hunc compoſitum eſſe occaſione ſolennis pompae, qua ſacroſancta Jovae arca in montem Sionem inducebatur [2]); ut igitur decimo quinto ſit σύγχρονος, cum quo ſane plurima habet communia. J. D. Michaelis [3]) mallet de victoriis Davidis, auſpice Deo partis, cogitare, „maxime de parta Sione [4]), quae loca, cum jam olim, Melchiſedeci tempore, Jovae ſacra fuerint, antiquas ingredi portas verus Deus optime dici potuit, Vs. 7., priſco ſacello recuperato. His victoriis aptum eſt exordium, jus Dei in univerſam terram canens, et epinicium in fine Pſalmi: quae autem de monte ſacro Vs. 3. ſeqq. leguntur, indicio ſunt, non provincias in Syria Arabiave, ſed urbem ſanctam recuperatam cani. Quodſi omnino placeat, arca Sionem deducta Pſalmum factum eſſe, recentis

2) Vid. 2. Sam. VI. 1. Paral. XV. Cui hiſtoriae accommodate et Rob. Lowth. in Praelect. XXVII. *de S. Hebraeor. Poeſi* (p. 536. ſqq. ed. Goett. ſec., (p. 309. ſqq. edit. Lipſ.) hoc carmen interpretatus eſt.

3) In Not. 113. ad Lowthii Praelectt. de S. poeſi Hebraeorum, p. 536, (p. 587. edit. Lip.).

4) 2. Sam. V.

centis tamen victoriae, captaeque urbis cogitatio numquam, dum eum interpretamur, ex animo dimittenda eft." Haec Michaelis. Attamen *portae aeternae* (Vs. 7.) quum multo magis templo, quam tabernaculo aut arci Sionjae conveniant; mallem in Hebraeorum fententia, fupra propofita, acquiefcere, effudiffe Davidem hoc carmen, poftquam ei per prophetam Gad indicatum effet locus, in quo Jova vellet fibi templum exftrui. Hinc enim admonitus Davides incomparabilis Dei erga Ifraelitas bonitatis, inter quos fedem fibi peculiarem delegerat, quum omnis tamen terra, cunctique mortales ejus opificium fint, canit hoc Pfalmo, quibus vere in loco fancto Dei locus pateat, quae vere Dei natio, apud quam Deus habitare dignetur. Tum ad exftructionem templi hortatur, Dei omnipotentis praefentiam, per arcam foederis in eo reponendam, pollicens. Ceterum carmen alternis choris in ipfa folenni pompa cantatum fuiffe, conclufit Dathius ex Verfibus 3. 4. 8. [5]).

I. לַיהוָה

5) Singulos choros ut multorum aliorum Pfalmorum, ita et noftri, accuratius discernere atque notare nuper tentavit J. C. C. Nachtigall, in libro cui titulum fecit: *Gefänge Davids und feiner Zeitgenoffen nach der Zeitfolge geordnet*, 1. Band. (Leipzig, 1796. 8.) p. 150. Alia ratione choros divifit Kuinoelius in Pfalmorum verfione vernacula. Patet vero, nihil certi in hac quaeftione confici poffe a nobis, qui in fumma ignoratione verfamur artis muficae veterum Hebraeorum.

1. לַיהוָה הָאָרֶץ *Jovae eft terra*, quamvis diverfarum regionum et provinciarum varii fint domini, fupremus tamen dominator eorum omnium eft Jova, is univerfum terrarum orbem folus jure dominii poffidet. Particula ל poffeffionem h. l. indicat, ut alias faepe. וּמְלוֹאָהּ *Et plenitudo ejus*, quicquid vel intra, vel fupra terrae globum continetur, quicquid eandem *replet*. מְלֹא, nomen formae חֹלֶם fignificat id, quod capacitatem aliquam replet, v. c. pugillum, Coh. IV, 6. Amos. VI, 8. תֵּבֵל, *orbis*, fcil. eft Jovae, quod ex priori hemiftichio eft repetendum. Eft autem תֵּבֵל *orbis habitabilis*, οἰκουμένη Graecis dicta, quare et hoc loco ftatim fequitur de ejus incolis. Ex Kimchii fententia ab אֶרֶץ, *tellus*, differt tanquam totum et pars, ut אֶרֶץ terram univerfam, tam habitabilem, quam inhabitabilem fignificet, ut Genef. I, 1. Jarchi per אֶרֶץ *Palaeftinam*, per תֵּבֵל reliquas regiones intelligi malit; quae tamen diftinctio hic certe locum non habet, quum ex membrorum parallelifmi lege אֶרֶץ et תֵּבֵל fibi invicem refpondeant; cf. Pf. L. 12. וְיֹשְׁבֵי בָהּ *Et omnes qui in ea habitant*. Participium ponitur in regimine, quia fubftantivi naturam induit, fequensque pronomen בָהּ habet rationem alterius fubftantivi, ut Pf. II. 12. חוֹסֵי בוֹ, ad quem locum cf. not. Vof. I. p. 67.

2. כִּי־הוּא עַל־יַמִּים יְסָדָהּ *Nam is fupra maria fundavit eam*, infigne divinae potentiae argumentum. Aedificaturi homines operam dant, ut fundamenta ponant in loco folido et immoto; contra autem Deus tantam orbis machinam fuperftruxit mari ac fluminibus. Cf. fupra XVIII, 16. et ibi not. et infra CXXXVI, 6. Alii cum Aben-Efra עַל h. l. non *fuper* (cf. Hensleri Animadverf. ad h. l. in *den Bemerkungen über Stellen der Pfalmen und Genefis* p. 55.), fed *juxta* interpretantur, ut Pf. I, 3., collato effato Jovae apud Jeremiam V, 22. *Mari fines arenam pofui, quem aeternum terminum non transeat, nec*

 eum

eum possint, quamvis turbati agitentur fluctus, superare. Credidisse enim veteres, terram undiquaque aquis ad modum insulae circumdatam jacere, docuit Jo. Dougtaei *Analecta Sacra,* edit. sec. (Amstelod. 1694.) Excurs. CXXVII, p. 216. Languidior tamen est haec sententia: *fundavit terram juxta maria et flumina,* quum prior sententia fortius quid et magis admirandum importet.

3. Quum cuncti mortales tam potentis Dei figmentum sint, non solum Israelitae, quam stupenda est ejus erga nos tanta dignatio, ut nos peculiariter in suum populum, inque medio nostri suam sedem sibi elegerit? Ita Exod. XIX, 5. Jova Israelitis sic dicit: *Eritis mihi peculium ex omnibus populis,* כִּי־לִי כָּל הָאָרֶץ *quamvis mihi omnis terra.* Et Deut. X, 14 — 16. *Ecce,* inquit Moses Israelitas alloquens, *Jovae Dei vestri sunt coeli et coeli coelorum et tellus, et quicquid in ea continetur, nihilominus majores vestros amore complexus est, et eorum posteros, vos nimirum ipsos, ex omnibus populis elegit, ut videtis. Quare circumcidite cordis vestri praeputium* etc. Eadem est hoc in loco, quamvis paulo minus explicata, argumentatio. Sed ut non sunt Israelitae quicunque hoc nomine gloriantur, ita non omnes eorum digni sunt, qui in loco sacro compareant et germani ejus cives habeantur. מִי־יַעֲלֶה בְהַר יְהוָה *Quis* igitur *ascendet in montem Jovae?* Loquutio עָלוֹת בְּהַר יְהוָה, *adscendere in montem Jovae,* h. e. in Sionem, vel locum, ubi sacrarium et publicus Dei cultus, significat, se publice sistere tanti Domini cultorem, cf. Ps. XV, 1. Jes. II, 2. Pronomen מִי, *quis,* non tam interrogat de persona ipsa, quam de ejus requisitis, quae mox etiam subjunguntur. Similem interrogationem cum responsione vid. XV, 1. XXV, 12. וּמִי יָקוּם בִּמְקוֹם קָדְשׁוֹ *Et quis stabit,* quomodo comparatus esse debet ille, qui coram tanto Domino, in tam sancto loco vult digne comparere? *in loco sanctitatis ejus,* h. e. loco ei sacro, posterius enim substantivum adjective reddendum.

4. Ad

4. Ad interrogationem Verſu, qui praeceſſit, propoſitam, reſponſionem tres ſequentes habent. Primus hominem corde, ore et factis integrum deſcribit. נְקִי כַפַּיִם, *Purus manuum,* h. e. qui nec ſanguine humano, neque rapina aut furto contaminavit manus. *Purus manuum* Hebraeis dicitur facinorum cruentorum atque violentorum inſons, ut Pſ. XVIII, 25. *Rependit mihi Jova* כְּבֹר יָדַי *ſecundum puritatem manuum mearum,* cui in hemiſtichio antecedente reſpondet כְּצִדְקִי, *ſecundum rectitudinem* et probitatem *meam.* Geneſ. XX, 5. Abimelechus, excuſaturus ſe, quod Saram ad ſe arceſſi juſſit, dicit Deo: בְּתָם־לְבָבִי וּבְנִקְיֹן כַּפַּי עָשִׂיתִי זֹאת, *ſe feciſſe hoc ſimplici et ſincero animo, et munditia manuum,* non vi et injuria illam abstuliſſe, ſed cum conſenſu amborum. Ex quibus duobus locis apparet, *puritatem manuum* non ſolum de eo dici, qui caedis ſit inſons, ut Th. Fr. Stange contendit in *Anti-Critica in locos quosdam Pſalmorum* P. I. pag. 145. ſeqq.; imo ſi de *caedis* puro eſt ſermo, expreſſe דָּם, *ſanguis,* addi ſolet, vid. 2 Sam. III, 28. Joel. IV, 20. Et apud Latinos etiam *puras manus,* ut apud Graecos καθαρὰς χεῖρας dici a caede et rapina innoxias multis exemplis probavit Stange l. c. Quod autem poeta addit, וּבַר־לֵבָב, *et purus cordis,* non caſtum tantummodo videtur indicare, ut Stange exiſtimat, ſed omnem, qui nullum admittat in animum perverſum conſilium aut affectum, quemadmodum loco Geneſ. XX, 5., antea laudato, תָּם־לֵבָב *cordis integritatem* et ſinceritatem ſignificat. In verborum אֲשֶׁר לֹא־נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשׁוֹ interpretatione vix haeſitaturos fuiſſe exiſtimo interpretes, ſi meminiſſent locorum Exod. XX, 7. et Deut. V, 11. quibus eadem, quae hic, occurrit locutio; quam ſimilitudinem primus, quod ſciam, animadvertit Stange l. c. p. 154. Etenim tertium decalogi praeceptum ita ſonat: לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לַשָּׁוְא *Ne enuncies nomen Jovae Dei tui in mendacii aſſeverationem.* Patet vero, nihil diſcrepantiae eſſe inter hunc locum et noſtrum Davidi-

vidicum, nifi quod pro שֵׁם hic נֶפֶשׁ pofitum eft; quod tamen neminem facile offendet, qui reputet, נֶפֶשׁ haud raro pronominis vicem obtinere, etiam cum de Deo eft fermo (vid. Levit. XXVI, 11. Jef. I, 14. Jer. V, 9.), atque adeo hoc loco, eum manifefte tertium Decalogi praeceptum refpiciatur, נַפְשׁוֹ fatis apte dici potuiffe pro שֵׁם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ, quemadmodum Deut. VI, 13. praecipitur: *Jovam, Deum tuum, colas,* וּבִשְׁמוֹ תִּשָּׁבֵעַ *et per nomen ejus jures.* „Per fe quidem, ait Stange l. c. נַפְשׁוֹ et reciproce et relative, *animum fuum,* vel *animum ejus,* utrumque fignificare poteft; fed quoniam h. l. verba ex tertio praecepto funt petita, fine ullo dubio נַפְשׁוֹ *animum Dei,* five Deum ipfum indicat. Alias etiam, ut Jerem. LI, 14. Amos. VI, 8. Deus dicitur *juraffe* בְּנַפְשׁוֹ." Seponendae igitur funt aliae hujus loci interpretationes, veluti: *qui animam fuam non extulerit,* quod ita explicant: qui rebus vanis, inutilibus, noxiis non inhiat eisque ftudet. Quam interpretationem confirmari opinantur iis locis, quibus locutio נָשָׂא נַפְשׁוֹ, *attollere animam fuam ad aliquid* fignificet, *fummo voto ac defiderio aliquid expetere,* concupifcere, ut Deut. XXIV, 15. Jer. XXII, 27. Pf. XXV, 2. LXXXVI, 4. Hof. IV, 8. Quae tamen loca omnia a noftra loquendi formula eotenus differunt, quod in illis particula אֶל femper adhibetur (נָשָׂא נַפְשׁוֹ אֶל־דְּבַר פְּלֹנִי) *ad quod aliquis feratur,* indicans; noftro vero loco, ut etiam Exod. XX, 7. et Deut. V, 11., particula לְ, *finem in quem* aliquid fit, *propter,* fignificans. Sed multo minus probandi funt illi, qui שָׁוְא de *falfis diis* eorumque cultu accipiunt, quum, ut recte jam Dathius monuit, commentitii dii, eorumque religio, הֶבֶל vocetur, ut Thren. II, 14. coll. 1 Sam. XII, 21. 22. 2 Reg. IV, 11. vel הֶבֶל, Deuter. XXII, 21. De *perjurio* vero noftra verba intelligenda effe, etiam Chaldaeus vidit, qui fic vertit: דְּלָא אוֹמֵי עַל שִׁקְרָא לְחַיָּבָא נַפְשֵׁיהּ, *qui non jurat ob falfum in damnum animae fuae;* intelligit animam ipfius jurantis, quod frequentiffimum eft in ore homi-

hominum, *ita Deus fervet animam meam, ita vivam.* Ita et Syrus: ܘܠܐ ܝܡܐ ܒܢܦܫܗ ܒܫܘܩܪܐ *nec jurat per animam fuam falfo.* Ceterum ex noftra interpretatione, qua נַפְשׁוֹ de Deo accipitur, etiam lectio marginalis, נַפְשִׁי, fenfum aptum efficit, „quamvis Chetibh," ut Stange bene monuit, „ut fere femper, exquifitior reperiatur. Si נַפְשִׁי affumas genuinam lectionem; Deus refpondens ad praecedentem interrogationem inducitur; *is nimirum,* refpondet Jova, *dignus eft, qui in facrario meo compareat, qui nomen meum non inaniter laturus eft.* Lectio igitur eft ejusdem indolis, cujus eft illa, quae Deut. V, 10. reperitur, ubi in textu eft מִצְוֹתָו, ad marginem מִצְוֹתָי. [Eodem plane modo Jef. LXVI, 10. pro עֲצָתוֹ, quod in textu eft, in margine legitur עֲצָתִי]. Si נַפְשׁוֹ genuinum habeas, auctor Pfalmi ad quaeftionem propofitam refpondens defcribitur." Plura de lectionis textualis et marginalis h. l. diverfitate vid. in J. Buxtorfii *Anti-Critica*, p. 813. Quod vero interpretationem a nobis propofitam maxime confirmat, eft hemiftichii pofterioris, ex parallelifmi lege ab antecedente fenfu non diverfi, confenfus: וְלֹא נִשְׁבַּע לְמִרְמָה *et qui non jurat in fraudem*, fraudulenter, ut alios decipiat; qui non promittit aliis quidquam adhibito jurejurando cum animo fallendi, ita, ut eos promiffis in perniciem adducat.

5. יִשָּׂא בְרָכָה מֵאֵת יְהוָה *Auferet beneficia a Jova* (de בְּרָכָה vid. not. ad Pf. Pf. XXI, 4.), וּצְדָקָה מֵאֱלֹהֵי יִשְׁעוֹ, *atque benefacta a Deo falutis fuae*, fofpitatore fuo. Sic צְדָקָה faepius accipitur pro *clementia*, ut Pf. XXII, 32. XXXV, 24. LXXI, 1., item pro *beneficiis*, ex clementia Dei profectis, ut 1 Sam. XII, 7. *Disceptem vobiscum de omnibus beneficiis Jovae* (צדקות יְהוָה) *quae vobis fecit.* Pf. XLVIII, 11. *Dextra tua plena eft*, צֶדֶק *benefactis.* יִשְׁעוֹ, *falutis fuae*, qui liberationem a malis, cuftodiamque ipfi praeftat. Genitivus pofterior notat effectum, ut Pf. IV, 1. אֱלֹהֵי צִדְקִי ubi vid. not. Vol. I. p. 87.

6. זה

6. זֶה דּוֹר דֹּרְשָׁו *Haec eſt generatio quaerentium eum.* זֶה h. l. *hujusmodi* notat, ut antea, Vs. 3. מִי, *quis*, ponebatur pro *qualis*. דּוֹר proprie ſunt homines una aetate vel ſeculo viventes, Pſ. X, 6. Deinde tribuitur *familiae*, coetui communibus gaudenti legibus, moribus ac ſtudiis, ut Pſ. LXXIII, 15. דּוֹר בָּנֶיךָ *familia filiorum tuorum*; Pſ. XIV, 5. דּוֹר צַדִּיק *familia piorum*, ita et γενεὰ Luc. XVI, 8. Hic ſignificatur multitudo cultorum Jovae, pietatique operam dantium, דֹּרְשָׁיו, *quaerentium eum*, id eſt, qui ipſius ſtudio tenentur, qui colendi ejus ſunt ſolliciti, ſeduloque quaerunt ejus favorem et protectionem, cf. Pſ. IX, 11. 13. מְבַקְשֵׁי פָנֶיךָ, *Inveſtigantium vultum tuum*. *Vultus Jovae* ſignificat praeſentiam ejus hominibus gratioſam et beneficam, Pſ. IV, 7. X, 11. XIII, 2. XXII, 25. Hinc *faciem Dei quaerere*, eſt, vel ejus gratiam expetere precibus, ut Pſ. XXVII, 8. 2. Paral. VII, 14. Hoſ. V, 15.; vel, tanquam aſſiduus cultor ejus frequentare aedem ſuam, *comparere in loco cultus publici* coram arca ſacra, ut Pſ. C, 2. CIV, 4. 2 Sam. XXI, 1. Conf. Glassii *Philol. S.* p. 928. ed. Dath. Quare et hoc loco *quaerentes faciem Jovae* erunt illi, qui aſcendunt in montem ſanctum ibique Jovam ſupplices venerantur, ut ejus favorem conſequantur. Eſt praeterea in פָּנֶיךָ notanda enallage perſonae ſecundae et tertiae, praeceſſerat enim affixum tertiae perſonae ו, cf. Pſ. XVIII, 16. 17. 29. De voce hujus verſus ultima, יַעֲקֹב, diſſentiunt interpretes, quorum alii particulam praefixam ב ſubaudiendum exiſtimant, ut ſenſus ſit: *qui Jovam quaerunt inter Jacobitas* (ut Pſ. LXXVIII, 5. *erexit teſtimonium* בְּיַעֲקֹב), cujusmodi ellipſeos exempla afferunt Pſ. II, 5. 12. XVII, 13. Alii vero, Syrum ſequuti interpretem, omiſſum putant nomen אֱלֹהֵי (quum et Pſ. XX, 2. XLVI, 8. 12. Jova vocetur *Deus Jacobi*, אֱלֹהֵי יַעֲקֹב), ut ſic haec verba interpretanda ſint: *qui tuam, Jacobitarum Deus! faciem quaerunt.* Nulla tamen neceſſitas eſt, ellipſin vel nominis vel particulae ſtatuere, ſi יַעֲקֹב praedica-

dicatum faciamus, hoc modo: illi, qui faciem tuam quaerunt, funt Jacob, genuini Jacobi posteri, tibique peculiari modo gratus populus; ii demum Ifraelitae veri, dignique hoc nomine habentur. Eadem appellatio Jef. XLIV, 2. *Noli timere* עַבְדִּי יַעֲקֹב *fervus meus Jacob*, i. e. noli timere, fervi mei, Ifraelitae. Pertinet huc Pf. XLVII, 5. *Nos, quos elegit fibi, qui fumus ejus populus, nos, inquam, haeredes fecit gloriae Jacobi*, ornamentorum eorum, quae in hunc aliquando contulis.

7. Jam hortatur ad exftructionem templi, et, per profopopoeiam, ipfum templum nomine *portarum* et *forium*, fynecdoche Hebraeis familiari, appellat, uti fupra IX, 15. per *Zionis portas*, שַׁעֲרֵי בַת־צִיּוֹן, ipfam Zionem fignificaverat. שְׂאוּ שְׁעָרִים רָאשֵׁיכֶם *Attollite, o portae*, fcil. templi, *capita veftra*, i. e. exftruimini, exfurgite, ut inferatur vobis aera foederis, Jovae fedes. Alii, qui Pfalmum ad templum jam exftructum referunt, *capitibus portarum* fuperiorem illarum partem, vel fuperliminaria intelligunt, quae pro tanti regis introitus majeftate fint nimis humilia et angufta, quas igitur jubeat totas, et omnes earum partes, aperiri, ut nihil uspiam impediat aut moretur ingreffum. Nobis tamen prior ille fenfus concinnior videtur. וְהִנָּשְׂאוּ פִּתְחֵי עוֹלָם *Et elevamini fores aeternae*, i. e. in aeternum duraturae, fempiternae, quo nomine templi portas, feu templum ipfum, appellat ideo, quod intra illud arca facra jam fixa permanfura erat, non, ut antea, de loco in locum transferenda, id quod Dominus Davidi 2. Sam. VII, 7. feqq. promififfe legitur. Antea namque in deferto faepius locum mutaverat, poftea e deferto Gilgalem, Gilgale, Schiluntem, inde in terram Philifthaeorum, ex ea in Bethschemesch, inde Kirjathjearim, ex hoc in domum Obed-Edomi, inde in arcem Zioniam, et ex ea tandem in templum delata fuerat. In templo autem usque ad excidium urbis perftitit. Unde Salomon dicebat: *Aedificavi domum, in quo permaneres, locum, ubi habitares* עוֹלָמִים, *per fecula*, 1. Reg. VIII,

VIII, 13. Qui Pfalmum ad arcam in arcem Zioniam illatam referunt, portas עוֹלָם interpretantur *antiquas*, quemadmodum montes ab omni aevo fundati Genes. XLIX, 26. גִּבְעוֹת עוֹלָם dicuntur, ut arcis Zioniae portae *antiquae* ideo appellentur, quod arx illa a Jebufaeis longe olim fuiffet exftructa. Sed multo aptius portarum mentio ad ipfum facrarium refertur. Caufam, cur deberet cufpide illa Dei domus exftrui, adjungit וְיָבוֹא מֶלֶךְ הַכָּבוֹד, *ut introeat rex gloriae*, id est, gloriofiffimus. Particula ו ante יָבוֹא h. l. *ut* vertenda, quemadmodum Jon. I, 11. II, 5. Mich. IV, 2. *Rege gloriofo* vix dubium eft *arcam facram* indicari, quum ea 2 Sam. VI, 2. his verbis defcribatur: אֲרוֹן הָאֱלֹהִים אֲשֶׁר נִקְרָא שֵׁם שֵׁם יְהוָה צְבָאוֹת יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים עָלָיו *Dei arca quae appellatur nomine armipotentis Jovae, Cherubis fupra eam infidentis.* Et Num. X, 35. 36. narratur, cum arca facra iter ingrederetur dixiffe Mofem: *Surge Jova* etc.; quando in loco fuo reponeretur, eundem dixiffe: *revertere Jova* ad myriadum millia Ifraelitarum. Ut hic ergo Mofes Jovam velut arcae infidentem, cum illa exfurgeret et refideret, alloqnutus fuit, ita et nofter vates, cum inferendam templo arcam dicere vellet, recte dicere potuit, ipfum Jovam illud ingrefforum.

8. Jovae vero praefentiam quo poeta magis explicaret, fubjunxit veluti portarum interrogationem: מִי־זֶה מֶלֶךְ הַכָּבוֹד *Quis eft rex ille gloriofus*, divina majeftate verendus? Et mox fuam refponfionem fubjungit: יְהוָה עִזּוּז וְגִבּוֹר יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה *Jova, robuftus, potens ac fortis heros, Jova, heros bellator.* Quod bis dicit *Jova*, pietate et divinae erga Ifraelem bonitatis admiratione flagrantem animum ejus indicat. Eo autem, quod potentem, virtuteque infignem bellica laudavit, refricare voluit memoriam tam multorum et infignium divinae virtutis miraculorum, quibus Jova hoftes Ifraelis dejecit ac perdidit. Vocabulum עִזּוּז femel tantum praeter hunc locum extat, Jef. XLIII, 17. *Educens currum et equitem*

חַיִל

חַיִל וְעִזּוּז *virtutis et robuſtum.* גִּבּוֹר, *Praevalens* cunctis adverſariis, מִלְחָמָה, quoad *bellum*, i. e. bello praevalens. Ceterum de arca ſacra etiam ſi haec accipiantur, commoda erunt illa epitheta et ad rem. Nam quando arca in bellum deferebatur, victoriam Iſraelitae ſolebant reportare. Idcirco Hebraeorum majores natu poſt inſignem cladem a Philiſthaeis acceptam, ſic inter ſe 1 Sam. IV, 3. *Quare percuſſit nos Jovà hodie coram Philiſthaeis? Afferamus ad nos e Silo arcam foederis Jovae, ut veniat in medium noſtri, nosque ſalvos faciat de manu inimicorum noſtrorum.* Imo tunc Philiſthaei, quum audiſſent arcam Jovae in caſtra veniſſe, *Timuerunt, dicentes: Venit Deus in caſtra, et ingemuerunt: Vae nobis; quis nos ſervabit de manu* deorum *fortium iſtorum?* 1. Sam. IV, 7. 8.

9. Repetitur Verſus ſeptimus ad incutiendam majorem reverentiam animis coram tanto rege adventante. Pro שְׂאוּ, quod ſecundo loco ponitur, reciproce accipiendo, *attollite vosmet*, nonnulli הִנָּשְׂאוּ ex Vs. 7. reponendum exiſtimarunt. Mihi tamen omnis mutatio ex locis parallelis videtur eſſe temeraria atque periculoſa. Certe non per ſingulas voces quae anteceſſerunt repetere voluiſſe poetam noſtrum, apparet ex verſu 10. collato cum Vs. 8.

10. מִי הוּא *Quis is* זֶה *hic?* i. e. quis eſt hic etc. Pronomina enim ſaepe ponuntur loco verbi ſubſtantivi, *ſum*, *es*, *eſt*, ut Jeſ. XLIII, 25. אָנֹכִי הוּא מֹחֶה *Ego ſum abſtergens*, nec non XLVI, 4. וְעַד־זִקְנָה אֲנִי הוּא *Usque ad ſenectutem ego ſum* is, qui ſuſtinet (coll. Vs. 3.). Cf. Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 365. not. Ante nomen צְבָאוֹת ſubaudiendum eſt אֱלֹהֵי, *Deus*, nam *Jova*, ut nomen proprium, in regimine poni nequit. Sic integra habetur haec locutio יְהוָֹה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת Pſ. LXXXIX, 9. Jer. XV, 16. Hoſ. XII, 6. Am. III, 13. *Exercituum Dominus* autem vocatur Deus, quod res creatae univerſae ipſi ſunt ſubjectae. *Exercitus* enim, צָבָא

et

et צְבָאוֹת; in veterum Hebraeorum fcriptis crebro pro quavis multitudine, modo fit ordinata, ponitur. Sic Genef. II, 1. et faepe alias, *exercitus coeli* pro ftellarum multitudine, et *excercitus terrae*, pro omnibus quae in terra extant rebus creatis ponuntur. Ita Pf. CIII, 21. vates, cum dicit: *Praedicate Jovam* כָּל־צְבָאָיו *omnes exercitus ejus*, intelligit res creatas univerfas. Cf. Glassii *Phil. Sacr.* p. 13. et J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* No. 2107., qui tamen צָבָא male ex arabico صَبَأَ, *ortus eft, quicquid oritur*, five *ortum eft*, interpretatur, quum צבא quamplurimis locis de *exercitu militari* dicatur, ut de ea fignificatione plane non poffit dubitari. Reperies autem ejus ipfius fignificationis *exercitus*, apud Hebraeos ufu receptae, caufam et originem in notione *prodeundi contra aliquem*, qua verbum Arabicum صَبَأَ pollet fequente particula على. Vid. Al-Gieuharii *Lexici Arabici* Partic. I. edit. Scheid. p. 134.

PSAL-

PSALMUS QUINTUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Precatio est pii periculis gravissimis hostiumque multitudine (coll. Vs. 19.) pressi, simulque trepidantis in conscientia peccatorum. Orat igitur ardenter sibi remitti sua peccata, et liberari se a periculis et malis illis, quibus ea puniantur; postremo attexit clausulam, qua pro populo etiam toto orat. Inseruntur et διδασκαλικὰ multa, itemque praeconia fructuum pietatis, et celebrationes misericordiae divinae.

Qui Davidis hunc Psalmum habent, hunc regem ad eum fundendum adductum fuisse arbitrantur memorabilis alicujus peccati conscientia, unde occasionem arripuerit etiam ea commemorandi, quae in ipsa juventute ab ipso commissa fuerant, et quorum recordatione angebatur (Vs. 7.). Utrum autem respexerit ad adulterium cum Bathseba, an vero ad censum, ab ipso praeter Dei voluntatem institutum, isti interpretes dissentiunt, et qui alterutram istarum opinionum, vel ample-

plectuntur, vel oppugnant, nituntur conjecturis, quae non omnino certae funt. Nam ad pofteriorem quod attinet, tametfi David nullam hic mentionem fecerit horribilis peftilentiae, quae cenfum populi fecuta eft, non inde conficitur, eum potius hic adulterium cum Bathfeba deflere voluiffe. Et ad priorem quod fpectat, quamvis Pfalmus quinquagefimus primus ob adulterium illud compofitus fit, non propterea fequitur, poetam noluiffe bis unam eandemque culpam graviter deteftari. Rudingerus carmen hoc ad Abfalonici temporis fugam refert, ficut et Pfalmum XXII, et LXIX, et LXXXVI. atque alios. „Cum hoc enim tempore," ait, „aptari aptiffime poffunt omnia, et congruunt Abfalonico tempori omnia, ei inprimis, quando in fuga tranfiit torrentem Cedron, et Jordanem tranfire voluit. Ad ἀμηχανίαν autem temporis illius haud fcio, an alludant toties inculcatae viarum Domini et ductus ejus mentiones." Alii de Saulicis temporibus, et fuga ac exilio tum Davidis in deferto Maonio cogitant. Verum Pfalmi claufula fatis arguere videtur, contineri eo totius populi Ifraelitici, magnis cum miferiis conflictantis, fub perfona finguli hominis, preces, una cum confeffione peccatorum, quorum poenas nunc fe luere agnofcit, quibus tandem liberari petit.

Eft

Eſt hoc Pſalmus primus eorum, qui *acroſtichidis* oſtendunt artificium, quo ſinguli vel Verſus vel ſtrophae literis primoribus ordinem Hebraei alphabeti repraeſentant. Cujus rei plura inter ſacra poëmata exempla extant [1]), nec non inter Syriaca et Perſica [2]). Cauſſam vero hujus inſtituti certam ne Hebraei quidem reddere poſſunt. Noſtratium nonnullis cauſa probabilis videtur eſſe haec, memoriam hoc artificio juvare voluiſſe poetas, ut alii talia carmina facilius addiſcerent, et commodius recordarentur. Atque J. D. Michaelis [3]) quidem hujus artificii originem quaerit in naeniis, quae ad literarum ordinem eſſent digeſtae a poetis, memoriae praeficarum, illas diſcentium, ſervientibus. Lowthus [4]) eam carminum ſtructuram iis tantum in locis adhibitam opinatur, in quibus ſententiae quaedam ipſa rerum et argumenti neceſſitudine non multum inter ſe connexae colligerentur. In uſum

1) Pſ. XXXIV. XXXVII. CXI. CXII. CXIX. CXLV. Proverb. XXXI. a commate decimo ad finem. Jeremiae Threni per totum, excepto ultimo capite.

2) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* Vol. III. P. I. p. 63. 328. Cf. J. G. Eichhornii Praefat. ad G. Joneſii *Poeſeos Aſiaticae Commentarios* a ſe editos (Lipſ. 1777.), p. XXII.

3) In not. 96. ad Lowthii *Praelectt. de Sacra Poeſi Hebraeor.* p. 451. ed. Goett. (p. 562. ed. Lipſ.).

4) in Praelect. XXII. de *S. Poeſi Hebraeor.* p. 452. ed. Goett. (p. 259. ed. Lipſ.).

usum puerorum, qui scribere discebant, condita fuisse hujusmodi carmina, Grotii fuit opinio. Nobis tamen cum de Wettio [5]) et Bellermanno [6]) videtur non alia caussa fuisse ejusmodi structurae carminum quorundam, quam studium poetae, artificiosius aliquod, ad externam etiam formam, carmen pangendi [7]). Neque tamen ordinis alphabetici ita tenaces fuerunt poetae Hebraei, ut in omnibus ac singulis ejusmodi carminibus numerum elementorum sine ulla interruptione aut defectu literis initialibus repraesentandum existimarent. Sic in nostro Psalmo duo priores versiculi inchoantur a litera *Aleph*, nullus a *Beth*. Rursus nullus in eo est Versus, qui inchoetur a litera *Vau*, nullus a *Koph* incipiens, duo sunt vero a *Resch* incipientes; denique post literam Tau additur in fine versiculus a litera *Phe* incipiens. Quem quidem minus accuratum literarum ordinem Ludov. Cappellus [8]) librariorum tribuit festinationi atque incuriae, qui quum inter describendum non fuissent satis attenti,

5) In Prolegomm. ad Commentar. in Psalmos p. 81.

6) In *dem Versuch über die Metrik der Hebräer* §. 35. p. 101.

7) Simili studio debetur Ausonii *Technopaegnion* (Edyl. XII.), quo continentur Versus monosyllabis coepti et finiti, ita ut a fine Versus ad principium recurrant, et Versus de literis monosyllabis Graecis et Latinis.

8) *Crit. S.* L. I. C. XII. §. X. T. I. pag. 122. edit. Halens. (1775. 3 Voll. 8. G. J. L. Vogelii cura).

attenti, verficulos perturbaffent atque transpofuiffent; critici igitur effe, Verfus male diftinctos atque difpofitos in rectum ordinem reponere[9]. Sed illud ipfum, quod literis Verfuum initialibus alphabeti ordo repraefentandus erat, quo magis librariorum attentionem atque vigilantiam excitare debuit, eo minus credibile facit, parum accuratum in noftro carmine literarum ordinem horum incuriae atque negligentiae tribuendum effe; multo minus vero, tam apertum errorem, fi vel in unum alterumve codicem irrepfiffet, per ceteros omnes ita propagatum effe, ut verae lectionis ne veftigium quidem, neque in verfionibus antiquis, neque in codicibus, fupereffet. Recte autem, meo judicio, J. D. Michaelis[10]) obfervavit, in hujusmodi carminibus condendis poetas ipfos nonnihil licentiae fibi arrogaffe, ut fieri in omni ejusmodi artificio affolet. Quo pertinet, quód in noftro Pfal-

9) Et ipfe quidem Cappellus Verfus fecundi primas voces hoc modo cenfet transponendas: בָטַחְתִּי בְךָ אֱלֹהַי, ut is Verfus incipiat a litera *Beth*, quod fieri oportuit. Verfum quintum vero in duos dividit, quorum alter voce וְלַמְּדֵנִי exordiatur, ita tamen, ut vocabula ultima, אוֹתְךָ קִוִּיתִי כָּל־הַיּוֹם cum prioribus הַדְרִיכֵנִי בַאֲמִתֶּךָ unum continuum Verfum efllcerent. Taceo alia aliorum hujusmodi commenta.

10) In not. ad Lowth. l. c. Cf. J. H. Hottingeri *Thefaur. Philol.* L. I. Cap. II. *Quaeft.* IV. Append. pag. 170. ed. fec. atque J. Buxtorfii Fil. *Anti-Critica*, pag. 434. feq.

Pfalmo litera *Vav* non Verfum, ut debebat, fed modo pofterius Verfus quinti hemiftichium (וְלַמְּדֵנִי) exorditur, quod ipfum et Pfalmo XXXIV. eadem illa litera factum eft. *Kuph* vero etiam in media voce מִמְּצוּקוֹתַי (V. 17.) pofitum fuffeciffe poëtae creditur. Eodem referendum, quod Verfu fecundo ante בְּךָ legitur אֱלֹהַי, quam vocem, literarum feriem turbantem, eliminare, ac librariis relinquere, nemo facile audeat, qui modefte criticen exercendam putet, quia omnes illam prifci interpretes legerunt. Ego vero affentior J. D. Koehlero [11]), qui אֱלֹהַי illud extra numerum Verfus pofitum exiftimat, quemadmodum apud Graecorum Tragicos ὤμοι, aliaeque hujusmodi voces, animi affectum indicantes, abundare folent. Ad hanc vero poetarum in minuto artificio libertatem minime referendum videtur, quod noftro carmine poft ת additur Verfus alius a פ incipiens; idem enim et in Pfalmo XXXIV. factum videmus. Atque Michaelis quidem conjecit, duplex quum effet literae פ appellatio, F et P, figno aliquo figuraeve diverfitate prifcos illam notaffe, unde fenfim accidiffe literae, quod apud Arabes literis puncto diacritico ob mutatum fonum notatis, ut duplex haberetur, figuraque ejus recentior reliquis vicefimo

11) In *Repertor. Literat. bibl. et oriental.* P. V. p. 27. 28. T. IV.

ceſimo tertio loco poſtponeretur: aliis numerum antiquum ſervantibus, et utramque figuram pro unica litera habentibus [12]). Certi tamen quidquam hodie nemo facile proferat, quum antiquiſſimi Hebraici alphabeti ratio nobis prorſus ignota ſit.

Aliam cauſam ordinis minus accurati, quo literae ſingulos Verſus inchoantes in hoc carmine aliisque Pſalmis alphabeticis hodie comparent, detexiſſe ſibi viſus G. J. L. Vogel [13]), quam ſuis ipſius verbis referre lubet. „Non ad *verſuum* ordinem, hi enim iſtis temporibus cum Pſalmi conficerentur, nondum in uſu erant, auctores haec carmina alphabetica fuderunt, ſed, ſaltem quoad Pſ. XXV. et XXXIV., eam potius ſequuti eſſe videntur rationem, ut mentis ſuae cogitata, quae in tali carmine proferre volebant, brevioribus periodis, ſeu quaſi theſibus, comprehenderint. Initium talis periodi ſemper a litera alphabeti, ad ejusdem ordinem, factum eſt; cum autem initium ejus, quae a ו facienda erat, non niſi a וּ copulativo commode fieri poterat, quod tamen

12). In ſimilem opinionem incidit J. G. Hasse, cujus commentatiuncula, quae inſcribitur: *Etwas über den bei den alphabetiſchen Pſalmen XXV und XXXIV zugeſetzten Vers mit פ am Ende,* legitur in J. G. Eichhornii *Biblioth. Literat. bibl. univ.* Vol. VIII. p. 42. ſeqq.

13) In nota 68. ad Cappelli *Crit. S.* a ſe edit. T. I. pag. 123.

tamen ad ejusmodi disjunctam orationem minus aptum erat, auctor Pf. XXV et XXXIV. fententias, quae a litera ה et ו inchoandae erant, in unam conflavit. Pro ראה Vs. 18. aliud enim verbum extitiffe videtur, cujus prima litera ק fuerit [14]).“

---

1. אֵלֶיךָ יְהוָה נַפְשִׁי אֶשָּׂא *Ad Te, Jova, animam meam levo*, h. e. totam fpem in te ac tua unius bonitate colloco, te folum ex animo concupifco; quo fenfu ea locutio occurrit Deut. XXIV, 15. *Eodem die reddas ei* (mercenario indigenti) *pretium laboris fui ante folis occafum, etenim pauper eft*, וְאֵלָיו הוּא נֹשֵׂא אֶת־נַפְשׁוֹ, *et ad illud levat animam fuam*, cupidiffime et magna cum fpe illud exfpectat, quia ex eo vitam fuftentat. Ad *fpem* et *defiderium* fignificandum phrafis illa adhibetur quoque Jerem. XXII, 27. *In terram*, אֲשֶׁר הֵם מְנַשְּׂאִים אֶת־נַפְשָׁם לָשׁוּב שָׁם, *in quam redire feret animus, non redibunt.* Item Jerem. XLIV, 14. *In terram Judaeum, quo fe redire* הֵמָּה מְנַשְּׂאִים אֶת־נַפְשָׁם *cupiunt, non revertentur.* Nec non Ezech. XXIV, 25. *Auferam eis, quod adfpicere cupiunt*, וְאֶת־מַשָּׂא נַפְשָׁם *et quod animis defiderant.* Chaldaeus, fenfum paullo liberius interpretatus, verba noftra fic vertit: קֳדָמָךְ יְיָ נַפְשִׁי אָטוּל בִּצְלוֹ, *coram Te, Domine, animum meum attollo in precatione.* Menti ejus obverfatus effe videtur locus, Thren. III, 41. נִשָּׂא לְבָבֵנוּ אֶל־כַּפָּיִם אֶל־אֵל בַּשָּׁמָיִם *Attollemus cor noftrorum cum manibus ad Deum in coelis.* Ille tamen, quem nos antea expreffimus, fenfus, non folum linguae ufu nititur, verum

14) Plura de metro et ftructura hujus Pfalmi differuit Bellermann in libro fupra Not. 6. laud. §. 38. p. 108. feqq.

rum etiam melius convenit Verfus proximi initio. Cf. Pf. LXXXVI, 4.

2. אֱלֹהַי בְּךָ בָטַחְתִּי אַל־אֵבוֹשָׁה *Mi Deus in Te fperavi,* non in alio, idcirco precor te, *ut ne erubefcam.* Nam fi, quod a Te fpero, non confequar, erubefcendum mihi potius erit, et fpe atque exfpectatione mea fruftrata etiam irridendi mei occafio dabitur inimicis meis, quemadmodum Job. VI, 20. dicitur, בֹּשׁוּ כִּי־בָטָח *Pudore fuffufi funt, quia fperaverant.* Sic *erubefcere* faepius eft fruftrari fpe, laetove conatus fui exitu, ubi nos pudet noftri inftituti, conf. Pf. VI, 11. XXII, 6. XXXI, 2. XXXVII, 19. Addit poeta: אַל־יַעַלְצוּ אֹיְבַי לִי, *Ne exfultent hoftes mei de me* prae gaudio, de conatus fui profpero fucceffu, meaeque in te fiduciae fruftratione.

3. גַּם כָּל־קוֶֹיךָ לֹא יֵבֹשׁוּ *Etiam omnes, qui Te freti, non erubefcent,* pudore fruftrationis non afficientur. Aliqui hoc modo fenfum conftituunt: non tantum pro me precor, fed pro omnibus, qui partes meas fequuntur, et juxta mecum in tuo praefidio fpes fuas collocant. Simplicius tamen et fententiofius videtur, in univerfum dicta haec ita accipere: nunquam fruftratur eventus eos quicunque te fidunt. קוֶֹיךָ *Exfpectantes te,* i. e. qui fperant in te, eft enim fpes exfpectatio opis. Affixum refolvendum eft in particulam, ac fi ita effet fcriptum, קוִֹים לְךָ vel קוִֹים אֹתְךָ, ita enim verbum קָוָה conftrui alias folet, uti conftat ex Genef. XLIX, 18. Jef. VIII, 17., cf. infra Vs. 5. In hemiftichio pofteriori per *epanodon* repetitur verbum, quod proxime antecefferat, יֵבֹשׁוּ, de qua figura vid. Glassii *Philol. S.* pag. 1334.; exempla ejus vides quoque Jef. V, 20. Ezech. VII, 6. 7. Poteft autem יֵבֹשׁוּ, futurum, h. l. reddi vel optative, *confundantur,* vel indicative, *confunduntur,* pofito Futuro pro Praefente, in re, quae plerumque fieri folet. In vocabuli הַבּוֹגְדִים interpretatione diffentiunt. Syrus voce generalioris notionis, ܥܘܠܐ, *impii, iniqui,* ufus eft, nec non

 Ale-

Alexandrinus, *οἱ ἀνομοῦντες*, quem ſequutus Vulgatus, *inique agentes.* Chaldaeus בָּזוֹזִין, *praedatores*, vertit, quod JARCHI ſic explicavit: הגזלנים והחמסנים המושיבים את העניים ריקם מנכסיהם *Qui furta et violentias committunt, atque pauperes immerentes bonis ſuis ſpoliant.* Rectius vero, ex mea quidem ſententia, Aquila, Symmachus, Theodotio, et quintus interpres *οἱ ἀποστατοῦντες*, *deſciſcentes*, reddiderunt. Verbum בָּגַד enim ſaepe dicitur de iis, qui *ab officio ſuo diſcedunt*, veluti de ſubditis domino fidem non ſervantibus et in eum rebellibus, quo modo aperte dicitur Jud. IX, 22. [al. 23.] וַיִּבְגְּדוּ בַעֲלֵי־שְׁכֶם בַּאֲבִימֶלֶךְ׃ *Rebellarunt Sichemitae in Abimelechum;* et locis pluribus aliis de *perfidis* atque *foedifragis* uſurpatur, ut Malach. II, 10. Jerem. III, 7. 8. 20. Noſtro itaque loco, quo illis, qui in Jova fiduciam ponunt, adeoque ipſum ut patronum ſuum colunt, opponuntur הַבּוֹגְדִים, eos ſignificari neceſſe eſt, qui ſuis ipſorum viribus freti, Jovam non curant, eumque contemnunt, obedire atque parere ei recuſant, rebelles in eum fiunt. Quare et Prov. II, 22. qui in hemiſtichio priori רְשָׁעִים vocantur, iidem in hemiſtichio altero בּוֹגְדִים dicuntur, quos latine forſan aptiſſime *protervos* nuncupaveris. Poſtremum Verſus noſtri vocabulum, רֵיקָם, Alexandrinus *διακενῆς*, vertit, id eſt, *ſupervacue*, *fruſtra*, ut Vulgatus Hieronymusque reddiderunt. Quod ipſum interpretes non pauci ſequuti, explicarunt: *ſine cauſa*, nullam defectionis ſuae a Jova habentes cauſam, quo ſenſu adverbium רֵיקָם uſurpatur Pſ. VII, 5. Sed quemadmodum *vanitatis* notio in omnibus fere linguis ad *homines malos et nequam* transferri ſolet, ita etiam noſtrum רֵיקָם, quod proprie *vane* ſignificat, *inaniter* h. l. *nequiter* interpretandum videtur. Recte igitur Chaldaeus וְסְרִיקַיָּא, *et homines nequam*, reddit; et eundem in ſenſum Syrus *pudeſient impii* ܒܣܪܝܩܘܬܗܘܢ *in nequitia ſua*, nes non Arabs بالباطل, *inique, nefarie.* Et haec ipſa vocabula, ab interpretibus uſurpata,

primo

primo et proprie *inanitatis vanitatisque* fignificationem habent. Optime itaque Hebraea, יֵבֹשׁוּ הַבּוֹגְדִים רֵיקָם latine fic vertas: *pudore fuffundantur omnes nefarie impii.*

4. דְּרָכֶיךָ יְהוָֹה הוֹדִיעֵנִי *Vias tuas*, h. e. vivendi rationem a Te praefcriptam, *mihi oftende.* Vivendi agendique ratio, quam quis fequitur, faepe confertur *viae, femitae*, qua aliquis incedit, veluti Jef. VIII, 11. *Jova manu me apprehendit, docuitque me* מִלֶּכֶת בְּדֶרֶךְ הָעָם־הַזֶּה *ne irem per viam populi hujus*, id eft, ne ejus agendi rationem fequerer. Quare *via Dei* indicat tam eam rationem, qua ipfe in confiliis fuis atque in agendo uti folet, quam illam, quam homines fuos fequi juffit, praecepta atque inftituta fua, ut Pf. I, 6. XVIII, 22. Sic et Mohammed coeleftem doctrinam veramque religionem vocat سبيل الله, *viam Dei*, atque صراط مستقيم *femitam rectam* (Cor. Sur. II. Vs. 208.). Idem, more fuo, poeta repetit hemiftichio altero: אֹרְחוֹתֶיךָ לַמְּדֵנִי, *femitas tuas*, quae tibi probantur, *doce me.*

5. הַדְרִיכֵנִי *Fac me incedere*, ducas me. Verbum דָּרַךְ, *inceffit*, in conjugatione Hiphil denotat, *incedere fecit*, viam monftrando, manibus ducendo, fuftentando. Metaphora ducta ab infante, quem manu prehenfa juvamus, ac labafcentem, vel hallucinantem fervamus. בַאֲמִתֶּךָ, *Pro fide tua*, five, *pro fincera tua bonitate.* אֱמֶת enim, quod primo et proprie *firmitatem*, tum *veritatem* notat, adhibetur etiam ad animum ejusque cogitationes, et actiones ferias, finceras, minimeque fucatas. Qua in fignificatione paffim conjungi folet cum חֶסֶד, *commoditate*, aut *beneficentia*, quia multi homines, licet prae fe ferant ftudium juvandi ac benefaciendi, tamen id non fincere, aut ex animo, nec conftanter agunt. Ita ea locutio *hominibus* tribuitur Genef. XXIV, 49. *Si facitis* חֶסֶד וֶאֱמֶת *gratiam et veritatem cum hero meo*, id eft, fi vere

vere et ex animo ei vultis gratificari, atque Geneſ. XLVII. 29. וְעָשִׂיתָ עִמָּדִי חֶסֶד וֶאֱמֶת *Et facies mecum commoditatem ac veritatem*, id eſt, veram et ſinceram beneficentiam mihi praeſtabis. Eadem formula de *Deo* uſurpatur in hoc carmine infra Vs. 10., nec non Pſ. LVII, 4. *Mittet e coelis auxilium et me ſalvabit*, *mittet* חַסְדּוֹ וַאֲמִתּוֹ *gratiam ſuam et veritatem ſuam*, i. e. ſinceram ſuam bonitatem oſtendet. Hoc autem noſtro loco, quamvis חֶסֶד non ſit additum, nihilominus tamen אֱמֶת non *ſinceritatem* ſolum pollere, verum et *beneficentiae* notionem adjunctam habere, ſatis patet ex eo, quod ſtatim ſubjungitur: כִּי־אַתָּה אֱלֹהֵי יִשְׁעִי, *Tu enim Deus ille, qui ſalutem mihi potes praeſtare*, cf. Pſ. XXIV, 5. Addit: אוֹתְךָ קִוִּיתִי כָּל־הַיּוֹם *Te exſpecto*, auxilium a Te ſpero, *quotidie*.

6. זְכֹר־רַחֲמֶיךָ *Recordare miſerationum tuarum*, ne indignantem te erga me miſerum geras, ſed auxilio demonſtra, te mei eſſe memorem. *Recordari* dicitur Deus aliquorum plerumque in bonam partem, ac ſignificat, opitulari eis, idque plerumque poſt aliquas duras calamitates, in quibus viſus eſt quaſi oblitus fuiſſe eorum. Sic dicitur Deus *recordatus* eſſe Noae et filiorum in arca exiſtentium Geneſ. VIII, 1. Conf. Pſ. VIII, 5. XX, 4. Addit vates וַחֲסָדֶיךָ, quod Chaldaeus interpres bene reddidit מִטּוּבְתָךְ *benignitatis tuae*, חֶסֶד enim deſignat affectum benevolum erga alios, beneficiis ſeſe exſerentem, vid. Pſ. V, 8. Subjungit: כִּי מֵעוֹלָם הֵמָּה, *quod a longis retro temporibus illae*, hoc eſt memento, quam benignus ſemper fueris erga eos, qui te coluerunt, ne igitur jam demum incipias, hanc tuam clementiam deponere erga me miſerum. הֵמָּה *Illae* ſcil. ſunt, pronomen ponitur pro verbo ſubſtantivo, ut Pſ. XXIV, 10., ubi cf. not. Totius commatis ſenſus itaque hic erit: utere erga me eadem illa benignitate, olim qua erga tuos ſemper uſus es. Ita et Jerem. II, 2. Jova dicit: זָכַרְתִּי לָךְ חֶסֶד נְעוּרַיִךְ

Recor-

Recordatus fum mifericordiae adolefpentiae tuae, id eft, beneficiorum, quae in adolefcentia tua in te contuli.

7. חַטֹּאות נְעוּרַי וּפְשָׁעַי אַל־תִּזְכֹּר *Peccatorum juventutis meae delictorumque meorum ne fis memor.* נְעוּרִים, ut nomen aetatis, eft pluralis numeri tantum, denotatque aetatem illam univerfam, quae antecedit aetatem virilem, five fit *infantia*, five *pueritia*, five *adolefcentia*, five *juventus*, (ex Varronis computo incipiens ab anno trigefimo, ad annum usque quadragefimum quintum), ut Prov, V, 18. Mal. II, 14. 15. Pf. CXXVII, 4. *Peccatorum juventutis* vero ideo mentionem facit, quod in adolefcentia homines procliviores funt ad inhonefta, pravisque cupiditatibus magis obfequentes, quam maturiores annis. Inter חַטָּאוֹת et פְּשָׁעִים ita diftinguunt, ut priore vocabulo *peccata*, *quae per imprudentiam* quis committit, pofteriore *malefacta*, *quae de induftria* fiunt, fignificentur. Neque videtur ea diftinctio, fi etyma fpectes, vana aut falfa effe, quandoquidem חַטָּאוֹת primo et proprie *lapfus*, a חָטָא, خطا (vid. not. ad. Pf. I, 1. Vol. I. pag. 9.), פֶּשַׁע vero *rebellionem* denotat, a פָּשַׁע, *rebellavit*, ut 2 Reg. I, 5. 7. מֶלֶךְ מוֹאָב פָּשַׁע בִּי *Rex Moabitarum contra me rebellavit*, a me defcivit; cf. 2 Reg. VIII, 20. 22. 1 Reg. XII, 19. Falfi funt, qui hujus verbi notionem primariam ex Arabum فشغ, *fuperiore parte fuit*, *defuper percuffit aliquem flagello*, elicere conantur; convenit potius Hebraeum פשע cum Arabum فسق, *defecit*, *defcivit* ab officio; *rebellavit* in Deum, in Regem, *improbe egit adverfus jus et fas.* Locum ex Lexico *Camus* integrum adduxit A. Schultensius in *Commentar. ad Proverb.* p. 196. Ne vero offendat aliquis in literarum ע et ق diverfitate, obfervandum eft, haec duo elementa, utpote pronuntiatione fimilia, faepius inter fe permutari. Ita apud Chaldaeos pro אַרְעָא, *terra*, crebro dicitur אַרְקָא. Item שמק pro שמע, *audivit*, Samaritana flexione. Vid.

K

A. Schultensii *Clav. Dialector.* p. 270. In tanta autem significationum convenientia verborum פֶּשַׁע et فسق dubitari sane nequit, utrumque verbum unum idemque esse, sed diverse tantummodo enunciatum. כְּחַסְדְּךָ זְכָר־לִי־אַתָּה *Secundum benignitatem tuam*, illa peccata mea gratiose condonantem, *Tu mei memento.* Particula כ ostendit veluti regulam divinae recensionis aut recordationis, quod non *secundum* praescriptum rigidae justitiae eandem debeat instituere, sed secundum benignum paternumque affectum. לְמַעַן טוּבְךָ יְהוָה *Propter bonitatem tuam, Jova;* non ex consideratione mei constitue, quid de me statuendum sit, adhibe in consilium tuum unam tuam inenarrabilem bonitatem, et ex illius instinctu sortem meam moderare.

8. טוֹב־וְיָשָׁר יְהוָה *Bonus et rectus est Jova.* Quia *bonus* est ac misericors, propterea non rejicit eos, qui ad ipsius clementiam confugiunt, et quoniam *rectus* est in omnibus viis suis, et rectitudinis amantissimus: עַל־כֵּן יוֹרֶה חַטָּאִים בַּדָּרֶךְ *propterea monstrat peccatoribus viam*, qua ipsis ambulandum sit, docet eos, quid ipsis sit agendum vel omittendum. Idem loquendi modus Ps. XXXII, 8. אוֹרְךָ בְּדֶרֶךְ זוּ תֵלֵךְ, *Monstrabo tibi viam, qua ambulabis*, et Proverb. IV, 11. בְּדֶרֶךְ חָכְמָה הֹרֵתִיךָ *Viam sapientiae tibi monstravi.* Verbum יוֹרֶה Aquila h. l. reddidit Φωτίσει, non quod יָאִיר in suo codice legit, ut Cappellus conjecit, verum quod verbum Hebraeum sinistre accepit. „Videntur nempe Graeci interpretes existimasse, verbum הוֹרָה significationem *docendi* habere a verbo אור, *lucere*, quod qui alium *docet*, mentem ejus tenebris ignorantiae caligantem *illuminet.* Sic Alexandrini reddunt aliquando per Φωτίζειν, Judic. XIII, 8. 2 Reg. XII 2. XVII, 27. 28.“ Buxtorfius Fil. in *Anticrit.* p. 705.

9. יַדְרֵךְ עֲנָוִים בַּמִּשְׁפָּט *Dirigit humiles in judicio*, ad instituta sua. עֲנָוִים dicuntur qui submisso sunt animo, depressi, ut Ps. XXXIV, 3., hinc illi, quibus sua mala dis-

displicent, quos vitioſitatis ſuae conſcientia deprimit, humiles, demiſſi et probi, Pſ. XXXVII, 11. LXXXVI, 10. מִשְׁפָּט non tantum *judicium* denotat, verum etiam regulam, ad quam judicia diriguntur, id eſt, *leges* et *praecepta*, ſecundum quae judex ſententiam et jus dicit, tum, omem omnino *agendi rationem legibus conſentaneam*, hinc Prov. I, 3. מִשְׁפָּט conjungitur cum צֶדֶק, *rectitudine*, atque מֵישָׁרִים, *probitate*. Quare et h. l. nomini מִשְׁפָּט in hemiſtichio altero *via Dei*, ſive vitae ratio a Deo praeſcripta (cf. not. ad Vs. 4.) reſpondet; ſubjicitur enim: וִילַמֵּד עֲנָוִים דַּרְכּוֹ, *docet demiſſos viam ſuam.*

10. כָּל־אָרְחוֹת יְהוָה חֶסֶד וֶאֱמֶת *Omnes ſemitae Jovae* ſunt *benignitas et fides*, benigne atque fideliter agere ſolet Jova. אָרְחוֹת יְהוָה, quae ſynonymae ſunt דַּרְכֵי יְהוָה ſupra Vs. 4., indicare rationem, qua Jova agere ſolet, notavimus ad eum ipſum locum; de חֶסֶד וֶאֱמֶת vero cf. not. ſupra ad Vs. 5., לְנֹצְרֵי בְרִיתוֹ וְעֵדֹתָיו *Cum iis, qui foedus ſuum atque mandata ſua ſervant.* בְּרִית, *foedus*, pro *praeceptis divinis*, quae ſiſtuntur ut pactio quaedam, qua certa quadam ratione duae diverſae partes conveniunt, et inter ſeſe certis conditionibus foedus ineunt, quibus utraque ſeſe alteri obligat. Jova enim promiſit, ſe velle eſſe Iſraelitarum tutelitare numen, et Iſraelitae viciſſim illi, quod eum ſolum pro ſuo Deo agnoſcere, colere, et ab eo omnia bona petere et exſpectare velint. Quapropter illae ipſae tabulae, quibus *decem praecepta* inſcripta erant, Deut. IX, 11. dicuntur לֻחוֹת הַבְּרִית, *tabulae foederis*, atque arca, qua incluſae erant tabulae illae, אֲרוֹן בְּרִית־יְהוָה *arca foederis Jovae*, Num. X, 33. Cf. Patris mei Diſſert. *de vocabuli* διαθήκη *in Libris N. T. vario uſu*, Erlang. 1778. (recuſ. in *Commentatt. Theologg.* a Velthuſenio atque Kuinoelio editt. Vol. II. p. 204. ſeqq.) §. VI. Arabes quoque ſuum عَهْدٌ, *foedus*, uſurpant pro *praeceptis*, praeſertim *divinis*. Exemplum hujus uſus extat in *Meidanii*

Pro-

Proverbior. Arabicor. parte, ab H. A. Schultensio (Lugd. Batavor. 1795.) edita, p. 280. Latinis etiam *foedus* pro *lege* non inufitatum. Ita Cicero *Orat. pro Archia* Cap. 6. *Aequiffimo jure et foedere civitas.* Nec non Virgilius *Georg.* I, 60. *Aeterna foedera certis natura impofuit locis.* Cf. *Aeneid.* I, 66. et Manilii *Aftronomic.* III, 54. Cum *foedere* Jovae h. l. conjunguntur עֵדֹתָיו, *teftimonia ejus,* literae veluti teftimoniales, quae fidem faciunt mutui foederis Jovam inter et populum, fenfu non differunt a בְּרִית, *foedere* ipfo, ita ut his etiam *mandata* atque *praecepta divina* fignificentur; unde cifta illa facra, quae legis tabulas fervabat, et Num. X, 33., ut vidimus, *arca foederis* vocatur, Exod. XXV, 22. אֲרוֹן הָעֵדֻת, *arca teftimonii,* i. e. tabularum foedus illud inter Jovam et Ifraëlitas teftantium, dicitur. Quare in univerfum *divina praecepta* עֵדוּת vocantur, veluti Pf. LXXVIII, 5., ubi עֵדוּת et תּוֹרָה ut *ἰσοδύναμα* ponuntur; cf. Pf. LXXXI, 6.

11. לְמַעַן־שִׁמְךָ יְהוָה וְסָלַחְתָּ לַעֲוֹנִי *Propter nomen tuum, Jova, peccata mea condona.* לְמַעַן־שִׁמְךָ *Propter nomen tuum,* id eft, ob famam mifericordiae tuae. *Nomen* pro fama nominis, ut alias faepe. Eadem fententia Jef. XLIII, 25. *Ego deleo delicta tua* לְמַעֲנִי *propter me.* In וְסָלַחְתָּ praepofitum וְ non eft copulativum, verum *converfivum* Praeteriti in Futurum, fimulque apodofin indicans, ut Arabum ف Ita Exod. XII, 15. כָּל־אֹכֵל חָמֵץ וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא מִיִּשְׂרָאֵל *Omnis qui fermentatum guftaverit, ejus anima ex Ifraële exfcindetur.* Jefaj. XXVIII, 18. כִּי יַעֲבֹר וִהְיִיתֶם לוֹ לְמִרְמָס *Cum transierit, eritis illi conculcationi.* Genef. III, 4. *Die illa, qua de eo comederitis,* וְנִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם *oculi veftri aperientur.* Adhibetur autem transformatum hoc modo Praeteritum in Futurum h. l. pro *Optativo; condones.* Sic Genef. XXXIII, 10. *Si gratiam apud Te invenerim,* וְלָקַחְתָּ מִנְחָתִי, *accipias munus meum e manu mea.* 1 Reg. II, 2. *Ego discedo, quo folent mortales omnes,* וְחָזַקְתָּ וְהָיִיתָ לְאִישׁ *Tu*

vero

vero animo forti eſto, et virum Te praeſta. In verbis commatis noſtri ultimis, כִּי רַב־הוּא interpretationis discrepantiam creat particula כִּי, quae ſi ſignificatione uſitatiore, id eſt, *cauſali*, h. l. accipiatur, interpretibus quibusdam ſenſum non ſatis aptum efficere videtur, propterea quod peccati magnitudo non tam *remiſſionis*, quam *poenae* potius eſſet ratio. Quare jam Aben-Eſra verba noſtra ſic explicavit: אף על פי שהוא רב *quamvis magnum ſit* (peccatum meum), quemadmodum כי occurrat quoque Exod. XXXIV, 9. כִּי עַם־קְשֵׁה־עֹרֶף הוּא *Quamvis duri cervicis hic populus eſt, tamen peccata ei condonabis.* Minime tamen opus eſt, particulam כִּי ſignificatione illa h. l. accipere; aptiſſime ſane *quia* eam hic reddas, quandoquidem hoc ipſum, quod poeta magnitudinem ſuorum peccatorum agnoſcit, cauſa eſt, cur Jovam precatur, velit ipſi ea condonare, ſive poenas eorum remittere. Recte igitur Abendana in *Spicilegio* ad *Michlal-Jophi* h. l.: אם תעבישני עליו כפי הדין לא אוכל לסביל העונש ויכרת שמי מן העולם *Si in me caſtigando judicii ſeveritatem adhibere velles, ego non ferre poſſem caſtigationem, et pereundum mihi foret.*

12. מִי זֶה הָאִישׁ יְרֵא יְהוָֹה *Quis*, qualis (ut Pſ. XXIV, 3.) eſt *vir ille, qui timet Deum?* Quomodo connectenda ſit haec interrogatio cum iis, quae ſequuntur, videbimus ad Vs. ſequ. יוֹרֶנּוּ בְּדֶרֶךְ יִבְחָר *Monſtrabit ei viam*, quam *eligat*, oſtendet ei Jova viam ipſi eligendam rectam; ei, in bivio quaſi conſtituto ſuggeret recta conſilia ad eligendum in quovis negotio conveniens. Ante verbum יִבְחָר omiſſum eſt pronomen אֲשֶׁר, ut Pſ. IV, 8. VII, 16. IX, 16. Sunt, qui verbum illud ad *Jovam* referant, ut ſenſus ſit: docet eum viam, quam ipſe (Jova) probaverit. Sed recte obſervavit Drusius in *Animadverſſ.* L. I. Cap. 5., eum, qui eligat, eſſe *pium*. Locus huic plane ſimilis eſt Pſ. CXIX, 30., ubi vates de ſe dixit: דֶּרֶךְ אֱמוּנָה בָחָרְתִּי *veram viam elegi*; cf. Vs. 173.

13. נַפְשׁוֹ *Anima ejus*, ipfe, ut alias crebro loquendi ufu, etiam Arabibus recepto, vid. not. ad Pf. XVI, 2. Vol. I. p. 369. Distribuitur h. l. felicitas piorum tum quoad propriam perfonam נַפְשָׁם, tum quoad perfonam pofterorum, five זַרְעָם, in hemiftichio altero. בְּטוֹב תָּלִין, *In bono*, in felicitate omnigena *pernoctabit*, i. e. conftans permanebit, et quidem fecure et tranquille. לוּן proprie eft *pernoctare*, unde ad quietam immorationem, non noctis folum, fed perpetuam traducitur (plane conveniens Arabico بَاتَ pro بَيَتَ, primo *pernoctavit*, tum in univerfum, *commoratus eft*), ut Proverb. XV, 31. *Auris aufcultans admonitione vitae* בְּקֶרֶב חֲכָמִים תָּלִין *inter fapientes commorabitur.* Jam *in bono morari*, quietemve agere, quid aliud eft, quam, pro voto bonis perfrui? diuturna frui felicitate, ac tanquam domi effe in profperis? Non pauci ex Judaeis Chriftianisque interpretibus haec verba intelligunt de *felicitate poft mortem.* Inter hos J. D. Michaelis, qui in *Epimetro* ad *Lowthii de S. Poefi Hebraeor.* Praelect. XIX, p. 394. „hanc," ait, „interpretationem praefero, folo parallelifmo hemiftichiorum ductus, quia id, quod de femine, terram hereditaturo fequitur, fine dubio ad beneficia pertinet, quibus Deus pios poft mortem adficit, eadem, qua patres foverat, fobolem complectens indulgentia." Interpretationem vero a nobis antea propofitam confirmat ufus verbi לוּן in aliis locis, veluti Pf. XCI, 1. בְּצֵל שַׁדַּי יִתְלוֹנָן, *in umbra potentiffimi pernoctabit*, commorabitur. Prov. XIX, 23. *Timor Jovae falutaris, fatur* יָלִין *pernoctabit fecurus a malo.* Job. XIX, 4. *Quodfi revera erraverim,* אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *maneat mihi ille meus error.* De hemiftichiorum convenientia ex hac interpretatione monuimus jam fuperius, ad hujus Verfus initium. וְזַרְעוֹ יִירַשׁ אָרֶץ *Pofteritasque ejus jure hereditario terram poffidebit.* Refpicit promiffionem piis Ifraelitis datam de fecura et perpetua terrae poffeffione majoribus fuis datae, Levit.

XXVI,

XXVI, 3. feqq. Ceterum hic Verfus, pofteriusque Verfus antecedentis hemiftichium refponfionem conftituunt ad interrogationem Verfus 12. initio propofitam. Illa vero interrogatio fubjectaque h. l. refponfio conjunctae aequipollent *enunciato connexivo*, cujus *antecedens* ex interrogatione, *confequens* ex refponfione fumitur. Quare, ad latinae linguae genium accommodate, duo haec commota conjuncta ita erunt exprimenda: *Ei, qui Jovam colit, is ipfe viam oftendet fibi eligendam; talis femper bonis fruetur, ejusque pofteri terram poffidebunt.* Similis interrogandi formulae exempla habes Pf. XXXIV, 13. 14. Pf. CVII, 43. Prov. XXII, 29. Cf. Glassii *Phil. S.* pag 1366. ed. Dath., ubi talis loquendi modus *interrogatio demonftrationis* appellatur.

14. סוֹד יְהוָה לִירֵאָיו *Familiaris Jovae confuetudo cum illis, qui ipfum colunt,* cum his Jova familiariter agit, confilia fua, tanquam amicis, eis communicat, quum contra impii in Jovam ab ejus confuetudine et notitia longiffime abfint. Nomen סוֹד aliqui pro יְסוֹד dictum exiftimant, referuntque ad verbum יָסַד, Arab. وسد *ponere, fupponere,* unde وساد *cervical, lectulus, fuper quo interdiu decumbitur quietis et confabulandi cauffa,* ديوان, *Divan* Turcis dictum. Quam ipfam fignificationem Hebraeo יְסוֹד, five, quod pro eo pofitum opinatur, סוֹד, tribuit J. D. Michaelis in *Supplementt. ad Lexx. Hebrr.* P. IV. No. 1000. p. 1100. Haudquaquam vero eft opus, literae יְ aphaerefin ftatuere, quum סוֹד aptiffime ad radicem סוּד referatur, cujus reliquiae confpicuae in Arabico ساد (pro سود), quod in Conjug. tertia fignificat: *clanculum in aurem locutus fuit,* unde سواد, quod tam Meidanius, quam Gieuharius explicant per السرار, *colloquia*

quia fecreta. Quo fignificatu nomen illud occurrit in hoc adagio, Meidanenfi memorato: إِنَّ سِوَادَهَا قَوْمٌ لِي عَنَادَهَا *Propior ejus confuetudo correxit mihi ejus averfationem.* Vid. *Meidanii Proverbior. Arabicor. Pars,* ex edit. H. A. Schultens, pag. 298. Nec non in alio ejusdem Meidanenfis loco (No. 3335. Cod. Biblioth. Academ.), ubi Chaffi filia, quae, cum ftupri rea interrogaretur, quid eam nobili loco ortam, ad iftud facinus moviffet, refpondit: قُرْبُ ٱلْوِسَادِ وَطُولُ ٱلسِّوَادِ, *ftrati vicinitas, et colloquii cum eo, diuturnitas.* Syris etiam ܣܘܕܐ *fermo, colloquium,* et verbum ܐܣܬܘܕ *confabulatus eft.* Ita et Hebraeum סוד denotat *congreffum cum amicis, in quo familiariter cum eis colloquimur.* Sic Pf. LV, 15. יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד, *fuaviffimum commercium una habeamus;* proxime praecefferat Vs. 14. אַתָּה אַלּוּפִי וּמְיֻדָּעִי, *tu conjunctus mihi et familiaris.* Et Job. XIX, 19. מְתֵי סוֹדִי funt *homines, cum quibus familiariter folebam colloqui.* Tum dicitur de *concilio conventuque eorum, qui familiaria inter fe confilia agitant,* ac in univerfum de quavis *congregatione,* ut Jer. VI, 11. XV, Pf. LXXXIX, 17. 8. Ea ipfa, qua hoc loco ufurpatur, *familiaris confuetudinis* fignificatione, nomen סוד etiam reperitur Proverb. III, 32., qui locus fenfu omnino cum noftro convenit, eumque illuftrat: *improbos Jova abominatur,* וְאֶת־יְשָׁרִים סוֹדוֹ, *at cum rectis familiaritas ei.* Ex veteribus interpretibus folus Symmachus nominis hebraei fignificatum recte expreffit; vertit enim ita: ὁμιλία κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Alexandrinus, qui fic reddidit: κραταίωμα κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, *firmamentum eft Dominus timentibus eum,* ut Vulgatus vertit, סוד male retulit ad verbum יָסַד, *fundavit.* In eundem fenfum Syrus: ܬܘܟܠܢܗ ܕܡܪܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܚܠܝܢ ܠܗ, *cogitatio Domini fuper*

fuper eis, qui ipfum timent. Nifi ܪܥܝܢܐ potius *bene-placitum* fit vertendum, quod mihi quidem magis verifimile. Ut vero ad textum Hebraeum redeamus, nomine סוד, *congreffu colloquioque familiari,* fignificantur haud dubie *praecepta divina,* quae quafi bona confilia funt, quae Jova cum familiaribus fuis communicat, quibus eos admonet de rebus aut noxiis aut falutaribus, quare poeta hemiftichio altero fubdit: וּבְרִיתוֹ לְהוֹדִיעָם *et foedus fuum ad notum faciendum eis,* foederis fui conditiones et leges notas eis facit. בְּרִית יְהוָה, *foedus Jovae,* effe *praecepta divina,* oftendimus fupra ad Vf. 10. Ad לְהוֹדִיעָם obfervandum eft, tempus infinitum pofitum effe *futuri,* five *aorifti,* vice, pro eo, quod plenum effet, וְעָתִיד יְהוָה לְהוֹדִיעָם *paratus* eft *Jova, foedus fuum eis notum facere.* Syris certe folenne eft, *Infinitivo cum Lomad* praemittere fuum ܥܬܝܕ, *accinctus, paratus,* eoque modo periphrafin futuri facere. Vid. C. Schaafii *Lexic. Syriac. Concordant.* pag. 442., ubi longum exemplorum agmen productum reperies. Conf. Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 420. not. **). Hebraei vero fuum עָתִיד ubique fere omittere folent, fubaudiendum tamen effe, res ipfa et contextus docent. Ita Jef. XXXVIII, 20. יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Jova ad fervandum me* (continuo *paratus eft*), h. e. fervat me. Jef. XXI. כְּסוּפוֹת בַּנֶּגֶב לַחֲלוֹף, *ut tempeftas auftralis, quae evertere folet.* Coh. III, 14. de eis, quae Jova facere decrevit, עָלָיו אֵין לְהוֹסִיף וּמִמֶּנּוּ אֵין לִגְרוֹעַ, *nihil addi eis, nihil detrahi poteft.* Plura exempla vid. apud Storrium l. c. pag. 421. 422. et in N. G. Schroederi *Inftitt. ad fundamenta ling. Hebr.* Syntax. Reg. LIV.

15. עֵינַי תָּמִיד אֶל־יְהוָה *Oculi mei continuo ad Jovam,* fubaudiendum verbum רֹאוֹת, *vident,* vel Participium, נְכוֹנוֹת, *directi,* ut Pf. CXXIII, 1. אֵלֶיךָ נָשָׂאתִי אֶת־עֵינַי, *ad Te levo oculos meos.* Similis elliptica loquendi formula Pf. CXLI, 8. *ad Te oculi mei.* Senfus: fpes mea anxie

anxie subinde dispicit de auxiliatore. Cf. Ps. CXXI, 1. Quare addit: כִּי־הוּא־יוֹצִיא מֵרֶשֶׁת רַגְלָי, *Nam is, Jova, e reti educit pedes meos,* liberat me e periculo gravissimo, unde alias ego, instar ferae, penitus ac undique constrictae, me ipsum evolvere plane non potuissem. רֶשֶׁת, *rete*, per metaphoram saepe significat insidias, ab impiis, vel hostibus, structas innocentibus. Cf. Ps. IX, 16.

16. פְּנֵה אֵלַי וְחָנֵּנִי *Respice ad me, et miserere mei,* quo verbo indicat poeta, qualem adspectum sibi exoptet, nimirum non irae (Ps. LI, 11.), sed commiserationis, quemadmodum homo, visa suis oculis alterius inopia aut aerumnis, eo citius ad misericordiam commovetur. כִּי־יָחִיד וְעָנִי אָנִי *Nam solitarius*, plane destitutus ab omni humana ope aut praesidio, solus relinquor ab omnibus amicis meis, qui juvare vel nolunt, vel nequeunt. Ita haec vox occurrit etiam Ps. LXII, 7. *Et miser* (וְעָנִי) *ego sum*, in illa *mea* solitudine maximis affligor aerumnis. Notanda paronomasia inter עָנִי et אָנִי, cujusmodi exempla sunt Cohel VII, 1. טוֹב שֵׁם מִשֶּׁמֶן טוֹב *bonum nomen melius unguento bono*, et Vs. 6. כְּקוֹל הַסִּירִים תַּחַת הַסִּיר *ut spinarum crepitus sub olla.* Cf. Jerem XLVIII, 43. Joel. I, 15.

17. צָרוֹת לְבָבִי *Angustiae cordis mei*, gravissimae illae perturbationes, quas cor meum veluti arctissime compressum experitur, partim ex praesentium aerumnarum acutissimo sensu, partim ex imminentium adhuc malorum graviorum metu. Est autem צָרָה, *angustia*, proprie talis, ubi aliquis ita constringitur, ut libertate non modo privetur, sed elabendi quoque nullam omnino videat rimam. Nam צָרַר et צוּר significat *ligare, comprimere, constringere*, item aliquem veluti compressum vehementer *vexare*, quomodo solet facere hostis civitatem obsidens, Ezech. IV, 3. Deut. XX, 12. Jud. IX, 31. Cf. Ps. IX, 10. De verbo הִרְחִיבוּ dissentiunt interpretes, num *transitive* sit accipiendum, an vero *intransitive*. Posteriore modo Ale-

xandrini et Theodotion reddiderunt: *ἐπληθύνθησαν*, *multiplicatae sunt*, ut Vulgatus vertit. Ita etiam Syrus: *afflictiones cordis mei* ܣܓܝ̈ *multiplicatae sunt*, et Chaldaeus: *angustiae cordis mei* פְּתַיִן *latae sunt*. Quod sequutus Aben-Esra: הִרְחִיבוּ פועל עומד והטעם שהם רבות *Verbum* הִרְחִיבוּ *est intransitivum*, *sensusque est: magnae sunt*. Quod ipsum placuit non paucis Christianorum interpretum, J. B. Koehlero etiam in *Observatt. Critt.* ad h. l. in *Repertor. Literat. bibl. et orient.* T. V. p. 34., atque Dathio, qui vertit: *angores animi mei augescunt*. Alii: *dilatarunt se*, instar aquarum, longe lateque se extendentium, imo quotidie crescunt, et latius progrediuntur. Exempla aliorum verborum in conjugatione Hiphil neutraliter acceptorum adducunt הֶאֱרִיךְ, *prolongatus fuit* (1 Reg. VIII, 8.), et הֵפִיר, *irritus factus est*. Sed verbum הִרְחִיב intransitive accipere, omnino repugnat linguae usui; ubique *transitive* usurpatum reperitur; quin ipsa phrasis, cum nostra fere conveniens, Ps. CXIX, 32. הִרְחִיב לִבִּי, ab omnibus illis interpretibus alio sumitur sensu, et transitiva significatione exponitur. Eadem et nostrum הִרְחִיבוּ accipiendum esse, vidit Geierus, qui hoc modo verba nostra interpretatur: „*dilatant* os suum, instar bestiae alicujus, aliquem penitus absorpturae, sic enim alias integra habetur haec locutio, ut Ps. XXXV, 21. וַיַּרְחִיבוּ עָלַי פִּיהֶם; item Jes. V, 14. הִרְחִיבָה שְׁאוֹל נַפְשָׁהּ, sic et Habac. II, 5." Quas tamen phrases plane dispares esse, sponte quisque intelligit. Inepta praeterea imago: *angustiae os suum dilatant*. Melius locum exponit Kimchi: הרחיבו מושבם בלבי *dilatarunt locum suum in corde meo*, coll. Jesaj. LIV, 2.; vel: גְּבוּלָם *terminum suum*, coll. Am. I, 13. Aliam viam ingressus A. Schultensius in *Animadverss. Philologg.* ad h. l. p. 184. *Operr. Minorr.* Vertit hoc modo: *angustiae dilatarunt cor meum*, „quod quidem," ait, „intelligo de dilatatione et amplificatione cognitionis, *angustiae cor meum sapiens effecerunt.*

cerunt. Sic Arabice وَاسِعٌ, *amplus*, eft *fapiens.* Cor. Sur. II, 248. الله واسع عليم, *Deus amplus eft et omnifcius.* Et Sur. V, 29. *Amplus*, fcil. *fcientia*, uti conftat ex Sur. XX, 98. ubi علم, *fcientia*, additur. Verbum شرح eft *expandit*, *dilatavit*, unde phrafis شرح صدره, *dilatavit pectus ejus*, id eft, fapiens reddidit. Contra ضاق, *anguftus fuit*, eft, *infipidus fuit et imperitus;* fic ضيق فطن in Abulpharagio eft *ftolidus.* Ingens his pondus accedit ex 1 Reg. IV, 29., ubi רֹחַב לֵב cum חָכְמָה et תְבוּנָה tanquam fynonymum conjunctum eft.“ Verum haec fententia: *anguftiae dilatarunt cor meum*, minime congruit hemiftichio Verfus noftri pofteriori. Optime contra hemiftichia fibi invicem refpondebunt, ita divifis, Henslero praeeunte, vocibus, ut literam ו in fine verbi הִרְחִיבוּ nomini מִמְּצוּקוֹתַי, quod proxime fequitur, praeponamus, pro הִרְחִיב autem *Imperativum*, הַרְחֵב, enuntiemus, unde hic prodibit fenfus: *dilata cordis mei anguftias*, i. e. hilarem et laetum reddas triftem me et anxium. De *gaudio* רְחַב לֵב dicitur etiam Jef. LX, 5., atque הִרְחִיב לֵב de *exhilaratione* Pf. CXIX, 32. Cf. quae de hac loquendi formula diximus ad Pf. IV, 2. Vol. I. p. 88. 89. Addit vates: וּמִמְּצוּקוֹתַי הוֹצִיאֵנִי *Et e preffuris meis me educ*, e miferiis, adeo valide me circumvallantibus, ut de libertate recuperanda ferme fit mihi defperandum. Defcendit מְצוּקָה a צוּק, *arctari*, ufurpaturque de talibus anxietatibus, quales funt famelicorum ac fitibundorum in deferto, ubi quis inopiam fublevare prorfus nequit, Pf. CVII, 6., item captivorum, ibid. Vs. 13., moribundorum Vs. 19., naufragium metuentium, Vs. 28.

18. רְאֵה, *Intuere*, commiferandi et opitulandi animo, vid. Vs. 16. Deducit poeta Jovam veluti in rem praefentem, ut, quid fecum agatur, non per nuncios refcifcere

ſcere, ſed ipſemet intueri velit propius, ac proin de auxilio ſibi mittendo cogitare. עָנְיִי וַעֲמָלִי *Miſeriam et laborem meum*, h. e. moleſtias ac laſſitudinem meam, dum tantopere ſub aerumnarum conflictu defatigor atque abſumor, inſtar ejus, qui diuturnos et graviſſimos exantlavit labores; vid. Pſ. VII, 17. — וְשָׂא לְכָל־חַטֹּאותָי, *Et aufer omnia peccata mea*, mea mihi peccata condona. נָשָׂא, *abstulit*, de *peccatis* dictum, ſignificat, poenis de peccato admiſſo luendis, tanquam onere quodam immenſo, aliquem liberare, vid. Geneſ. IV, 13. Num. XIV, 19. Praefixum ל *accuſativi* nota eſt, ut ſaepius in hac formula, vid. Geneſ. L, 17. Exod. XXXIV, 7. Cf. Storrii *Obſervatt.* p. 283.

19. רְאֵה אוֹיְבַי *Intuere inimicos meos*, intuitu irato, et ulciſcendi animo; uſurpatur enim Jovae intuitus tam in bonam, ut Vs. 16. 18., quam in malam partem, ut Exod. XIV, 24. 1 Paral. XII, 17. Vel.: *conſidera illos* כִּי רַבּוּ *quam* ſ. *ut multi ſunt et viribus valent*, utrumque enim רַבּוּ ſignificat, וְשִׂנְאַת חָמָס שְׂנֵאוּנִי, *et odio violentiae*, vel *injuriae*, *me odiunt*, odio perquam iniquo me perſequuntur. Conjungitur verbum שָׂנֵא, *odio habuit*, cum ſuo nomine verbali שִׂנְאָה, emphaſeos cauſa. Subſtantivum autem חָמָס, *violentia*, vel *injuria*, vim habet adjectivi *iniquus*, deſcribit enim adjunctum illius odii, *injuſtitiam*, propterea quod prorſus absque ulla laeſione praevia eſſet conceptum. Sic dicitur עִיר הַקֹּדֶשׁ *urbs ſanctitatis*, i. e. urbs ſancta, Jeſ. LII, 1.; אִישׁ מִרְמָה, *vir fraudis*, i. e. fraudulentus, Pſ. V, 7.

20. שָׁמְרָה נַפְשִׁי *Cuſtodi animam meam*, i. e. vitam meam, ne ab hoſtibus mihi eripiatur. נֶפֶשׁ *vitam* h. l. indicat, ut Geneſ. IX, 5. XXXVII, 21. Exod. IV, 19. Levit. XVII, 11. וְהַצִּילֵנִי *Et eripe me*, ex capitali, in quo nunc verſor, periculo. Verbum הִצִּיל enim ſignificat, *aliquem ſubtrahere*, fortiter eripere, tanquam e praeſentiſſimo vitae periculo, veluti ex ore ferarum, 1 Sam. XVII, 7., e laqueo venatorio, Proverb. VI, 5. אַל־אֵבוֹשׁ

Ne pudore suffundar, ob mala et ignominiam ab hostibus mihi illatam; vel quod spe mea in te posita sim frustratus, vid. ad Vs. 2. כִּי חָסִיתִי בָךְ *Nam speravi in te*, perfugium posui in sola tua ope, hinc si spe illa ac fiducia in te semper collocata excidam, cedet illud in detrimentum gloriae tuae. De verbo חָסָה vid. ad Ps. II, 12. Vol. I. p. 67. 68., et de vocula בָךְ cf. not. ad Ps. V, 12.

21. Quia autem salus sine recta probaque mente constare nequit, commodum orat consequenter: תֹּם-וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי *Innocentia et rectitudo me servent*, innocentiae et aequitatis studia me tueantur, ita Prov. XX, 28. *Benignitas et veritas* יִצְּרוּ-מֶלֶךְ *custodiunt regem, et benevolentia thronum suum fulcit*, et Prov. II, 11. *Te solertia custodiet*, תְּבוּנָה תִנְצְרֶכָּה *prudentia te tuebitur.* Cf. Prov. XIII, 6. Ps. XL, 12. De תֹּם vid. not. ad Ps. XXVI, 1. יֹשֶׁר designat *rectitudinem*, qua quis a recto tramite non declinat, ita ut vitiositatis aut pravitatis sit expers. Hinc in Geometricis *rectum* opponitur *obliquo*, in Ethicis vero rectum est, quod est consentiens virtuti, scientiae, prudentiae, congruens normae praeceptorum divinorum. Sic Job. VI, 25. אִמְרֵי יֹשֶׁר *sermones recti et veri*; אָרְחוֹת יֹשֶׁר, *viae rectae*, Prov. II, 13. IV, 11.; כָּתוּב יֹשֶׁר דִּבְרֵי אֱמֶת *quae recte sunt scripta et vere enunciata*, Coh. XII, 10. Cf. Deut. IX, 5. 1 Reg. IX, 4. Alexandrinus interpres abstracta תֹּם et יֹשֶׁר h. l. accepit pro concretis, sive pro bonis et piis viris, qui Davidi exuli comites adhaererent. Ita enim vertit: ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι· *innocentes et recti adhaeserunt mihi*, quod ipsum Syrus etiam sequutus est. Repugnat tamen huic interpretationi Vs. 16., ubi poeta se unicum, sive solitarium esse, questus erat.

22. פְּדֵה אֱלֹהִים אֶת-יִשְׂרָאֵל מִכֹּל צָרוֹתָיו *Libera, o Deus, Israelem ex omnibus suis miseriis.* פָּדָה, *redimere*, crebro significat *liberare*, quod inde factum est, quia qui in tristem servitutem erant venditi aut rapti, redimebantur

data

data pecunia; cf. Pf. CIII, 4. Quod Verfu hoc ultimo additur votum pro univerfo populo, hoc illi, qui carmen ad Abfalonicas turbas referunt, eo exiftimant pertinere, quod in ea feditione non unius Davidis, verum totius populi falus periclitaretur; quare et in aliis Abfalonicis poetam intercedere pro populo Ifraelitico, cujus res non minus agebatur. Alii hunc Verfum additum putant effe tunc, cum hic Pfalmus ufui publico deftinaretur, ut preces effent omnium Ifraelitarum, quae antea Davidis tantum fuiffent. Qua conjectura tamen non opus erit, fi, ut nobis verifimile (vid. Argum. fupra p. 680.), in hoc Pfalmo totus populus fub finguli afflicti perfona inducitur.

PSAL-

PSALMUS SEXTUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

In periculis ab hominibus et inimicis impiis testatur de innocentia sua ad Deum, quasi provocando ad judicium hujus, et quod culpa careat, et pietati studeat sincere. Et hujus innocentiae et studii sui hos fructus petit, quos percipiat, ut liberetur e periculis, neque iis malis afficiatur, quae ipsi impendent, neve communibus, cum impiis hostibus suis, poenis abripiatur, ut, quorum peccata non peccarit, eorum poenas non ferat. Atque ita simul implorat justitiam et misericordiam Dei, tandemque promittit a se studium pietatis, et recti verique etiam in posterum, et celebrationem beneficiorum divinorum.

Quodsi Davidis sit hoc carmen, possint in eo ea recoli tempora, quae 1 Sam. XXII, 5. 8. describuntur, quum Davides, in saltu Hareth versaretur, et Saul crimen perduellionis ipsi inferret, quam calumniam poetam hoc Psalmo a se de-

pellere

pellere voluiſſe veriſimile ſit. Cui ſententiae ſi quis forſan opponat Verſus carminis noſtri 6. 7. 8., ubi *altaris* et *domus Jovae* mentio eſt facta, quum illo tempore, quo Davides in ſaltu Hareth degebat, Jovae templum Hieroſolymis nondum eſſet exſtructum; reſponderi poteſt, altare et aedem extitiſſe, antequam Davides tabernaculum in monte Sion arcae tenderet, et Salomon templum Hieroſolymitanum aedificaret. Conſtituerat enim Moſes (Deut. XVI, 16.), ter in annum ſingulis comparendum eſſe in *loco ſacro*. Locus ille ante Salomonis regnum fixus quidem non fuit, ſemper tamen extitit ab ipſa Moſis aetate, et, quo tempore natus eſt Samuel, erat in urbe Silo, ut appareat ex 1 Sam. I, 3. 11. 13. ſeqq., deinde in Cariathiearim alibique. Quum ergo ter quotannis maſculi omnes in locum Jovae ſacrum, ut rei divinae operam darent, ire tenerentur, dubium non eſt, quin Davides, prius quam in ſaltum Hareth fugeret, iſtud religionis officium tribus non ſolum, ſed pluribus vicibus obierit, quod ipſum Verſſ. 6. 7. 8. forſan reſpexerit. Neque tamen admodum neceſſe eſt, illam aliamve ſpecialem occaſionem Pſalmi compoſiti ſumere. Poterat enim vel Davides, vel alius ſincere pius, in univerſum tali carmine teſtari, ut ex animo innocentiae ſtuduerit, malorum ſocietatem fugerit, et religioni incubuerit, atque hac ſuae pietatis conſcientia

tia, fretus, ultitionem, quae manet improbos, deprecari.

---

1. שְׁפְטֵנִי *Judica me*, cognofce caufam meam, et ulcifcere me, ac poenas fume de hoftibus meis. Judicis eft, non folum caufam cognofcere, fed etiam, cognita caufa, innocentes defendere, in malos vero animadvertere. Hoc pacto accipitur שׁפט, *judicandi* verbum Jef. XI, 3. וְשָׁפַט בְּצֶדֶק דַּלִּים *Jufte judicabit pauperes.* Qui hunc Pfalmum contra iniquas calumnias, quibus Davides ab aulicis Saulis opprimebatur, qui quidem judicem fupra fe in terris agnofcebat neminem, directum putant, poetam volunt appellare Deum, eique, quafi judici, probare caufam fuam juftam, non quidem quod praeceptis divinis per omnia a fe fatisfactum putet, quodfi enim res ipfi cum Deo effet, peccata deprecaretur, atque ad divinam clementiam fupplex confugeret, ut fecit Pf. praeced. Vs. 6., atque CXLIII, 2.; fed refpectu habito ad calumnias adverfariorum Deum orare, ut arbiter veluti juftusque judex effe velit, fuaeque innocentiae fuscipere patrocinium. Similes loci Pf. XVII, 2. IX, 5. XXXV, 24. Juftam fuam caufam probat his verbis: כִּי אֲנִי בְּתֻמִּי הָלַכְתִּי *Nam ego in fimplicitate mea inceffi*, fine dolo fraudulentave calliditate, fed candide femper atque fincere cum adverfariis meis fum converfatus, et pro viribus inculpabilem me praeftiti in officio meo. תּם et תָּמִים proprie de eo dicitur, quod nulla ex parte fui eft diminutum, mutilatum, mancum, aut alioqui laefum, debilitatum et convulfum; ita de *victimis omni vitio et labe carentibus* dicitur Exod. XII, 5. Levit. I, 3. III, 9. XXII, 25., de anno et die pleno Jof. X, 13., Levit. XXV, 30. A rebus porro corporeis ad animum et mores translatum, ita integrum fignificat, qui non fit fraudulentus et verfutis confiliis velut partitus et imminutus. Vafri enim

et

et cati homines, qui ſuis tantum commodis ſtudent, numquam totos ſe exhibent, ſed dividunt, facie et verbis benevolos ſe *aliis* ſaepe profitentur, corde autem et re ipſa ſua tantum quaerunt et curant. Atque eum quidem, qui miſſa verſutia et calliditate ſibi ipſi proſpiciendi et ſua quaerendi, innocuam et ſimplicem vitam degat, a cura et proſpectione Jovae in omnibus pendens, nomen hebraeum aperte ſignificat Geneſ. XXV, 27., ubi de Jacobo dicitur, eſſe eum אִישׁ תָּם, id eſt, *innocuum*, *ſimplicem*, minime vafrum et verſutum, *vitam paſtoritiam ducentem*, de Eſavo enim praemiſſum erat, quod venator fuerit, atque amans ruris, quo indicabatur, eum callidiorem, et in ſuis negotiis magis catum atque ſolertem extitiſſe, Jacobum vero, ut quietis amantiorem, ita ad res vitae rudiorem, minusque circumſpectum. Hinc Abimelech Geneſ. XX, 5. 6. dicebat uxorem Abrahami ad ſe transtuliſſe בְּתָם לֵב, *in cordis ſui innocentia*, id eſt, imprudentem. Sic cum hiſtoricus 2 Sam. XV, 11. eos, qui cum Abſalone Hebron petebant, conjurationis inſcios dicere voluit, eodem verbo uſus eſt. Hoc igitur loco cum David de ſe dicit, *inceſſi ego in integro meo*, ſignificat, ſimplici et ſincero animo ſe vixiſſe. Quemadmodum enim *via* pro vitae ratione dicitur, vid. Pſ. XXV, 4. 5. et not. ibid., ita *ire* pro *vitam agere* frequentiſſime ponitur, vid. Geneſ. XVII, 1. Pſ. I, 1. Affixum primae perſonae ad nomen תֹּם, habet emphaſin, q. d. in ſolita mea ſimplicitate, quam inde a teneris ſemper colui. Pergit vates: וּבַיהוָה בָּטַחְתִּי *Et in Jova fiduciam locavi*, pro: in *Te* fiduciam locavi, praeceſſerat enim ſecunda perſona verbi *judica*, enallage perſonarum, vel loco pronominis ponitur nomen ipſum antecedens. *Fiduciae* vero *ſuae* in Jova poſitae vates meminit ad commovendam judicis clementiam, ne ſe patiatur ſuccumbere in cauſa juſta, triumphantibus hoſtibus, parum Deo tribuentibus. לֹא אֶמְעָד *Non vacillabo*, praeſidio tam firmo fretus, certiſſime confido, me numquam nuta-

nutaturum, multo minus lapsurum, sed firmissime contra omnes hostium insultus perstiturum esse. Sic erunt verba sperantis Accipi tamen etiam possunt, ut verba promittentis, ac si diceret David; speravi non tantum hucusque in Deum, verum in posterum etiam in spe ac fiducia illa perseverabo immobilis, nec ad aliud declinabo praesidium.

2. בְּחָנֵנִי *Examina me*, instar aurifabri vel metallici, igne probantis metallorum valorem, scoriasque separantis exacte, quo significatu, primo eo quidem et proprio, verbum בָּחַן occurrit Job. XXIII, 10. De Deo, interiora animi alicujus ejusque sinceritatem explorante dicitur Ps. VII, 10. XVII, 3. Jerem. XI, 20. וְנַסֵּנִי *Tenta me*, explora interiorem animi mei indolem; non tam tui ipsius causa, sed mei et aliorum causa, ut et ipsi experiantur me inique ab adversariis fuisse toties afflictum et traductum. נִסָּה significat, alicujus potentiam, sapientiam, constantiam *explorare* ita, ut specimine dato illa palam fiat, experimento illam tentare (vid. 1 Reg. X, 1. Ps. XCV, 9. Deut. XIII, 3. XXXIII, 8.), unde hoc loco *tentare* est, facere, ut innocentia tentati aliis patefiat. צָרְפָה, *Liqua*, h. e. instar argenti vel auri, in catino super igne examinati, explora etiam internos animae meae recessus eosque innocuos (quoad iniquas adversariorum criminationes) deprehensos, palam coram omnibus siste. צָרַף, *liquavit*, proprium est verbum in re metallica, Ps. XII, 7. Pro hebraeo נִסָּה posuit illud ipsum Samaritanus interpres Deut. XXXIII, 8. כִּלְיוֹתַי וְלִבִּי *Renes meos et cor meum*, h. e. intimos quosque meos tum affectus, quorum sedem Hebraei tribuunt *renibus*, tum consilia et cogitationes, quarum officina *cor*, vid. Ps. VII, 10. Cf. Glassii *Philolog. S.* p. 850. ed. Dath.

3. כִּי חַסְדְּךָ לְנֶגֶד עֵינָי *Nam misericordia tua in conspectu oculorum meorum*, scil. *fuit*, ellipsis verbi substantivi satis frequens. Sensus est: omnis mea cura atque fidu-

fiducia eſt fixa unice in ſola tua gratia affectuque paterno, non in favore, patrocinio aut ſubſidio hominum. לְנֶגֶד עֵינַיִם deſignat perpetuam recordationem et obſervantiam, Pſ. XVI, 8. XVIII, 23. וְהִתְהַלַּכְתִּי בַּאֲמִתֶּךָ *Et ambulavi indeſinenter et ſedulo in veritate tua*, ſecundum praecepta tua, quae ſunt veriſſima et rectiſſima. Verbum הָלַךְ in *Hithpael* frequentative uſurpatur 1 Sam. XXX, 31, Geneſ. V. 22. XVII, 1., ut הִתְאַוָּה, *concupivit*, Coh. VI, 2. Utriusque hemiſtichii ſententia huc redit: Quia in miſericordiam et bonitatem tuam direxi et intendi oculos meos, qua conſervas tuos, ideo eum me praeſtiti, ut inculpata eſſet vita mea, et coleretur atque conſervaretur a me veritas, integritas et innocentia ea, quam tu poſtulas, neque ex hoc curſu meo dejici me paſſus ſum fraude et vi ulla, neque exemplis aut illecebris ullis. Secundum quosdam haec hoc dicunt: In te diriguntur et intenduntur oculi mei, neque deſinunt ſpectare miſericordiam et bonitatem tuam, qua nitar. Itaque hoc conor et laboro, ut vita mea ſit inculpata, et degatur ſecundum integritatem ſeu veritatem, quam tu poſtulas. Manifeſtum tamen, teſtari eum de vita ante acta ad innocentiae ſuae teſtificationem contra adverſariorum inſimulationes.

4. לֹא־יָשַׁבְתִּי עִם־מְתֵי־שָׁוְא *Non ſedi cum hominibus vanitatis*, vanorum et levium hominum conſuetudinem fugi. לֹא־יָשַׁבְתִּי *Non ſedi*, vel commoratus ſum, ſtabilem conſortionem cum pravis hominibus ineundo, ſicut Pſ. I, 1. dicitur, *in* מוֹשַׁב *conſeſſu deriſorum non* יָשָׁב *ſedet*. Verbum *ſedere* includit moram; *ſedere* autem *cum aliquo*, eſt, communia cum ipſo habere ſtudia conſilia, commercium. מְתֵי־שָׁוְא, *homines vanitatis*, ſunt rebus inanibus, mendaciis et levitati dediti homines nequam, ut Job. XI, 11., qui Job. XXII, 15. מְתֵי אָוֶן dicuntur (cf. not. ad. Pſ. XXV, 3.). Hoc loco tales maxime nequam ſignificari videntur, qui vanitate verborum ſuorum et falſiloquis ſermonibus alios laedunt, ut reſpondeat

τοῖς

τοῖς נַעֲלָמִים in hemiſtichio altero. מְתִים ex Kimchii ſententia ſunt *homines* cujuslibet generis, ſive viri, ſive feminae, ſive ſeniores, ſive juniores. וְעִם נַעֲלָמִים לֹא אָבוֹא *Et cum absconditis non ingredior*, cum occultis et callidis ſimulatoribus nihil mihi fuit commercii, nihil communicavi cum conſiliis aut facinoribus talium. נֶעְלָם proprie denotat *ſignatum*, *obſignatum*, docente Arabico عَلَمَ, *ſignavit*, *ſigno impreſſo notavit* (cf. A. Schultensii Libr. de *Defectibus hodiernis Linguae Hebr.* § CLXVII. ſeqq. et J. G. Schroederi *Commentar. in Pſ. X.*, p. 8. ſeq.), hinc, quia quae *condimus*, ea fere *ſignamus*, vel *ſigillo impreſſo claudimus*, transfertur ad omne in univerſum *absconditum*, qua ſignificatione conſtanter in veterum Hebraeorum ſcriptis uſurpatur, veluti 2 Chron. IX, 2. לֹא־נֶעְלַם דָּבָר מִשְּׁלֹמֹה, *nihil quidquam Salomoni erat absconditum*; ſic 1 Reg. X, 3. דָּבָר נֶעְלָם מִן הַמֶּלֶךְ, *res abscondita regi.* Vid. Levit. IV, 13. V, 2. Num. V, 13. Noſtro vero loco, ubi vox illa de hominibus abſolute dicitur, non plane conſentiunt interpretes, quale hominum genus vates *absconditis* ſive *occultis* deſignet. Alexandrinus ſenſu generaliori reddidit: μετὰ παρανομούντων, *cum iniqua gerentibus*, ut Vulgatus vertit. Syrus ܣܟܠܐ, *ſtultos*, et Hieronymus *ſuperbos* interpretatus eſt. Uterque ſignificationem a ſe expreſſam ab עֶלֶם *adoleſcens*, *juvenis*, petiiſſe videtur. Ita quidem, Aben-Eſra monente, Hebraeorum aliqui: ויש אומרים מגזרת עֶלֶם שהוא אוהב השחוק והלעג *Sunt, qui hujus vocis ſignificationem ab* עֶלֶם *derivatam putent, ut deſignet talem, qui deriſionem et illuſionem amet.* Magis probandus Chaldaeus, qui noſtrum נַעֲלָמִים hoc modo explicat: מִטַּמְּרִין מֵאַבְאָשָׁם, *qui occultant ſeſe ad malefaciendum.* Quod ſequuti Raſchius et Kimchius, quorum hic vocem hebraeam אנשים חוטאים בסתר *homines in occulto peccata patrantes* interpretatur, ille vero: הנכנסין בסתר לעשות במחשך.

במחשך מעשיהם, *qui occulta intrant, ut in tenebris faciant opera fua.* Melius placet Aben-Efrae explicatio: שיעשו דברים לא כן בסתר, *qui fecus agunt quam fentiant.* Ita נַעֲלָמִים erunt *tecti* (Gallis *caches*), qui tegunt et diffimulant, quae mala moliuntur, et bonum, quod minime volunt, fimulant. Rudingero נעלם eft *homo occulto ingenio, κρυψίνους*, non in prudentia, fed in calliditate ad nocendum. Alii נַעֲלָמִים interpretantur *absconditos* fcil. in infidiis, בַּאֲרָבָם (quod ipfum nomen fubaudiendum eft Pf. III, 7. coll. Jerem. IX, 7.), ut defignentur illi, qui occultioribus artibus, et fraudibus multa fimulatione involutis, incautos circumveniunt. Qualis defcribitur Pf. X, 8. *Sedet in infidiis pagorum, in latebris interficit innocentem.* A *fignandi* notione, qua Arabicum علم pollet, A. Schultensius in libro paullo ante memorato (§. 185.), voci נֶעְלָם tribuit *notati fignatique* fignificationem. „In hac ferie," ait, „ubi praecefferunt מְתֵי־שָׁוְא, *fodales vanitatis,* נַעֲלָמִים commodius effent *notis publicis affecti, notatiffimi* homines, ut Cicero loquitur, *maculofi, infames.*" Verum quum ex ufu loquendi Hebraeis recepto נֶעְלָם femper *absconditum, occultum* fignificet, nos quidem in ea interpretatione, quam fupra ex Aben-Efra dedimus, acquiefcendum putamus. לֹא אָבוֹא *Non ingredior* illorum latibula, vel: non ingredior cum illis viam eandem, feparo me cautiffime a talibus pravis confortiis. Similis fere locutio Job. XXXI, 5. *Si* הָלַכְתִּי עִם שָׁוְא *ambulavi cum vanitate,* i. e. cum vano. Cum igitur David hoc loco ait, fe cum impiis neque federe, neque ambulare, in univerfum negatum vult omne cum ipfis confortium, cf. Pf. I, 1. et ibi not.

5. שָׂנֵאתִי קְהַל מְרֵעִים *Odio habeo congregationem malefacientium*, odi communitates eorum, qui funt homines nocentes et facinorofi. מְרֵעִים funt illi, quorum unicum fere ftudium eft, damnum aliis inferre, atque

ex

ex ipsorum detrimento sibi parare lucrum atque gaudia. Cf. Ps. XXII, 17. עֲדַת מְרֵעִים. Iidem describuntur Ps. LXIV, 3. 4. quod acuant linguam ut gladium. Addit: וְעִם רְשָׁעִים לֹא אֵשֵׁב *Neque cum improbis sedebo*, non veniam in eorum consessus; ut iis in perversis consiliis assidens, perniciosis ipsorum molitionibus assentiar. De רְשָׁעִים et יָשַׁב cf. not. ad Ps. I, 1. „Sicut Vs. 4. usurpavit Praeteritum, *non* יָשַׁבְתִּי, *sedi*, ita hic usurpat futurum, *non sedebo*, ut indicet suam in probitatis studio constantiam, quasi dicat, sibi numquam placuisse, nec placiturum esse pravorum hominum consortium.“ Geier.

6. אֶרְחַץ בְּנִקָּיוֹן כַּפָּי *Lavabo in innocentia manus meas*, optimo jure ac sine ullo scrupulo testari possem de mea innocentia manuum lavandarum ritu, qui praescriptus erat illis, qui a caede se testari velint innocuos, Deut. XXI, 6., ubi lavare manus suas jubentur seniores super vitulam, qua expietur cadaver interfecti incerto autore. Unde hic mos receptus Judaeis, ut testaturi innocentiam suam abluerent manus, cum asseveratione, se vacare culpa, et immunes esse a facinore, quod committeretur, quomodo et Pilatus manus abluisse narratur Matth. XXVII, 24. cum contestatione, sua culpa non damnari innocentem. Similis locutio Ps. LXXIII, 13. רִיק זִכִּיתִי לְבָבִי וָאֶרְחַץ בְּנִקָּיוֹן כַּפָּי, *frustra mundavi cor meum, et innocentia lavi manus meas.* Et Job. IX, 30. הֲזִכּוֹתִי בְּבֹר כַּפָּי *Mundavi in puritate manus meas.* Aliqui alludi ad lotiones statas et legitimas putant sacrificantium (Exod. XXX, 19. XL, 31. 32.), praesertim cum mox templi et altaris mentionem faciat. Verum illa lotio erat sacerdotum, quibus se David haudquaquam annumeravit. Plura de ritu illo manus lavandi vid. in Dougtaei *Analect. Sacr.* Excurs. CXXVIII. p. 218. seqq. „Nomen נִקָּיוֹן, quod in universum significat *munditiem*, quinquies in V. T. occurrit, semel de *munditie dentium*, tempore famis, Amos. IV, 6, semel de munditie, vel innocentia vitae generatim, Hos. VIII, 5.; de mun-

ditie

ditie manuum Genef. XX, 5. (ubi cordis integritas et puritas manuum conjunguntur), et denique Pf. LXXIII, 13. atque hoc loco. Opponitur ergo mundities haec impuris hominum vanorum, clanculariorum et malignantium actionibus, fenfusque eft, Davidem lavare manus mundas, nulloque criminum fanguine commaculatas. Sic et alias fubftantivum cum praepofitione ponitur pro adjectivo, v. g. פַּחַד בַּלֵּילוֹת, *timor in noctibus*, h. e. nocturnus, Cant. III, 8., מוֹשֵׁל בַּכְּסִילִים, *dominator in ftultis*, i. e. ftultus, Cohel. IX, 17. Vel innocentia eft adjunctum non tam manuum, quam perfonae, q. d. quando lavo manus meas, facio illud *cum innocentia*, ita ut ea vere mihi adfit." GRIER. Pergit vates: וַאֲסֹבְבָה אֶת־מִזְבַּחֲךָ יְהוָה *Et circumdo altare tuum*, frequens et propinquus fum non coetibus impiorum, aut illorum, qui fictitios deos colunt, fed tuo cultui, et potiffimum frequens compareo ad tuum altare cum facrificiis meis, ut ibi te colam pietate vera, cui ftudeo.

7. לַשְׁמִעַ בְּקוֹל תּוֹדָה *Ad edendum fonum voce laudis*, h. e. propterea tam frequens ad altare tuum campareo, ut mei etiam caufa tua celebretur gloria, ut et ego anfam praebeam Levitis, Te inftrumentis muficis, cantuque tripudiante late celebrandi. Sic enim haec ipfa locutio ufurpatur in defcriptione muficae facrae, quam inter facrificandum adhibebant facri cultus miniftri, 1 Paral. XV, 19., ubi David conftituiffe dicitur cantores Heman. Affaph, Ethan בִּמְצִלְתַּיִם נְחֹשֶׁת לְהַשְׁמִיעַ *cum cymbalis aeneis ad fonandum*, fic et Cap. XVI, 5. 42. 2 Paral. V, 13. Poteft etiam reddi per Gerundium in *do*, hoc fenfu: *circumeo perfonando*, quemadmodum ל Gerundium hoc format in vulgato illo לֵאמֹר, *dicendo*, Verbum שָׁמַע in Hiphil quandoque poft fe habet Accufativum, valetque *audire fecit*, v. c. fonum, ut Cant. II, 14. הַשְׁמִיעִנִי אֶת־קוֹלֵךְ, *audire me fac vocem tuam*; quandoque ponitur abfolute, fine Accufativo fequente, ut in locis paullo antea citatis, et tunc fignificat, *fonum edere audibilem*

per-

personare. Nisi forsan ב ante קול h. l. serviat designando Accusativo, ut 2 Sam. VI, 6. *Porrexit Ussa manum ad arcam Dei* וַיֹּאחֶז בּוֹ *et prehendit eam*, pro quo in ejusdem facti narratione 1 Paral. XIII, 9. dicitur: *porrexit Ussa manum* לֶאֱחֹז אֶת־הָאָרוֹן *ut arcam prehenderet.* Ita verbum דָּרַשׁ, significatione *consulendi aliquem*, mox cum ב construitur, ut 2 Reg. I, 2. XXII, 13. 2. Paral. XXXIV, 21., mox cum אֶת, ut Gen. XXV, 32. Deut. XXII, 2. 1 Reg. XXII, 8. et locis aliis pluribus. „Vox לשמע bifariam legi potest, vel לַשְׁמִעַ, vel לִשְׁמֹעַ *ad audiendum.* Sunt, qui existiment, hodierna exemplaria esse corrupta, et legendum לַשְׁמִעַ, quod ita legerit Alexandrinus interpres, quem secutus est Vulgatus [nec non Syrus]. Quibus respondendum, *primo:* licet in לַשְׁמִעַ Jod, quod Chirek magnum cum praecedente puncto constituit, absit, id tamen non est novum apud Hebraeos. Vid. Esaj. XXIII, 11. ubi לַשְׁמִד pro לְהַשְׁמִיד ponitur; *deinde*, rectius לַשְׁמִעַ cum sententia Davidis convenit. Neque enim pius est, qui audit (siquidem etiam nequissimus homo Deum celebratum ab alio audire potest, quod לִשְׁמֹעַ indicat), sed qui ipse celebrat laudem Dei, quod vult לַשְׁמִעַ." Theod. Hackspan in *Nott. Philologg.* ad h. l. Cf. ejusd. *Miscellan.* L. II. Cap. VI. §. 16. וּלְסַפֵּר כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ *Et ad enarrandum*, sive *enarrando omnia mirabilia tua*, intelligit vates sive in universum omnes omnino res admirabiles a Jova gestas, sive admirabilia beneficia ipsi collata, quae inter sacrificandum hymnis celebrat. Cf. Ps. IX, 1.

8. יְהוָה אָהַבְתִּי מְעוֹן בֵּיתֶךָ *Jova, diligo mansionem domus tuae*, frequento cupide aedem tuam, quam incolis. De hoc sunt multae et ardentes testificationes in Psalmis, et una mox infra XXXVII, 4., et LXIII, 3. item Ps. CXXII. Qui Davidicum hunc Psalmum putant, haec verba opponi volunt criminationi adversariorum, qui Davidem, inter Philisthaeos aliasque gentes exulem, incusabant deastrorum cultus et impietatis in Jovam. Haec

aedis

aedis divinae dilectio opponitur etiam domiciliis impiorum exoſis, ſupra Vs. 4. 5. מְעוֹן בֵּיתֶךָ *Habitaculum*, ſive *hoſpitium* (ut Arab. معان) *domus tuae*, h. e. tabernaculum tibi ſacrum, ſeu templum, in quo promiſiſti Te peculiari modo habitaturum. Idem ſanctuarium hemiſtichio altero deſcribit alio et novo epitheto, ab inhabitatione gloriae divinae: וּמְקוֹם מִשְׁכַּן כְּבוֹדֶךָ *Et locum habitationis gloriae tuae*, ubi gloriam tuae ſapientiae, ſanctitatis, benignitatis declaras peculiariter, reddendo reſponſa ex hac ipſa aede, preces exaudiendo, cultumque ab hominibus in hoc tantum loco ſuscipiendo. Poſſit כְּבוֹדֶךָ etiam exponi adjective, *habitatio tua glorioſa*, celebris, conſpicua, ſplendida. Vel *habitatio arcae ſacrae*, quae *gloriae divinae* nomine et alias ſolet appellari, veluti 1 Sam. IV, 28. Pſ. LXXVIII, 61.

9. אַל־תֶּאֱסֹף עִם־חַטָּאִים נַפְשִׁי *Ne colligas cum peccatoribus animam meam*, averte igitur a me poenas tuas, ne corripe animam meam, ut ſimul tollatur cum facinoroſis, quando in hos animadvertes. Verbi אָסַף prima ſignificatio eſt *colligere*. At, quia quae *colliguntur*, de loco, unde colliguntur, domum, vel alio auferuntur (cf. Deut. XVI, 13. Exod. XXIII, 16.), ideo אָסַף etiam *auferre* valet (Geneſ. XXX, 23. Jeſ. IV, 1. Pſ. LXXXV, 4.), et *ſubtrahere* (Joel. II, 10.). Hinc Deus *ſpiritum* interficiendi *ad ſe colligere*, ſive ab eo *auferre* dicitur Job. XXXIV, 14., et *vitam colligere*, ut hoc loco. Ita Jud. XVIII, 25. *Ne irruant in te viri furibundi*, וְאָסַפְתָּה נַפְשְׁךָ *et peras*. Et Hoſ. IV, 3. de univerſo rerum omnium excidio, praeter alia גַּם דְּגֵי־הַיָּם יֵאָסֵפוּ *etiam piſces maris conſicientur*. Zeph. I, 2. אָסֹף *Colligam* omnia de terra, ne ibidem ſuperſit ullum aliquod. Pſ. CIV, 29. תֹּסֵף רוּחָם יִגְוָעוּן *Auſers ſpiritum eorum* (animantium), *exanimantur*. Arabibus etiam قبض, *colligi*, pro *mori*,

ſatis uſitatum. Conf. A. Schultensii Not. ad Hoſ. IX, 6. Recte igitur Syrus h. l. vertit: ܠܐ ܬܘܒܕܢܝ, *ne perdas me.* Cohaerent haec praecedentibus tanquam conſectarium quoddam; ſi me tuum admittis domeſticum, ne permittas, quaeſo, vitam meam malignis meis hoſtbus, ut peſſundent ipſam. וְעִם־אַנְשֵׁי דָמִים חַיָּי *Et cum viris ſanguinum vitam meam* ne abripias, quod verbum ex priori hemiſtichio eſt repetendum. Ne vitam meam communi cum cruentis illis et ſanguinem ſitientibus poena abripe. Reſpicere videtur ſuos adverſarios, qui nil niſi caedem et ſanguinem ſuum ſitiebant. אַנְשֵׁי דָמִים *Viri ſanguinum* ſunt, qui ſanguini ſundendo caedique pro viribus intenti ſunt, vid. ſupra V, 6.

10. אֲשֶׁר בִּידֵיהֶם זִמָּה *Quorum in manibus dolus,* qui homines uſurpant fraudes, et artes malas exercent, in omnibus, quae agunt. *In horum manibus eſt,* id eſt, quod moliuntur, quodve agunt. Nomen זִמָּה quod proprie *cogitationem, conſilium* in univerſum videtur deſignare (a זָמַם *meditatus eſt, conſtituit* apud animum), in ſingulari ſemper in malam partem accipitur de *verſuto, perverſo conſilio,* de pravis artibus atque machinationibus, quas aliquis in aliorum perniciem molitur. Hinc dicitur de omni opere ſcelerato, quod quis praemeditate et conſulto perpetrat, veluti de *homicidio, deaſtrorum cultu* Ezech. XXII, 9.; de *inceſtu,* Levit. XVIII, 11. XIX, 29. XX, 14.; *ſcortatione mortifera* Jud. XX, 6. Addit: וִימִינָם מָלְאָה שֹּׁחַד *Et quorum dextra plena munere,* injuſto, quod a parte rea offertur judici, ad eundem corrumpendum, Deuter. XVI, 19. XXVII, 25. Pſ. XV, 5. *Dextram* dicit, quod ejus in dando et recipiendo frequentior uſus prae ſiniſtra. Videntur poetae adverſarii muneribus corrupti fuiſſe, ut ipſum oppugnarent.

11. Profeſſionem innocentiae et pietatis repetit, indeque orat, ut ſe Deus a malis, quae jure imminent reprobis, immunem ſervet, imo ſpem, id fore, id quod aliquoties monuit, ſibi confirmat. וַאֲנִי בְּתֻמִּי אֵלֵךְ *Verum ego in ſimplicitate mea ambulo*, in innocentia illa mea, quam ſectari coepi (Vs. 1.), pergam. פְּדֵנִי וְחָנֵּנִי *Libera igitur me* (propr. *redime*, de quo verbo vid. not. ad Pſ. XXV, 22.) ex adverſariorum inſidiis, *et miſerere mei.*

12. רַגְלִי עָמְדָה בְמִישׁוֹר *Pes meus conſiſtit in plano*, „incedo ego in via recta et plana, a Te praeſcripta, longiſſime abſum a tortuoſis nequitiarum fraudumque anfractibus. *Pes inſiſtens* deſignat ſic totam vitae rationem et conſuetudinem, quemadmodum ſupra Vs. 1. *ambulandi* verbum. Latet vero ſimul in voce עָמְדָה propoſiti firmitas, cum aliquis non claudicat in latus utrumque, talique pedum non vacillant vel nutant, ſicut ſupra Vs. 1. dicit לֹא אֶמְעָד, *non vacillabo.*“ Geier. Nomen מִישׁוֹר proprie dicitur de *ſolo plano*, quod caret clivis et collibus, Deut. III, 10. IV, 43. illique opponitur curvum et tortuoſum, Jeſ. XL, 4. XLII, 16. Hinc per metaphoram hoc loco deſignat vitae genus ſimplex, quod caret fraudum ſcelerumque tortuoſis anfractibus. Conf. infra XXVII, 11. *Duc me* בְּאֹרַח מִישׁוֹר *in via plana*, et Pſ. CXLIII, 10. *Duces me*, בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר *in terra plana.* Vid. not. ſupra ad XXV, 4. His, qui in via plana incedunt, opponuntur Pſ. CXXV, 5. הַמַּטִּים עֲקַלְקַלּוֹתָם *qui ad vias tortuoſas deflectunt*, qui ibidem פֹּעֲלֵי אָוֶן dicuntur. Dathius his verbis ſignificari exiſtimat incolumitatem, quam Jova Davidi praeſtiterit, quod tamen non admittit uſus loquendi, quem vidimus. בְּמַקְהֵלִים אֲבָרֵךְ יְהוָה *In coetibus celebrabo Jovam. Coetus* intelligit ſacros populi ad cultum Jovae congregati. Nomen מַקְהֵל maſculinum praeter hunc locum non extat in V. T., feminini

mininum autem, מַקְהֵלוֹת, reperitur Pf. LXVIII, 27. Videntur hi coetus opponi congregationibus impiorum, Vs. 5. Verbum בֵּרֵךְ proprie in *genua procumbere,* etiam *adorandi caufa* (Pf. XCV, 6), valet, hinc non folum *falutare,* verum etiam, ut fieri folet in convenientium et digredientium falutationibus, *bene precari,* quae quidem fignificatio omnium maxime eft ufitata. Homines vero cum *bene precari* dicuntur *Deo,* five *bene* de eo *dicere,* id vix aliud quidquam fignificare poterit, quam, *laudes* illius *praedicare, eum celebrare,* animo religiofo et pio ejus potentiam et bonitatem efferre, ita h. l. et Pf. XVI, 7. XXVIII, 6. atque CIII, 1.

PSAL-

PSALMUS SEPTIMUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Et hic Pſalmus, ut is, qui proxime praeceſſit, preces continet pii in periculo aliquo inſigni conſtituti, in quo ſe recordatione divini promiſſi contra ingruentia mala plurimum animat, victoriamque de hoſtibus, et tranquillam in religionis ſtudiis vitam, ſibi pollicitus, de celebri gratiarum actione votum nuncupat, ſicque optima ſpe confirmatus, opem Dei implorat, docerique ſe vitam Jovae gratam precatus, iterum ad fidendum fortiter Deo ſemet ipſum hortatur.

Quum Davidi tribuat inſcriptio Pſalmum, quaerunt, num periculum, de quo Verſus 2. et 3. loquuntur, a Saule, an vero ab exteris hoſtibus, an denique ab Abſalomo fuerit? Graecus titulus Pſalmi habet, ſcriptum eſſe a Davide, antequam rex ungeretur (πρὸ τοῦ χρισθῆναι). Quae inſcriptio de illa privata unctione, qua in domo patris ſui, et inter fratres ſuos, Saule adhuc

huc vivo, fed jam a Jova rejecto, a Samuele, mandato divino, rex unctus fuit (1 Sam. XVI.), de hac igitur unctione accipi Graeca infcriptio neque poteft, neque debet. Nihil enim adhuc periculorum tum quidem, ab hoftibus, neque a Saule, neque aliis, David expertus erat. De altera igitur unctione, vel, ut accurate loquamur, tertia illa, interpretandus erit Graecus titulus, qua publice, ficut octavo anno ante, Hebrone Rex Judae, ita tum omnium tribuum Ifraelis, confentientibus fententiis, rex unctus, creatus et renunciatus fuit (2 Sam. V.). Atque ita Saulicarum infectationum temporibus editus putari poffit Pfalmus, quibus et congruere volunt Verfum decimum, quo parentibus fe orbum queritur, nec non Verfum duodecimum, quo calumniatorum mentionem facit. Attamen quod fe a parentibus derelictum queritur vates, nequaquam ad definiendum tempus, quo factum fit carmen, quid quam facere, ad Vs. 10. videbimus. Preces vero adverfus calumniatores generaliores funt, quam ut ad Davidem eos reftringi neceffe fit. Quare in univerfum hoc Pfalmo hominem ftudio cultus divini ardentem et amore Dei plenum, fed ab impiis popularibus exagitatum, induci arbitror, qui fe recordatione divini promiffi contra ingruentia mala animat, et ad fidendum fortiter Deo femet ipfum hortatur.

Cum

Cum jam David prope ad ſenectutem acceſſiſſet, et tamen, ut erat magno, et vere militari animo, in belli pericula ſeſe nonnunquam paulo fervidius injiceret, accidit, ut adverſus Philiſthaeos acerrime pugnans, et propter aetatem viribus deficiens, in admodum magno diſcrimine verſaretur, ex quo vix evaſiſſet, niſi Abiſcai, Isbenobum, gigantea magnitudine Philiſthaeum, haſtam in Davidem intorquentem, tempori occidiſſet. Qua re Iſraelitae vehementer commoti, ad Davidem acceſſerunt, et Deum prius conteſtati, ſic regem ſuum allocuti ſunt: *non amplius nobiscum egredieris in bellum, ne forte lampadem Iſraelis extinguas*, ut eſt 2 Sam. XXI, 17. Exiſtimant igitur ex Judaeis nonnulli, eam ob rem hunc Pſalmum fuiſſe a Davide conſcriptum. Parum aut nihil tamen huic conjecturae tribuendum videtur, quum in carmine nihil appareat, quod ad illud factum merito ſit referendum.

---

1. Exhibet ſe, tanquam jam ſecum magnitudinem periculi, in quo erat, conſiderantem, et ſtatim conſideratione Jovae, in quo omnem ſpem collocaverat, quidquid id erat, fortiſſime contemnentem, ſalutemque ſibi certiſſime promittentem. יְהוָֹה אוֹרִי *Jova lux mea*, Jova eſt ille, cujus ductu diriguntur omnes greſſus mei, cujus ſplendore omnes tenebrae mearum aerumnarum diſſipantur. Ita Mich. VII, 8. כִּי־אֵשֵׁב בַּחֹשֶׁךְ יְהוָֹה אוֹר לִי *Quando in tenebris verſor, Jova mihi eſt lux.* Figuratam vero

vero hanc dictionem noſter ipſe ſtatim exponit addita magis propria: וְיִשְׁעִי, *et ſalus mea*, h. e. ipſe eſt, non vero humana praeſidia, qui e periculis me eripit, ereptum in ſtatum ſecurum transfert; cf. Pſ. XVIII, 3. XXIV, 5. XXV, 5. Per metonymiam autem *ſalus* ponitur pro ſalutis auctore, ſicut expreſſius dicitur Pſ. XVIII, 47. אֱלוֹהֵי יִשְׁעִי, *Deus, a quo ſalus mea proficiſcitur.* מִמִּי אִירָא *A quo igitur adverſario mihi metuerem?* Obſervanda eſt paronomaſia אוֹרִי inter et אִירָא. Appellat poeta Jovam porro: מָעוֹז־חַיַּי, *propugnaculum vitae meae*, i. e. protector vitae meae, cujus praeſidio haec nititur, qui mihi, ob varia pericula fluctuanti, vires tam corporis, tam animi addit, omneque periculum imminens a me arcet, imo qui ſe ipſum mihi praebet contra hoſtiles incurſus propugnaculum inexpugnabile. J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1854. verba noſtra ſic vertit: *Jova eſt perfugium vitae meae*, aſylum, ad quod fugientis vita tuta eſt. Etenim nomen מָעוֹז non exiſtimat referendum eſſe ad verbum עָזַז, Arab. عزّ, *potens, validus fuit,* verum ad עוּז, Arab. عاذ, *confugit,* unde Arabibus quoque معاذ, *refugium.* Et ſane *perfugii* notio egregie eſt apta Jeſ. XXX, 2. *Eunt* לָעוֹז בְּמָעוֹז פַּרְעֹה *ad confugiendum ad aſylum Pharaonis*, hanc interpretationem et ſuadente parallelismo ſequentis hemiſtichii, וְלַחְסוֹת בְּצֵל־מִצְרָיִם *et ad fugiendum ſub umbra Aegypti.* Jam vevero extant alia loca, quibus *aſyli* ſignificatio minime convenit. Veluti Jeſ. XXIII, 4. Sidon dicitur מָעוֹז יָם, *munimentum, propugnaculum, maris*, pro quo nemo facile *perfugium maris* interpretabitur. Item Ezech. XXX, 15. *Syene* (סִין) dicitur מָעוֹז מִצְרָיִם, quod perquam incommode *refugium Aegypti* reddideris, imo, ut *munimentum*, propugnaculum Aegypti vertas, res ipſa ſuadet, quum Syene ita eſſet ſita, ut clauſtra Aegypti rectiſſime dici potuerit. Cf. J. D. Michaelis *Spicileg. Geogr. Hebr. ext.*

ext. P. II. p. 39. *Refugii*, five *afyli* fignificatio etiam minus eft apta Pf. LX, 9. et Prov. X, 29. Cetera loca ita funt comparata, ut *munimenti* et *refugii* notiones aeque fint idoneae. Chaldaeus tamen מָעוֹז conftanter ad verbum עָזַז retulit, quum ad illud reddendum ubique tale vocabulum adhibuerit, cui *fortitudinis* notio inesset, atque plerumque quidem עֵישְׁנָא (ut hoc loco et Pf. LX, 9.), five מֵישְׁנָא (ut Prov. X, 29.), faepe vero quoque תְּקוֹף (ita v. c. Ezech. XXX, 15. et pluribus aliis locis). Ad verbum עוּז referendum effe nomen מָעוֹז, adeoque *munimentum* valere, illi etiam, qui textum Hebraeum vocalium notis inftruxerunt, indicarunt eo, quod, voce in fine crefcente, id eft, in Plurali, aut additis fuffixis, literae ז Dagefch forte indiderunt. Utrosque vero, Chaldaeum interpretem, et illos, quorum diligentiae *puncta*, quae dicuntur, debemus, fequutos effe traditionem a majoribus acceptam, non obfcure arguit, quam in nomine ifto fcribendo et vertendo fervarunt, conftantia. Horum igitur auctoritatem et nos fequendam putamus. מִמִּי אֶפְחָד *A quo pavebo?* quae pericula igitur, quem hominem exhorrefcerem?

2. בִּקְרֹב עָלַי מְרֵעִים לֶאֱכֹל אֶת־בְּשָׂרִי *In appropinquando contra me malefactores ad devorandum carnem meam*, cum magis magisque circumcludor hoftilium turba, meum fanguinem fitientium. Verbum קָרַב, *appropinquavit*, cum עַל conjunctum, hoftilitatem indicat, unde appellatio *belli* קְרָב, quando copiae hoftiles propius invicem conflicturae congrediuntur, Cohel. IX, 18., confer Deuter. XX, 2. בְּקָרָבְכֶם אֶל־הַמִּלְחָמָה, et Vs. 10. כִּי־תִקְרַב אֶל־עִיר לְהִלָּחֵם עָלֶיהָ, *fi urbi appropinquas ad eam expugnandam*, מְרֵעִים *Malefactores*, qui omnis generis contumeliis me vexant, imo necem mihi intentant, id quod ftatim addit. Cf. Pf. XXII, 17. XXVI, 5. Quod vero dicit, aggredi fe adverfarios לֶאֱכֹל בְּשָׂרוֹ *ad devorandum carnem fuam*, eo defcribit illorum ferocitatem et faevitiam, quae tanta fit, ut more ferarum, quae praedam a fe interfectam laniant,

niant, cadaver ipsius dentibus suis discerpere cuperent. Chaldaei et Syri eum, qui alios calumniatur, dicere solent *comedentem criminationem eorum* (אֲכַל קֻרְצֵיהוֹן, اكل قرصوا). Quod J. D. Michaelem movit, ut locum nostrum sic interpretaretur: *cum amice ad me accedunt maligni homines, ut me calumnientur.* Plane contra usum loquendi, Hebraeis receptum. Etenim קָרַב, sequente עַל, minime significare *amice ad aliquem accedere,* verum, *hostili animo aliquem aggredi,* paulo antea vidimus. Porro locutionis Aramaeae aliam prorsus rationem esse ac nostrae hebraicae, manifestum est. Illustrandus potius est locus noster ex Ps. XIV, 4. Jerem. XXX, 16. Mich. III, 3. — צָרַי וְאֹיְבַי לִי *Adversarii nempe mei et inimici mei,* quibus epithetis plenius adhuc designantur illi מְרֵעִים. Quod additur, לִי, abundat, quemadmodum 2 Sam. XXII, 2. *Jova* מְפַלְטִי לִי *est sospitator meus mihi.* Dum homines mali et nocentes, poeta inquit, iidemque hostes mei, sperant se mei potituros, הֵמָּה כָשְׁלוּ וְנָפָלוּ, *ipsi impingent et cadent,* mala, quae in me moliuntur, in ipsos recident. Verbum כָּשַׁל proprie esse videtur, prae *segnitie* sive *lassitudine labare* (Arabibus enim كسل est *segnis fuit, torpuit*), unde dicitur de genubus, ex imbecillitate nutantibus Jes. XXXV, 3. (*roborate* בִּרְכַּיִם כֹּשְׁלוֹת *genua labantia),* et Ps. CIX, 24. (בִּרְכַּי כָּשְׁלוּ מִצּוֹם *genua mea labant prae jejunio*), nec non de viribus, prae lassitudine labantibus Nehem. IV, 4. vel 10. (כָּשַׁל כֹּחַ הַסַּבָּל *labant vires bajuli*), hinc *offendere, impingere* denotat (quae significatio et Syris ulitatissima), et ita quidem, ut vix, vel plane non, se a lapsu queat asservare impingens, quare saepius huic verbo subjungitur נָפַל, *cecidit,* ut hoc loco, item Jes. XXXI, 3. Jerem. XLVI, 6. 12. L, 32.

3. אִם־תַּחֲנֶה עָלַי מַחֲנֶה לֹא־יִירָא לִבִּי *Si castra metetur contra me exercitus, tamen non trepidabit cor meum,*

eadem

eadem ſententia, quae Pſ. III, 7. expreſſa eſt, *nihil metuo, etiamſi multae myriades hoſtium me invaderent, et circumcirca caſtris poſitis me obſiderent*, nec non Pſ. XCI, 7. Eandem ſententiam repetit hemiſtichio poſteriore: אִם־תָּקוּם עָלַי מִלְחָמָה בְּזֹאת אֲנִי בוֹטֵחַ *Etiamſi contra me ſurgat bellum, in hoc ipſo quoque confido*, nihil metuo. בְּזֹאת *In hoc ipſo*, id eſt מִלְחָמָה, *bello*, cum quo nomine pronomen illud genere convenit; ad *Jovam* enim ſi referendum eſſet, poeta dixiſſet in maſculino, בָּזֶה, *in eo* fiduciam meam pono, quem ſenſum expreſſit XIII, 6. XXV, 2. XXVI, 1. Noſtra vero verba hoc volunt: etiamſi inter medios hoſtes verſer, tamen meam non deſero fiduciam, ſed confidens et bene ſperans maneo. Deſignatur itaque hoc pronomine non id, in quo fiduciam ponat vates, ſed tempus, quo ea ſe exſerat. Non audiendi ſunt, qui בְּזֹאת cum בּוֹטֵחַ connectunt, hoc ſenſu: *hoc ego nitor*, ſubaudiendum opinantur illud, quod ſub carminis initium fuerit profeſſus, Jovam lucem ſibi eſſe et ſoſpitatorem. Quod ſane durinſculum videtur. Sed בּוֹטֵחַ, abſolute poſitum ut hic, eſt *fidens*, nihil mali extimeſcens, ſecurus, quomodo hoc vocabulum uſurpatur etiam Jud. XVIII, 7. 10. 27., ubi incolae urbis Lais vocantur עַם שֹׁקֵט וּבוֹטֵחַ, *populus ſecure et tranquille agens*. Eodem ſenſu reperitur Prov. XI, 15. *Qui odit levitatem in pollicendo*, is eſt בּוֹטֵחַ, *curis metuque carens*.

4. Attamen, pergit, neque belli cupiditate ardeo, neque gloriam quaero ex victoriis, ſed pacem ſolum et otium ab hoſtibus opto, quo liberius ſacram aedem adire poſſim, ibique, in piorum hominum communione, ſecura Jovae ſervire libertate. אַחַת שָׁאַלְתִּי מֵאֵת־יְהוָה אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ *Unum petii a Jova, id ipſum quaeram*, non deſinam orare. אַחַת, *unam*, ſubaudi שְׁאֵלָה, *petitionem*, ex Judic. VIII, 24. 1 Sam. II, 20. 1 Reg. II, 20., quibus locis phraſis plena extat. Ita ſaepius nomen verbale ſuppleri debet ex verbo appoſito, veluti Pſ. XIII, 4., ad quem

loc.

loc. vid. not. Porro *unum* ponitur pro *primo*, seu primario, quemadmodum et alias numerus cardinalis usurpatur pro ordinali, ut Genes. I, 5. יוֹם אֶחָד, *dies unus*, i. e. primus, et IV, 19. *nomen* הָאַחַת *unius*, i. e. primae. Hanc rem, ait, prae omnibus aliis, et ceteris omnibus posthabitis orabam, neque orare desinam, שִׁבְתִּי בְּבֵית־יְהוָה כָּל־יְמֵי חַיַּי *habitare me in domo Jovae omnes dies vitae meae*, id est, ut mihi deinceps semper liceat versari in loco cultus sacri publico, לַחֲזוֹת בְּנֹעַם־יְהוָה *ad conspiciendum jucunditatem Jovae*, id est sacrificia, suffitus, ceterique ritus, quibus Jova in fano sacro coli solebat. Nam quum summa esset piis ex cultu Jovae amoenitas et jucunditas, per metonymiam et ipse potuit *jucunditas* vocari. Possit quoque *decor Jovae* verti, atque tabernaculum sacrum vel templum eo nomine intelligi, habebat enim hoc suum ornatum, et quidem eximium, et erat cultus Jovae a Mose institutus sane speciosissimus. Falluntur, qui verba Hebraea sic vertunt: *ad adspiciendum cum jucunditate Jovam*, nam verba *videndi*, רָאָה, חָזָה, הִבִּיט, cum ב constructa indicant cum contemplatione conjunctam oblectationem, ut vidimus ad Ps. XXII, 18. (יִרְאוּ בִי), sic et infra Vs. 13. לִרְאוֹת בְּטוּב. Et חָזָה hoc modo construitur Mich. IV, 11. וְתַחַז בְּצִיּוֹן עֵינֵינוּ, *et adspicit Zionem oculus noster*; et Cant. VII, 1. *Revertere*, וְנֶחֱזֶה בָּךְ, *ut adspiciamus te*. Cf. etiam Job. XXXVI, 25. Jes. XLVII, 13. Additur a nostro: וּלְבַקֵּר בְּהֵיכָלוֹ, *et ad visitandum regiam ejus*, id enim הֵיכָל significat; nam 1 Reg. XXI, 1. palatium regis Samariae, et Jes. XXXIX, 7. regia Babyloniae regis hoc nomine appellantur. Nec alia ratione primum tabernaculum (1 Sam. III, 3.), et postea templum Jovae הֵיכָל nominatae sunt, quam quod utrumque esset Jovae regia quaedam, in qua peculiarem divinitatis suae praesentiam exhiberet. Verbum בָּקַר, quod in Kal non extat, significat, *aliquid diligenter et singulari cum attentione requirere*, quomodo v. g. sacerdos investigat pilos leprosorum rufos, Levit. XIII, 36., aut pastor

oves

oves disperfas; Ezech. XXXIV, 11. (ubi cum דָּרַשׁ conjungitur), 12. Hoc loco commodiffime *vifitare* vertatur. Seriores quidem Hebraei hoc ipfum verbum de *vifitatione aegrotorum* ufurpare folent. Exempla reperies in Buxtorfii *Lex. Chald.* p. 343. Ceterum fententia, quam vates hoc commate expreffit, prorfus convenit cum Pf. XXVI, 8.

5. Rationem reddit, cur tantopere Jovam propius continuoque accedere geftiat, nimirum, quia optima ejus tutela fecuritatem fibi praeftet ab adverfariorum infultu: כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה בְּיוֹם רָעָה *Nam abfcondit me in tugurio fuo in die malo*, cum tempus fuerit adverfum, maxime contra me defaevientibus hoftibus. Tali igitur tempeftate non minus tutum me fervabit, quam is effe poffit, quem rex in fuum tabernaculum recipiat, quod ne adire quidem illius hoftes aufint. Aut metaphora petita eft a paftore, qui oves abfcondit in fuo tugurio, ne nimio folis aeftu, aut tempeftatis injuria laedantur. Etenim סֹךְ et סֻכָּה proprie *tugurium* fignificat, *ex ramis frondibusque arborum factum*, vid. Levit. XXIII, 40 — 42., Jon. IV, 5. Jef. I, 8. Job. XXVII, 18., et cf. J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx.* p. 1745., et J. Jahnii *Biblifche Archäologie*, P. I. p. 188. Tunc ad quamlibet *habitationem* transfertur, modo fit operta, veluti ad luftra leonum Pf. X, 9. Jerem. XXV, 38., ad *palatium regium*, Amos. IX, 11., ad domicilium arcae facrae Hierofolymis, Pf. LXXVI, 3., atque ad ipfum *tabernaculum facrum*, Thren. II, 6. et hoc loco. Eandem fententiam repetit hemiftichio altero: יַסְתִּירֵנִי בְּסֵתֶר אָהֳלוֹ *Latitare me facit in latibulo tentorii fui*, tam fecurum me reddit, ac fi in tabernaculi facri adyto; quorfum non penetrare poteft hoftilis impetus, abfconditus latitarem. Tutiffimum enim praefidium contingebat illis, qui ad adyta fanctuarii, ad aram, vel facra, ut afylum, confugiebant, veluti Mofi ab impetu feditioforum, Num. XIV, 10., aut Joabo, cornua altaris prenfanti, 1 Reg. II, 28. סֵתֶר eft *locus abfconditus,*

ditus, quo quis latitare poteft. Ita nubes appellantur סֵתֶר *Jovae*, Job. XXII, 14., fic סֵתֶר *refugium* contra turbinem et innundationem, Jef. XXXII, 2. Ita dicitur etiam de latibulo alarum Pf. LXI, 5. XCI, 1. Subdit: בְּצוּר יְרוֹמְמֵנִי *In petra exaltat me*, non minus tutum me reddit, quam is effe poffit, qui in rupem celfam evectus fit, ad quam hoftes confcendere prorfus nequeant. Conf. not. ad Pf. XVIII. 3.

6. Sed quid dicam de mea ab hoftibus fecuritate? Non modo fecurus ero illorum, fed et victor. וְעַתָּה יָרוּם רֹאשִׁי עַל אֹיְבַי סְבִיבוֹתַי *Et nunc etiam elevabit caput meum fuper hoftes meos circa me*, qui me cingunt, h. e. ficut antea Deus me afflictum erigere confuevit, ita hac etiam vice mihi opem feret. De formula הֵרִים רֹאשׁ, *caput* alicujus *extollere*, diximus ad Pf. III, 4. Nomen סָבִיב et סְבִיבָה, *circuitus*, elliptice pofitum absque praepofitione בְּ, naturam induit adverbii *circumquaque*, ut Pf. XVIII, 12. Mox erit, ut folennes pro victoria Jovae gratias agam, adhibitis holocauftis cum hymnis et canticis, quod his verbis expreffit: וְאֶזְבְּחָה בְאָהֳלוֹ זִבְחֵי תְרוּעָה אָשִׁירָה וַאֲזַמְּרָה לַיהוָה, *Et facrificabo facrificia clangoris, cantabo et hymnum dicam Jovae.* Sacrificia euchariftica faciebant gratias folennes Deo agentes. Jam ad illa facrificia clangebatur buccinis duabus argenteis, ut praefcriptum eft Num. X, 10. Earum vero fonus תְּרוּעָה, *clangor*, vocatur Ebraeis, Num. X, 5. 6. XXIX, 1. Quare quod poeta fcripfit, זִבְחֵי תְרוּעָה idem eft atque זְבָחִים עִם תְּרוּעָה *facrificia cum clangore buccinarum*, quae alias זִבְחֵי תוֹדָה, *facrificia laudis* dicuntur, 2 Chron. XXXIII, 16. Pf. CXVI, 16. 17. — אָשִׁירָה, „*Canam*, fcilicet voce, וַאֲזַמְּרָה, *et pfallam*, inftrumentis nimirum muficis. Similis conjunctio horum verborum extat Pf. LI, 8. CV, 2. CVIII, 2. XXI, 14. Et quidem זִמֵּר ufurpatur de eo laetitiae genere, quod exferit fe nablio decachordo Pf. XXXIII, 2., cithara, Pf. XCVIII, 5. CXLVII,

CXLVII, 7. LXXI, 22., tympanis, Pſ. CXLIX, 3." Geier.

7. שְׁמַע־יְהוָה *Audi Jova,* ſcilicet benigne, id eſt, exaudi. Infertur Deus tanquam rex clemens, qui ſubditorum ſupplicationes benigne admittit. קוֹלִי אֶקְרָא *Quum voce mea clamavero.* „Hanc conſtructionem poſtulant accentus; nam יְהוָה ſeparatur a קוֹלִי per *Tiphcha,* קוֹלִי autem connectitur cum אֶקְרָא per *Munach.* Quare ellipſis erit adverbii temporis כַּאֲשֶׁר, vel כִּי, *quando* vel *quandoquidem.* Similis accentuatio, quoad omiſſum etiam *Athnach,* occurrit Pſ. XCIX, 3. XXXV, 24." Geier. וְחָנֵּנִי וַעֲנֵנִי *Miſerere mei et reſponde mihi,* precibus meis, et ita quidem, ut ea praeſtes, quae a Te oro. Ita עָנָה, *reſpondere,* pro *exaudire* et Pſ. XIII, 4. XVII, 6.

8. Equidem, vates pergit, non temere te ſic invoco. Niſi ipſe nobis eam fiduciam feciſſes, arrogantis eſſet, quidquam iſtiusmodi ſibi ſpondere. At et promiſſiones tuas nobis dediſti, et nos ad Te fidenter accedere juſſiſti. לְךָ אָמַר לִבִּי בַּקְּשׁוּ פָנָי *Tibi dicit cor meum,* ſubaudi nomen ejusdem generis אִמְרָתְךָ, ſive דְּבָרְךָ, *verbum tuum,* quod hoc erat: *quaerite faciem meam,* commonefacio te illius, quod ipſe nobis dediſti, praecepti, nos debere faciem tuam quaerere. Omiſſione nominis דָּבָר e contextu ſubaudiendi nihil frequentius eſt apud Hebraeos. Vid. C. T. Waltheri *Ellipſes Hebraicae* ex edit. J. C. F. Schulzii P. I. p. 38. ſeqq. 20. 68. Aben-Eſra לְךָ pro בעבורך, *de te* dictum opinatur, quemadmodum particula ל etiam Geneſ. XX, 13. ſit accipienda, ubi Abramus Sarae dicit: אִמְרִי־לִי אָחִי הוּא *Dic de me, frater meus eſt.* Ceterum ſenſum eodem, quo nos fecimus, modo, conſtituit Aben-Eſra: והטעם אני אומר מה שצוית לנו ביד שלוחיך ואמרת לנו בקשו פני *Senſus eſt; dico ego, quod Tu nobis praecepiſti per legatos tuos. Dixiſti nimirum nobis: quaerite faciem* meam.

meam. JARCHI voculam לְךָ explicat בִּמְקוֹמְךָ, *tui loco* ut Job. XXXIII, 6. לָאֵל sit *Dei loco*, sensumque facit hunc: בִּשְׁלִיחוּתְךָ *per missionem tuam*; hoc est, tanquam legatus tuus, tui loco, dico ego omnibus Israelitis: quaerite faciem meam. DATHIUS in Not. ad Psalterium Syriac. a se editum ad h. l. verba hebraea sic interpretatur: *Tuum est illud (quod dixisti), inquit cor meum: quaerite faciem meam.* „Lamed enim in vocula לְךָ est h. l. significativum, sive ὁριστικὸν (ut Jes. VIII, 1. Ezech. XXXVII, 16.), monstrans quasi illud jussum Dei: *quaerite faciem meam.*" De formulae *faciem Dei quaerere*, sensu conf. not. ad Ps. XXIV, 6. Veteres in verbis בַּקְּשׁוּ פָנָי mire inter se dissentiunt. Alexandrina versio in editione Romana ita sonat: ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, *quaesivi faciem tuam*, ac si Hebraica verba essent: בִּקַּשְׁתִּי אֶת־פָּנֶיךָ. Sed in Complutensi atque Aldino textu sic legitur: ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, quam legendi rationem non solum Vulgatus confirmat (*exquisivit te facies mea*), verum et Arabicus interpres. Ex hac igitur lectione, quae omnino praeferenda videtur, versio Graeca verba Hebraea expressit haec: בִּקְּשׁוּ פָנַי אֶת־פָּנֶיךָ. Imperativum בַּקְּשׁוּ Alexandrinus igitur accepit pro Praeterito. Pronomen σε respondet verbis אֶת־פָּנֶיךָ, quae junxit verbo בקשו, neglecta interpunctione Hebraea. Quod enim LUD. CAPPELLUS (Critic. S. Lib. IV. Cap. V. §. XXXII. pag. 613. ed. Vogel Scharfenberg.) conjecit, Graecum interpretem legisse בִּקֶּשְׁךָ, repugnat Grammaticae Hebraeae regulae huic: verbum finitum habet post se Nominativum in eodem genere et numero sibi convenientem. Jam vero פָּנַי est nomen pluralis numeri, quod ubique adjunctum habet Verbum aut Adjectivum in Plurali, vid. Exod. XXIII, 15. XXXIII, 14. XXXIV, 20. Cum Alexandrino convenit Symmachus: σὲ ἐζήτει τὸ πρόσωπόν μου· nec is aliter, ac nos, videtur Hebraea verba legisse, nisi quod vel בִּקְּשׁוּ pro Praeterito accepit, vel בִּקְּשָׁה enuntiavit. Alterutrum et Aquila fecit,

qui

qui ſic vertit: *ἐζήτησαν πρόσωπά μου* Syrus hunc Verſum ita reddidit: *Tibi dicit cor meum,* ܘܒܥܝܘ ܐܦܝ ܐܦܝܟ, *et quaerunt facies meae facies tuas.* Ultimum Verſus verbum, אֲבַקֵּשׁ, prorſus omiſit, et penultimum יְהוָה ad ſequentem Verſum traxit, adeoque totum Verſum ita legit: לְךָ אָמַר לִבִּי וּבַקְּשׁוּ פָּנַי אֶת־פָּנֶיךָ. Senſus igitur ex hac legendi ratione in utroque membro idem eſt, nimirum hic: *ego ad te precor.* Chaldaeus בַּקְּשׁוּ in Singulari reddidit, בְּעִי אַפַּי, *quaere faciem meam,* non quod בַּקֵּשׁ in ſuo codice legerit, ut ego quidem exiſtimo, ſed quod ſingularem numerum orationis tenori magis convenire putaret. Ceterum eam lectionem, quam codices Hebraei hodie exhibent, utpote difficiliorem, omnino retinendam eſſe, omnes rei criticae periti ſponte intelligant. Et Dathius quoque (ad Pſalter. Syriac.) recte judicavit, diſſenſum omnem graecorum interpretum ex breviloquentia non intellecta ortum videri, quae tamen ipſa maximam Verſus faciat elegantiam, atque affectui Davidis precantis egregie conveniat. Jovae, homines ad auxilium ſuum quaerendum invitanti, ſe morem gerere, poeta affirmat his verbis: אֶת־פָּנֶיךָ יְהוָה אֲבַקֵּשׁ, *faciem tuam, Domine, quaero,* ad opem tuam, ſicuti juſſiſti, confugio.

9. אַל־תַּסְתֵּר פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי *Ne abſcondas faciem tuam a me,* quaſi dicat: quia poſtulas quaeri auxilium tuum, ergo etiam faciem ſerenam auxilii tui et praeſtationem eorum, quae promittis, inveniri in te ſinas. Breviter hoc dicitur: exaudi me, et juva me, quia juſſiſti invocationem, et promiſiſti auxilium. De formula *faciem occultare* vid. ad Pſ. XXII, 25. אַל תַּט־בְּאַף עַבְדֶּךָ, *Ne declinare facias in ira ſervum tuum,* ne in indignatione tua repelle a te, vel, iracunde averſeris cultorem tuum, quo minus in poſterum tua fruatur ope aut praeſidio. Jarchi: *ne* תַּכְרִיעַ *inclines ſive proſternas,* allegatque Pſ. XVIII, 10. וַיֵּט שָׁמַיִם *inclinavit deorſum coelos.* Alia

 ratione

ratione hanc dictionem explicavit A. Schultensius in libro *de Defectibus hodiernis Ling. Hebr.* §. 250. „Locutio, inquit, est familiarissima Arabum, ارغم الله انفه, *nasum ejus in arenam demersit Deus;* id est, *eum omnis dedecore obrutum prostravit.* Pulcherrime Abulpharagius in *Hist. Dynast.* pag. 184. hæc figura est usus: ارغم الله انف من ارغم انفه, *dejiciat Deus nasum illius, qui naso fastidiosiore utitur.* Hinc nostri dicti sensus prodibit hic: *ne inclinare facias in nasum servum tuum,* ignominia obruas, et dejecto in terram naso profligatum des.“ Alexandrinus ita vertit: μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου, quod sequutus Vulgatus: *ne declines in ira a servo tuo,* ac si in suo codice reperisset מֵעַבְדֶּךָ, quae legendi ratio praeplacuit J. B. Koehlero in *Repertor. Literat. Bibl.* P. V. p. 42. Lectionem hodie receptam expressit Syrus: ܠܐ ܬܣܟܠ ܒܪܘܓܙܐ ܠܥܒܕܟ *ne affligе in ira servum tuum,* nec non Chaldaeus: אַל תַּצְלֵי, *ne inclines in ira servum tuum.* עֶזְרָתִי הָיִיתָ, Tu, qui adhuc *auxilium meum fuisti.* Quam sententiam, more suo, repetit hemistichio altero: אַל־תִּטְּשֵׁנִי וְאַל־תַּעַזְבֵנִי אֱלֹהֵי יִשְׁעִי, *Ne deseras et derelinquas me,* ne subtrahe mihi manum et opem tuam, *Deus salutis meae.* De אֱלֹהֵי יִשְׁעִי cf. ad Ps. XXIV, 5.

10. כִּי־אָבִי וְאִמִּי עֲזָבוּנִי וַיהוָה יַאַסְפֵנִי *Nam pater meus et mater mea deseruerunt me, sed Jova me recipit;* vel: *quamvis* me deserant parentes mei, tamen Jova me recipit; qua quidem significatione particula כִּי saepius occurrit. „Ego quidem, ait Rudingerus, hebraica haec periphrasin puto orbi parentibus, seu pupilli, sicut saepe de extrema desertione nomine hoc David utitur, et se orbum seu pupillum, et *animam unicam suam,* id est, solam, desertam, solitariam esse, quam saepe queri-

tur

tur (Vid. fupra XXII, 21. XXV, 16). Itaque addidi in paraphrafi: *omnique humana ope deftitutus, ἐν σαφηνισμῷ,* ut dicatur hoc: reliquerunt me pater et mater, morte fcilicet, his mortuis orbus relictus fum, non habeo parentes amplius; at Jova mihi pater eft, hic adoptavit me fibi, hic recepit in curam paternam fuam. Exiftimo enim, quo tempore hunc Pfalmum fcripfit David, parentes ejus non fuiffe in vivis amplius." Sunt, qui *parentum* nomine hoc loco amicos et neceffarios intelligant, a quibus paternam fidem et affectionem exfpectavit, ficut et *fratres* in genere appellantur cognati et propinqui, atque populares etiam. Qui hoc Pfalmo Davidem de fe ipfo canere exiftimant, *parentum* mentionem proprie capiunt, eamque eo referunt, quod rex ille parentes fuos, ipfos etiam fecum exules factos, in clientela regis Moabitici reliquit, ut narratur 1 Sam. XXII, 3. Ita tamen non queri potuit, illos ipfum fponte deferuiffe Michaelis, qui Pfalmum ad tempus illud, cujus hiftoria legitur 1 Sam. XXI., retulit, exiftimavit, parentes Davidis noluiffe eum excipere, quod fibi a Sauli crudelitate metuiffent. Nobis quidem non eft dubium, effe illam loquutionem proverbialem, qua is qui ab omnibus, etiam iis, qui fibi proximi effent, deftitutum videret, fe *a patre et matre derelictum* diceret. יַאַסְפֵנִי *Colligit me,* id eft, defertum et veluti hic illic errantem, tecto recipit et tanquam familiae adfcriptum diligenter curat. Sic enim verbum אָסַף ufurpatur de receptione divagantis jumenti in domum Deut. XXII, 2., de receptione Bathfebae, tanquam viduae, et pofthac regiae uxoris in domum, 2 Sam. XI, 27., de receptione homicidae fugitivi in afylum, Jof. XX, 4., viatoris in diverforium, Jud. XIX, 15. Cf. de hoc verbo not. ad Pf. XXVI, 9.

11. הוֹרֵנִי יְהוָֹה דַּרְכֶּךָ *Doce me, Jova, viam tuam,* id eft, vivendi agendique rationem tibi gratam, pendentem totam a nutu tuo. Conf. not. ad Pf. XXV, 4. Quam ipfam fententiam repetit his verbis: וּנְחֵנִי בְּאֹרַח מִישׁוֹר

מִישׁוֹר *et deduc me in femita rectitudinis*, hoc eft, recta et plana, pofterius enim fubftantivum vices gerit adjectivi. De hujus dictionis fenfu vid. not. ad Pf. XXVI, 12. Caufam vero, cur in fincero pietatis ftudio fervari fe optat, fubdit hanc: לְמַעַן שׁוֹרְרָי *propter obfervatores meos*, ne ii veram nancifcantur calumniandi materiam, fi ego, tua deftitutus gubernatione in peccata incidam, cumque reliqua improborum turba paribus affligar aerumnis. Eft vero שׁוֹרֵר ejusmodi *inimicus* vel *infidiator*, qui undique obfervat calumniandi-nocendive occafiones, a verbo שׁוּר, et in Piel שׁוֹרֵר, *contemplari*, cf. not. ad Pf. V, 9. In verfione Syriaca verba לְמַעַן שׁוֹרְרָי non leguntur expreffa, Chaldaeus ea et hic, ut Pf. V, 9., reddit: מְטוּל תוּשְׁבְּחָתִי *propter laudem meam*, de qua verfione vid. ad Pf. V, 9.

12. אַל־תִּתְּנֵנִי בְּנֶפֶשׁ צָרָי *Ne des me in animam adverfariorum meorum*, ne permittas me hoftium libidini perverfaeque cupiditati. נֶפֶשׁ Hebraei recte h. l. explicant תַּאֲוָה, *defiderium, cupiditatem*, conf. not. ad Pf. XXIV, 4. Significatur hoftium cupiditas, in Davide odii fui furorem explendi. כִּי קָמוּ־בִי עֵדֵי־שֶׁקֶר *Nam furrexerunt in me teftes falfitatis*, falfi, vel falfiloqui, hoc eft, vel eam ob cauffam me non permittas hoftium meorum libidini, quia hi ipfi acerbiffime contra me jam fuerunt, aliorum calumniis et mendaciis contra me excitati. וִיפֵחַ חָמָס *Et efflans injuriam*, qui verbis injuriam facit. יָפֵחַ *efflans* eft nomen formae כָּבֵד, a verbo יָפַח, quod in forma Hithpael occurrit Jerem. IV, 31. (*vox filiae Zion* תִּתְיַפֵּחַ), fignificatione vero convenit cum פּוּחַ et נָפַח, *fpiravit, flavit, efflavit*, quemadmodum verba alia plura primae radicalis *Jod* et mediae *Vau* fignificationes habent communes. Inde phrafis Actor. IX, 1. ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου. Et locus huic plane fimilis eft Proverb. VI, 19. יָפִיחַ כְּזָבִים עֵד שָׁקֶר *Proflat mendacia teftis falfiloquus*. Recte igitur hoc loco Chaldaeus reddidit: מְמַלְּלֵי חֲטוֹפָא, *loquentes injuriam*. Nomen vero יָפֵחַ praeter hunc locum non reperitur. Singularis

pro

pro plurali eſt poſitus, pertinetque ad verbum קָמוּ. Alii ſpeciatim inſignem illum calumniatorem Doëg (1 Sam. XXII, 9.) innui exiſtimant. Alexandrinus ſyllabam priorem verbi primi Verſus proxime ſequentis (לוּלֵא) traxit ad hunc Verſum, vertit enim hoc modo: *καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ*, quod Vulgatus ſic expreſſit: *mentita eſt iniquitas ſibi.* De qua interpretatione ita Agellius: „*Mentita eſt iniquitas ſibi, ſibi*, inquam, quia in ſuum ipſius opprobrium ac dedecus falſi teſtis mendacium detectum eſt, quod eſt *mentiri ſibi*, et videntur LXX. legiſſe non וִיפֵחַ, ſed e verbo יָפַע, quod eſt *apparere, clareſcere*, ut ſit: *et claruit*, ſive *apparuit iniquitas ſibi*, quod idem eſt, ac, *mentita eſt iniquitas ſibi.* Ideoque Symmachus et Aquila, cum ſimiliter, atque LXX. in Hebraeo legiſſent, veterunt: *καὶ ἐξεφάνη ἡ ἀδικία, et detecta eſt, apparuit, iniquitas*, patefacta et comperta eſt eorum fraus." Ego tamen Graecos interpretes vocabulum ultimum non aliter ac nos in ſuis codicibus legiſſe exiſtimo, ſed vocem וִיפֵחַ *verba preſtandi*, ſive *loquendi* ſignificatione accepiſſe, Hebraeis praeeuntibus.

13. לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב־יְהוָה בְּאֶרֶץ חַיִּים. *Niſi crediidiſſem videre bonitatem Jovae in terra viventium.* Aben-Eſra: זה קשור באשר לפני, כמעט וימשלו בי שנאי. לולי האמנתי בשם ואמרתי לנפשי קוה אל יי׳ *Hoc conjungendum cum eo quod praeceſſit*, hoc ſenſu: *parum abfuit, quin hoſtes ſuperiores me fuerint, niſi Jovae crediſſem, meque ipſe confirmaſſem his verbis: exſpecta Jovam*, et quae Verſu proximo ſequuntur. Nec aliter Jarchi: אם לא שהאמנתי בהקב״ה כבר קמו בי אותם עדי שקר וכלוני *Niſi Jovae credidiſſem, jam inſurrexiſſent in me teſtes illi mendaces, meque jamdudum evertiſſent.* E noſtratibus plerique *apoſiopeſin* his verbis ineſſe putant, quae hoc modo ſit explenda: *actum eſſet de me meisque.* Geierus vero, „commodiſſime," ait, „ex Pſalmo CXIX, 92 ſuppleri poteſt: אָז אָבַדְתִּי בְעָנְיִי. Sic enim habet locus parallelus: לוּלֵי *Niſi lex tua fuiſſet oblectatio mea*

(ſic

(fic hoc loco relative: nifi credidiffem); *jamdudum periissem in afflictione mea.* Similis quodammodo apofiopefis eft juxta aliquos Luc. XIX, 42. εἰ ἔγνως καὶ σύ, *fi cognoviffes et tu.* Caufa apofiopefeos hujus eft vehementior animi commotio, ex meditatione malorum maximorum, quae Davidi, fidem amittenti, accidere potuiffent: quomodo et alibi ob ejusmodi vehementiam affectus abrumpitur fermo, veluti Pf. VI, 4." Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 1352. 53. ed. Dath. Vocabulum לוּלֵא tamen olim in codicibus pluribus abfuiffe, non tantum argunt interpretes veteres omnes (Chaldaeo excepto), quorum nullus illud expreffit, verum etiam *puncta,* fingulis ejus literis a Maforethis fuperimpofita. Eft enim noftrum לוּלֵא unum ex quindecim illis vocabulis, quae fuperne punctis funt notata, quorum catalogum dedit BUXTORFIUS in *Tiberiade,* Cap. XVII. Illis punctis vero fignificari, non repertas effe literas, iis notatas, in codicibus antiquiffimis, multis oftendit Jo. HENR. HÜPEDEN in peculiari libello, germanice fcripto, cujus haec eft epigraphe: *Neue wahrfcheinliche Muthmafzung von der wahren Urfache und Bedeutung der aufserordentlichen Punkte,* Hannover, 1751. 4. Conf. J. G. EICHHORNII *Einleit. in das A. T.* P. I. §. 118. p. 243. ed. fec. Quid? quod etiamnum reperiantur codices, in quibus לוּלֵא prorfus deeft. Vid. DE ROSSII *Varr. Lectt* P. IV. p. 22. Ac certe לוּלֵא facile abeffe poffe, fenfu illaefo, imo turbare fenfum, eft manifeftum. Cogitantibus vero nobis, qui factum effet, ut tale vocabulum hic locum nancifceretur, verifimile fit, extitiffe olim in quibusdam antiquiffimis codicibus fub ejus, qui proxime praeceffit, Verfus finem voculam לוֹ, quam ipfam et a nonnullis veterum interpretum expreffam effe vidimus. Quod לוֹ in aliis codicibus ex diverfo fcribendi modo לא, ut alias haud raro, videtur exaratum fuiffe. Utrumque vero, לוֹ et לא, quum feriores critici, jufto fcrupulofiores, retinuerint, denique factum fuerit, ut ambae lectiones conjungerentur, atque

que ne sensu carerent, vocalium etiam notis instruerentur. Omisso igitur לוּלֵא ego ita vertendum censeo: *persuasum mihi habeo, me visurum bonitatem Jovae,* hoc est, me fruiturum esse beneficiis Jovae, nec fore, ut hostibus meis succumbam. J. D. Michaelis in *Biblioth. Orient.* T. XII. p. 135. לולא sic dividendum existimat, ut לו ad Versum praecedentem referatur, לא vero ad nostri initium, unde haec prodibit sententia: *non credideram, me hac vita amplius bonitatem Jovae visurum esse.* Verbum רָאָה, cum ב constructum, non tantum significat, *cum oblectatione videre,* ut supra Vs. 4., verum etiam, *frui aliqua re,* ut Coh. II, 1. רְאֵה בְטוֹב, *fruere bono.* בְּאֶרֶץ חַיִּים *In terra viventium,* etiam in hoc orbe, quem incolunt vivi homines, fruar beneficiis divinis et et felicitate omnigena. *Terram viventium* Kimchi et Hebraeorum alii de *futurae vitae statu* intelligunt; sed satis liquet vel ex Ps. LII, 7. et Jes. XXXVIII, 11. *praesentis vitae* locum sic vocari. Nam priore loco praedicit, *ex terra viventium radicem Doëg eradicandum,* et apud Jesaiam Hiskias queritur, se ex hac vita ante tempus depelli. Cf. Jes. LIII, 8. Ezech. XXXII, 32. Ps. CXLII, 6.

14. קַוֵּה אֶל־יְהוָה *Exspecta Jovam,* opem ejus, ne despera. Se et suam animam compellare putatur Davides, et se officii admonere, sicut alibi etiam saepe se et suam animam compellat. Etsi et ad alios generale hoc epiphonema esse potest, et totius Psalmi quasi summa et argumentum, sicut hoc etiam facere alicubi vates animadvertitur, ut de suo exemplo alios hortetur, ut Ps. XXXI, 24. Quomodo vertendum esset: *exspecta ergo, quicunque pius es.* חֲזַק *Esto fortis,* hoc est, animo forti et intrepido. Ita frequenter hoc ipsum verbum alias solet usurpari in exhortationibus ad fortitudinem, v. g. Deut. XXXI, 7. חֲזַק וֶאֱמָץ o *Josua!* item Vs. 23. Jos. I, 7. 9. 18. Sic ad totum populum Deut. XXXI, 6. חִזְקוּ וְאִמְצוּ אַל־תִּירְאוּ *Fortes et animosi estote, neque timeatis.* Addit noster: וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ *Robur assumat cor tuum,* animus

mus tuus. Verbum אָמֵץ, quod in Conjugatione prima *robuſtum eſſe* ſignificat, in Conjugatione Hiphil *vires aſſumere, animum fortem* et intrepidum *concipere*, denotat, ut etiam Pſ. XXXI, 25. חִזְקוּ וְיַאֲמֵץ לְבַבְכֶם *fortes eſtote et animum intrepidum concipiat cor veſtrum.* Praeter haec duo loca nusquam in V. T. verbum אמץ, in conjugatione Hiphil reperitur. Alii hanc dictionem ſic explicant: *Deus cohfortabit cor tuum.* Quod Aben-Eſra praeivit, cujus haec ſunt verba: פועל יוצא והטעם כי השם יאמץ לבך. Chaldaeus ita vertit: וְעַלֵּם לִבָּךְ, ac ſi in Hebraeo וְיֶאֱמַץ legiſſet. Alexandrinus: *κραταιούσθω ἡ καρδία σου, confortetur cor tuum*, ut Vulgatus reddidit. Syrus: ܘܢܬܚܝܠ ܠܒܟܘܢ *et roboretur cor veſtrum.* Quod Syrus et Alexandrinus, alias non facile conſentientes, hoc tamen loco in Paſſivo exprimendo conveniunt, credibile facit, extitiſſe olim codices, in quibus וְיֶאֱמַץ, pro eo, quod hodie legimus, וְיַאֲמֵץ, ſcriptum fuerit.

PSAL-

PSALMUS OCTAVUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Primis hujus odarii versiculis vates Jovae auxilium ardenter exposcit, ut ex ingenti aliquo et imminente periculo vindicetur. Tum precatur, ne se innocentem nocentibus in ultione conjungat, quibus meritas poenas imprecando praedicit. Post haec pro salute, quam sive recuperavit, sive recuperatarum se certo confidebat, Jovae gratias agit. Postremo pro communi populi universi salute precatio est addita.

Quum carmen hoc partim preces, partim gratiarum actiones contineat, utrum poeta illud in ipso periculo constitutus, an eo superato composuerit, merito dubitari potest. Sed quia in Psalmis aliis pluribus preces et gratiarum actiones eodem modo sunt conjunctae, ut saepe difficile sit definire, quibus temporibus talia carmina sint assignanda, non inutile judicavimus, Esromi Rudingeri brevem ea de re disputationem hoc loco subjungere.

„Pre-

„Preces," inquit, „gratiarum actioni, et haec illis, diverſo modo miſcentur in Pſalmis, et aliquando quidem ſic, ut manifeſte appareat, vel temporibus, vel rebus ipſis haec inter ſe diſtingui et ad alia preces, ad alia gratias eſſe referendas, neque unum cum altero cohaerere, ut in Pſalmo XXXI. De quo genere ex indicato hoc Pſalmo ſuſpicari licet, quod auctor, cum, conſtituta templi muſica, accini in Sionio ea curavit, quae diverſis temporibus et periculis ſcripſerat, tum igitur, quod inſeruerit Pſalmis talibus quibusdam gratiarum actiones, a quibus pietas ejus, etiam poſt ſuperatum jam pridem periculum abstinere non potuerit, propter periculi recordationem, in quo preces illas fecerit. Talem enim prorſus gratiarum actionem eam apparet, quae eſt inſerta et attexta precibus Pſalmi XXXI. Aliquando vates etiam ipſe ſic loquitur, ut res ſua ſponte appareat, ut in Pſalmi XXX. Verſu octavo, cum ſit ellipſis ibi manifeſta. Sed in quibus Pſalmis res non manifeſtiſſime apparet, in iis preces admixtae accipi poſſunt *quadrupliciter*. I. Aliqui ut in periculo conceptas et factas preces interpretantur; quas poſtea vel exempli cauſſa, vel ut major fiat et evidentior beneficii accepti, et pietatis ad Deum conteſtatio, in gratiarum actione, et inter hanc commemoret tanquam *μιμητικῶς*, quomodo in medium Pſalmum nonum tales pre-

ces

ces inſeri aliqui putarunt. II. Aliqui vero contra tales Pſalmos precationum Pſalmos eſſe et manere judicant, et gratiarum actionem de fidei πληροφορίᾳ interpretantur, qua precator jam certam ſpem concipiat, ſe exauditum iri, et liberationem ſuam animo praevideat atque praeconcipiat, tanquam phantaſia Poetarum et Rhetorum, atque ita quidem, ut tanquam jam exauditus gratias agat, neque ad tempora diverſa gratia et preces referunt, quale aliquid manifeſte in Pſalmo ſexto repraeſentari videtur. III. Aliqui gratiarum actiones tales, quae precibus miſcentur, excurſiones eſſe putant, quibus pietas, inter preces, beneficiorum Dei admonita, excurrat, ad eum celebrandum, et gratias agendas, atque ita fidem et ſpem incitet. IV. Alii vero precibus gratias attextas aut inſertas ſic eſſe exiſtimant, quod poeta quae in periculis precatus fuerat, cum poſt liberationem deſcriberet, appendices aut inſertiones gratiarum actionis adjecerit, atque ita cantoribus decantanda dederit, qui et ſaepe diſtinctis choris et modis preces, et aliis gratiarum actiones, hac de cauſſa, decantarint, quale aliquid in Pſalmo XXX. apparet.“ Haec Rudingerus. Quum igitur hoc etiam Pſalmo precibus gratiarum actio admiſceatur; ſtatuat jam unusquisque pro ſui animi ſententia, ad quod genus ex ſupra dictis referat. Nobis quidem, ſi, ut in re incerta, ſententiam dicere licet, hic

Pſal-

Pſalmus, et alii ſimiles longe plurimi, omnino ea, quam Rudingerus poſtremo loco expoſuit, ratione, videntur facti eſſe.

De tempore ſi quaeras, quo hujus carminis preces poeta fuderit, dubitari poſſit, utrum ad Saulicum exilium pertineant, an ad Abſolonicum. Verſus tamen 8. et 9. quum magis congruere videantur regem jam agenti, quam deſignato; precationem, quae prioribus carminis Verſibus continetur, ad Abſalonicum potius, quam ad Saulicum tempus, exiſtimo referendam eſſe. Quo vero Abſalonicae ſeditionis momento illae preces ſint fuſae, nemo facile definiat. Non tamen omni veri ſpecie caret Rudingeri conjectura, vatem illud recolere tempus, quo eduxerat copias in Galilaea Peraea contra exercitum ſeditioſorum Abſalonis ex oppido Mahanaim (2 Sam. XVIII.).

---

1. אֵלֶיךָ יְהוָה אֶקְרָא *Ad Te, Jova, clamo.* Verbum קָרָא, *clamare,* hoc loco, ut alias admodum crebro, ſignificat, *auxilium invocare,* praeſertim cum majori aliquo ardore, ſive id clara, ſive ſubmiſſa voce ſiat, ut Pſ. III, 5. XVII, 6. Exod. XXII, 22. צוּרִי *Petra mea,* qui adeo ſecurum mihi praeſtas perfugium, ut quaſi in rupe quadam inacceſſa aut inexpugnabili poſitus, a Te cuſtodiar. Cf. Pſ. XVIII, 3. et ad eum loc. not. Vol. I. p. 462. 464. אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *Ne obmuteſcas a me,* ne taceas ad preces meas, ſed opem mihi ferendo, Te illas exaudiſſe et beniguiter eis reſpondiſſe oſtendas. Sub Hebraico חָרַשׁ

duo

duo verba comprehenduntur, fono, Arabibusque etiam ac Syris fcriptione diverfa, unum حرث, ܟܪܒ, *aravit* (1 Sam. XXIX, 9. Hiob. IV, 8. Pf. CXXIX, 3.), alterum خرس, *mutus fuit*, unde أخرس, *mutus*, Syris ܚܪܫ, quod tamen non folum *obmutuit*, verum etiam *obfurduit* denotat. Atque Hebraeum חרשׁ quidem, quamvis h. l. aptiffime *obfurdefcere* verti poffit, tamen *obmutefcere* valuiffe, linguae ufus docet. Locus manifeftus eft 1 Sam. VII, 8., ubi Ifraelitae Samuelem fic alloquuntur: אל־תחרשׁ ממנו מזעק אל־יהוה, *ne fileas a nobis clamando ad Jovam*, ut ne porro clames ad Jovam. Ita et Jerem. XXXVIII, 28. ויחרשׁו ממנו *Et obmutuerunt ab eo, nec verbum ullum fuit auditum. Tacere* vero *ab aliquo*, eft, *tacendo alienum fe ab alio gerere*, *tacere alicujus caufa*, ab aliquo tacens recedere, refponfo aliquem indignum habere; adeoque particula מ, *ab*, poft verbum חרשׁ, fecesfionem et defertionem includit, ita ut verbum *tacendi* videatur effe *praegnans*, de qua dicendi ratione vid. N. Gu. Schroederi *Syntax.* Reg. LXXXII. et G. C. Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* pag. 425. Jova vero ubi fiftitur tacens fe avertere ab homine ejus auxilium inclamante, apparet, idem effe, ac preces illius negligere, opem non ferre. Sic חרשׁ, *obmutefcere, tacere*, pro *quietum, otiofum fpectatorem effe*, occurrit Exod. XIV, 14. *Jova pro vobis pugnabit*, ואתם תחרשׁון *et vos tacebitis*, otiofi eritis fpectatores. Nec non 2 Sam. XIX, 11. למה אתם מחרשׁים *Quare vos filetis*, hoc eft, ceffatis, omittitis, *regem reducere*. Precatur igitur vates hic, ne ceffet Deus fe juvare in periculo conftitutum. Quod ipfum ftatim repetit his additis verbis: פן־תחשׁה ממני *Ne taceas a me.* ונמשׁלתי עם־יורדי בור *Et ne affimiler defcendentibus in foveam*, hoc eft, mortuis, quorum non eft fpes amplius, quos nemo audit, nemo curat.

rat. יוֹרְדֵי בוֹר funt qui in fepulchri voraginem demittuntur, ut Prov. I, 12. Pf. XXX, 4. CXLIII, 7. Ezech. XXVI, 20. XXXI, 14. 16. Nomen בּוֹר, quod in genere *foveam* defignat, hinc in fpecie *ciſternam*, vel ruri effoffam ad recipiendas aquas pluviales (Genef. XXXVII, 22.), vel domi (Exod. XXI, 33.), item *puteum* (Coh. XII, 6.), nec non carcerem fubterraneum (Jef. XXIV, 22. Jerem. XXXVIII, 6.), hoc loco ponitur pro voragine fepulchri, quemadmodum locis paullo antea memoratis. Participium יוֹרְדֵי ad morem fubftantivorum ponitur in regimine, cujus rei exempla vidimus Pf. II, 12. (vid. Vol. I. p. 68.), V, 12. XIX, 8. XXIV, 1.

2. שְׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנַי *Audi*, exaudi, *vocem precationem mearum.* Nomen תַּחֲנוּנִים, quod in plurali tantum numero ufurpatum reperitur, fignificat ejusmodi precationem, qua alium, ut gratiofus nobis fiat, movere conamur (defcendit enim a חָנַן *gratiofus fuit*), fic Prov. XVIII, 23. dicitur de pauperis deprecatione erga divitem, item 2 Paral. VI, 21. de precibus populi in templo. בְּשַׁוְּעִי אֵלֶיךָ *In vociferando me ad Te*, quando ob periculi magnitudinem non ingemifco clanculum, fed anxie intentaque voce te ad auxilium advoco, vid. de verbo שִׁוַּע ad Pf. XVIII, 7. בְּנָשְׂאִי יָדַי אֶל־דְּבִיר קָדְשֶׁךָ *Dum elevo manus meas ad adytum fanctitatis tuae.* Manuum elevatio fupplicantium geftus, apud omnes fere gentes receptus, unde etiam ipfae preces *fublationis manuum* phrafi faepius veniunt, veluti Pf. CXLI, 2. Thren. II, 19. III, 41. 1 Tim. II, 8. Hinc Aefchylum χειροτόνους λιτὰς memorare, i. e. μετὰ χειρῶν τάσεως γενομένας *cum extenfis manibus factas*, docet Spanhemius ad *Callimachi Hymn. in Delum* Vs. 107., ubi vid. plura, ut et apud Auctores, quos laudat Fabricius in *Bibliograph. Antiq.* Cap. XXI. §. II. דְּבִיר effe partem *Sancti Sanctorum* apparet ex 1 Reg. VI, 20. feqq. VII, 49. VIII, 6. 8. De ratione vera denominationis interpretes diffentiunt. Antiquiorum plerique illam a verbo דָּבַר, *loqui*, petunt, nomen-

que

que דְּבִיר *λαλητήριον*, *χρηστήριον*, reddere folent, aut cum Vulgata verfione *Oraculum*, vel, *oraculi fedem*, quia *Jova illic refponfa dare*, feu *loqui folitus*. Cui explicationi tamen Conrad. Ikenius in *Differtatt. Philologico-Theologg.* P. I. Differt. XIII. pag. 214. obvertit, primo quidem, nullum antiquiorum, aut inprimis etiam orientalium interpretum de hac vocis fignificatione cogitaffe; fed vel cum Alexandrinis ipfum Δεβὶρ aut Δεβεὶρ, ut nomen proprium retinuiffe, aut, ut h. l. *ναὸν*, vel generatim, ut Chaldaeus, בֵּית כַּפּוּרֵי, *domum propitiatorii*, aut ut Syrus, ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ *domum fanctum*, vel ut h. l. ܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ *palatium tuum fanctum*, reddidiffe; deinde vero, nullum Judaeorum nominis דְּבִיר fignificationem a *loquendo* repetiiffe; denique, fi haec vera vocis notio effet, in illis potiffimum locis eam adhibitam fuiffe credibile effe, ubi de oraculis feu refponfis a Jova datis aut expetitis fermo eft, cujus rei tamen nullum exemplum occurrere. Ipfe igitur Ikenius nominis דְּבִיר fignificationem ex lingua Arabica putat repetendam effe, ubi tam verbum دبر, quam plurima ejus derivata de *poftica* aut *pofteriori rei alicujus parte*, et quum haec pro conftanti orientalium loquendi more, cujus et in Hebraeis fcriptoribus plurima veftigia occurrunt, occidentem verfus, ut anterior orientem verfus ftatuatur, de *plaga mundi occidentali* ufurpantur. Erat vero דְּבִיר tabernaculi facri et templi *pars poftrema*, *occidentem verfus pofita*, ad quam Judaei fe in precibus convertebant, ficuti Mohammedani inter orandum ad fanum Meccanum, كعبة *Caaba* dictum, fe convertere folent. Et quemadmodum illi hoc templum fuum et قِبْلَة vocant, id eft *partem anteriorem*, five *mundi plagam ad quam facies dirigitur inter precandum*, fic et Hebraei fuum דְּבִיר generatim pro loco, quorfum in precando

tando facies convertitur, videntur ufurpaffe. Conf. C. B. Michaelis Differtat. *de locorum differentia rationa anticae, pofticae, dextrae, finiftrae,* Hal. 1735. (repetita in *Sylloge Commentatt.* a D. J. Pott editar., Vol. V. p. 80. feqq.) §. XXVIII., et J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 389., qui in rei fumma cum Ikenio confentiunt.

3. אַל־תִּמְשְׁכֵנִי עִם־רְשָׁעִים *Ne trahas me cum impiis,* ad paria cum eis fupplicia, ne inde adverfarii anfam capiant triumphos de me agendi, quod ipfum deprecatur Pf. XXVI, 9. Verbum מָשַׁךְ fignificat, *aliquid trahere, trahendo abripere,* veluti abripere aliquem reti Pf. X, 9., hamo Job. XL, 25., funibus Hof. XI, 4., item de abreptione ad inferos crudeli cum interfectis gladio, Ezech. XXXII, 20. Alii fic interpretantur, ut petat a Jova, ne fe corrumpi finat moribus improborum, et ipfe etiam inter tales vivens, moribus horum quafi inficiatur, atque ita in poenas divinas incidat. וְעִם פֹּעֲלֵי אָוֶן *Et cum patrantibus pravitatem,* „cum iis, qui longa fcelerum confuetudine male agendi contraxerunt habitum, qui nil, nifi *mala patrare* poffunt, dicti proinde in N. T. *ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, operam dantes iniquitati,* Matth. VII, 23. Sic et Latini dicunt *medicinam facere* de iis, qui crebro eam exercent." Geier. Cf. ad Pf. XIV, 4. Vol. I. p. 347. דֹּבְרֵי שָׁלוֹם עִם־רֵעֵיהֶם וְרָעָה בִּלְבָבָם *Loquentibus pacem cum proximis fuis, fed malum in cordibus eorum,* qui verbis utuntur ad alios blandis, et intus corde penitus pravo meditantur mala. דֹּבְרֵי שָׁלוֹם *Loquentes pacem,* id eft, verba meram concordiam et optima quaeque fpirantia; שָׁלוֹם enim apud Ebraeos omnigenam comprehendere felicitatem, notum eft, unde et in falutationibus, quando vel quaerunt de *pace*, vel *pacem* precantur, intelligunt univerfum ejus ftatum profperum, ut Genef. XLIII, 27. Exod. XVIII, 17. 2 Reg. IV, 26. *Loqui* igitur *pacem* eft, fermones amicos cum aliquo habere, profperitatem et benevolentiam alicui apprecari.

* De

De nomine רֵעַ, quod proprie eum denotat, qui eodem cum nobis utitur pafcuo, tum omnem, quocum aliquid intercedit negotii, vid. not. ad Pf. XV, 3. Vol I. p. 357. רָעָה, Malum; h. l. indicare malas et noxias machinationes, quae aliorum perniciem fpectant, res ipfa docet. Ceterum obfervanda paronomafia inter רֵעַ et רָעָה.

4. תֶּן־לָהֶם כְּפָעֳלָם וּכְרֹעַ מַעַלְלֵיהֶם Da eis juxta facta eorum et juxta malitiam operum eorum, repende facinoribus et confiliis malis ipforum quod merentur, repende mercedem debitam ftudiis ipforum. Nomen מַעֲלָלִים quod in plurali tantummodo in codice Hebraeo ufurpatum reperitur, de quibuslibet actionibus dicitur, five bonae fint, ut Dei ipfius Pf. LXXVII, 12. LXXVIII, 7., five malae, ut Zach. I, 6. Deuteron. XXVIII, 20. כְּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם תֵּן לָהֶם Iuxta opus manuum fuarum da eis, repende iis quae perpetrant manus eorum; quam crudeliter et inique fe gefferunt erga quosvis obvios, etiamfi effent innocui, tam dure etiam erga eosdem fe gerant alii viciffim. הָשֵׁב גְּמוּלָם לָהֶם Redire fac retributionem eorum ipfis, remunerare eos paribus; ut experiantur in fe, qualia per ipfos experti funt alii. Verbum הֵשִׁיב conftructum cum ל, redire facere alicui, fignificat alicui rependere, five retaliare, ut Proverb. XXIV, 12. 29. (הֵשִׁיב לָאָדָם כְּפָעֳלוֹ), Pf. LXXIX, 12. Hof. IV, 9.

5. כִּי לֹא יָבִינוּ אֶל־פְּעֻלֹּת יְהוָה וְאֶל־מַעֲשֵׂה יָדָיו Nam non attendunt ad opera Jovae, opusque manuum ejus, neque curant Jovam, neque documenta, quae edit, providentiae fuae confiderant. Hoc aliqui de creationis opere interpretantur; ex quo Jovae potentia et fapientia potiffimum eluceat; alii de providentiae ejus actionibus in genere, ut accufet eos fimpliciter profanitatis ejusmodi, quod non credant effe Deum, neque agnofcant opera ulla ejus in natura et rebus humanis, praefertim in Davide, rege conftituto. Neque hoc quidem male. Selegerat enim fibi Jova regem Davidem, regnumque ejus confirmaffe fe multis indiciis declaraverat, ex qui-

bus perfacile fuiffet conjuratis iftis agnofcere, Jovae fe conftitutionem oppugnare. Sed ut omni religione vacui erant, ita horum nihil cogitabant, fretique fuis viribus omnia tentabant. Digni igitur fuerunt, quos pro ipforum impietate Jova dejiceret, quod his verbis exprimit vates: יֶהֶרְסֵם וְלֹא יִבְנֵם *Deftruet eos, non exftruet*, funditus perdet eos et numquam inftaurabit.

6. Sequitur jam altera carminis pars, quae continet gratiarum actionem pro iis, quae in periculo conftitutus flagitaverat, cf. Argument. בָּרוּךְ יְהוָה כִּי שָׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנָי *Laudetur Jova, nam exaudivit deprecationem meam.* De formula *Jovae benedicere* vid. not. ad Pf. XXVI, 12.

7. יְהוָה עֻזִּי וּמָגִנִּי *Jova virtus mea, clypeus eft,* protector meus contra quosvis adverfariorum infultus. בּוֹ בָטַח לִבִּי *In eum confidit cor meum,* animus meus, de cunctis aliis defperans, unicam in Jova fiduciam, tanquam auxiliatore fortiffimo, confervat. וְנֶעֱזָרְתִּי *Et adjutus fum,* nam עָזַר in Kal eft *auxilium ferre*, hinc in Niphal *auxilium impetrare, adjuvari*, qua in paffiva forma praeter hunc locum tantum Dan. XI, 34. et 2 Paral. XXVI, 15. reperitur. וַיַּעֲלֹז לִבִּי *Quare exultat cor meum*, laetor hac re, quod ipfum habeo propitium et auxiliatorem. וּמִשִּׁירִי אֲהוֹדֶנּוּ *Et cantico meo celebrabo eum.* „מִשִּׁירִי *De cantico meo*, h. e. uno vel pluribus canticorum meorum eum celebrabo, fic enim pari ferme phrafi loquitur Pf. CXXXVII, 3. שִׁירוּ לָנוּ מִשִּׁיר צִיּוֹן *canite nobis de canticis Sionis*, h. e. unum atque alterum canticorum Sioniticorum. Vel מ ponitur juxta Kimchium pro ב, quomodo Pf. LXIX, 31. dicitur, *laudabo Deum* בְּשִׁיר *cantico.*" Geier. Nifi potius haec ita fint capienda: *efficiam ut e cantico meo laus fua proficifcatur*, quod idem eft, ac fi dixiffet, *cantione mea* (בְּשִׁירִי) *eum efferam.* Ita particula מ faepius indicat cauffam a qua effectus aliquis proficifcitur, veluti Jef. LVIII, 12. וּבָנוּ מִמְּךָ חָרְבוֹת עוֹלָם *Aedificant a Te*, i. e. per Te, *defolationes antiquas.* Nec non Ezech. XXVIII, 18. מֵרֹב עֲוֹנֶיךָ *Per multitudinem*

nem iniquitatum tuarum profanafti facrarium tuum. Cf. Obad. Vs. 9. Pf. LXXVI, 7. Job. VII, 14. In אהודנו *He* characterifticum Conjugat. Hiphil poft praeformativam Futuri retinetur more Chaldaico, ut in יהודוך Pf. XLV, 18. et in יהושיע Pf. CXVI, 6. Olim vero h. l. in codicibus Hebraeis lectionis diverfitatem extitiffe, arguit Graecae Alexandrinae atque Syriacae verfionis ab hodierno textu discrepantia. Ita enim Graeci: *ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογοῦμαι αὐτῷ, et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor ei,* quomodo Vulgatus reddidit, ac fi Hebraea ita fonarent: ויעלז בשרי ומלבי אהודנו. Atque haec ipfa verba Alexandrinum in fuo codice legiffe condendit Ludov. Cappellus in *Crit. S.* p. 683. edit. Vogel-Scharfenb. Quod tamen Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 621. negat, fed potius fenfum ab illo redditum effe exiftimat, quem conceperit fibi: verba graeca *ἡ σάρξ μου* refpondere fecundum ordinem verborum Hebraeo לבי, et, *ἐκ θελήματός μου* refpondere Hebraeo ומשירי. Agellius putat Alexandrinum vertiffe poftremam vocem ex alia fignificatione, „tanquam fi effet a ישר, *placuit,* feu ex fimili nomine, quomodo faepe apud Jeremiam pofitum eft שרירות לבם (v. g. III, 17.), quod Alexandrini nunc *ἐπιτηδεύματα, ftudia cordis eorum,* transferunt, nunc *ἀρεστά, placita cordis eorum,* aliquando *θελήματα, voluntatem.* Ergo *ex voluntate mea,* id eft, cum ftudio, libentiffime." J. A. Starck (in *Davidis aliorumque Poetar. Hebraeor. Carmm.* Vol. I. pag. 28.) originem lectionis בשרי repetit ex confuetudine librariorum Judaicorum, qui, ubi linearum finibus excedere nefas effe ducebant, foliti fuerunt, in fine earum primas proxime fequentis lineae literas ponere. Ita et h. l. librarium, in fine lineae pofitis literis ם ו deceptum, fcripfiffe בשרי, et poft, ubi errorem fentiret, literas מ ו praefixiffe τῷ לבי. Similem, non tamen in omnibus eandem lectionem expreffit Syrus: ܘܦܩܚ ܒܣܪܝ ܘܒܬܫܒܘܚܬܐ ܐܘܕܐ ܠܗ

et

et crevit caro mea, et celebratione confitebor ei. Quod vero hic מְשִׁירִי ܡܫܒܚܘܬܝ reddidit, movit J. D. Michaelem, J. B. Koehlerum et Dathium, ut בְּשִׁירִי illum in fuo codice legiffe exiftimarent, quod ipfum pro noftro מְשִׁירִי reponendum cenfuerunt. Ego tamen מְשִׁירִי, utpote rarius, omnino arbitror retinendum effe; nec repugnare eam lectionem genio aut ufui linguae Hebraeae, patet ex fimili prorfus locutione Pf. CXXXVII, 3. fupra a Geiero adducta. Receptam lectionem exhibent etiam Chaldaeus, Aquila et Symmachus.

8. יְהוָה עֹז לָמוֹ *Jova robur eft illis*, id eft, populo fuo, ex Vs. 9. Nam quum pronomen collectivum לָמוֹ hoc loco careat antecedente nomine plurali; ad fequens collectivum עָם debet referri, cujusmodi exempla funt Pf. LXXXVII, 1. יְסוּדָתוֹ *fundamentum ejus*, id eft, Sionis, ex Vs. 2.; Num. XXIV, 17. אֶרְאֶנּוּ *video id*, nempe quod proxime fequitur. Eadem plane fententia, quae Pf. XXIX, 11. יְהוָה עֹז לְעַמּוֹ יִתֵּן *Jova populo fuo robur dabit.* Hunc fenfum et Alexandrinus expreffit: κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, *Dominus fortitudo plebis fuae*, ex Vulgata verfione; nec non Syrus: *Dominus eft fortitudo* ܕܥܡܗ *populi fui.* Unde tamen minime concludi poteft, eos in Hebraeo h. l. לְעַמּוֹ legiffe; ut Dathius aliique conjecerunt; aut Graecum interpretem fono praelectoris deceptum, accepiffe לְעַמּוֹ pro לָמוֹ, quae Starkii eft conjectura in libro ad Vs. praeced. a nobis memorato p. 250. Geierus hoc modo interpretandum cenfet: *Jovam* quod attinet *robur eft ei.* Sed affixum מוֹ ubique eft collectivum, ut oftendimus in *dem Neuen Theolog. Journal*, Vol. II. p. 368. Addit: וּמָעוֹז יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ הוּא *Et propugnaculum falutum uncti fui ipfe* eft, robur firmum, quo confervatur falus regis ab ipfo conftituti; Jova me, Davidem, qui ipfius auctoritate a Samuele unctus fum, tuetur providiffime, eft mihi inftar munitionis faluberrimae, in qua a cunctis malis fum tutus. מָעוֹז יְשׁוּעוֹת *Propugnacu-*

gnaculum ſaluberrimum, poſterius enim nomen vicem gerit adjectivi. De nomine מָעוֹז vid. ad Pſ. XXVII, 1. Iſraelitarum reges appellantur *uncti Jovae* (v. g. Saul 1 Sam. XXIV, 6. 10., David 2 Sam. XIX, 22. XXIII, 1., Zedekias Thren. IV, 22.), quod novus rex oleo inungebatur, vid. 1 Sam. X, 1., XVI, 13., 1 Reg. I, 39., de quo ritu plura vide in Guil. Schickardi *Iure regio Hebraeor. cum notis* J. B. Carpzovii, Lipſ. 1674. 4. p. 60. ſeqq.

9. הוֹשִׁיעָה אֶת־עַמֶּךָ *Salva populum tuum*, eripiendo e malis tum praeſentibus, tum imminentibus. וּבָרֵךְ אֶת־נַחֲלָתֶךָ *Et beneſac haereditati tuae*, ei populo, quem voluiſti eſſe peculium gratum tuum tibique proprium. וּרְעֵם *Et paſce eos*, inſtar paſtoris curam populi tui ſuscipe fidelem, eum gubernando et defendendo. Ita ſaepius *paſcere* transfertur ad eos, qui aliorum gerunt curam, eos ducunt, alunt, defendunt, vid. Pſ. XXIII, 1. 2. et ibi not. וְנַשְּׂאֵם עַד־הָעוֹלָם *Et extolle eos usque in ſeculum.* Verbum נִשָּׂא in Piel notat *extollere;* aliquem ſupra alios, eminentiorem aliis aliquem facere, quomodo v. c. Jova נִשֵּׂא regnum Davidis 2 Sam. V, 12., nec non eos quos ſibi redemit; Jeſ. LXIII, 9. Quare hoc loco ſignificatur talis Jovae circa populum ſuum cura, qua eundem ſupra cunctos extollit adverſarios, omnibusque bonorum generibus reddit ſumme glorioſum et conſpicuum.

PSAL-

PSALMUS NONUS ET VICESIMUS.

ARGUMENTUM.

Hymnus est, quo majestas gloriae et potentiae Dei celebratur, qualis potissimum sese exserit in tonitruis et fulminibus tempestatum et cladibus harum. Ac primo quidem, ut magis excitet homines, ut virtutem illam ac majestatem summi Numinis agnoscant et revereantur, superos invitat ad celebrandas Jovae, coelestium maxime potentis, laudes. Ex eo transit ad tonitru, quod verborum adeo magna sublimitate et magnificentia poetice describit, ut vix quidem in ullo alio scriptore Graeco vel Latino talia reperiantur. Ac tandem, ubi diligenter admonuit, eluvionem aquarum non esse pertimescendam, quia Jova, qui olim diluvio praefuit, isti procellae praesidebat, vates pro sua pietate carmen ea promissione concludit, populo Jovae, ab ipsius bonitate, bene esse futurum.

„Sit autem," mônet J. D. Michaelis [1]), „animo inter legendum infixum alte et praeſens, ubi terrarum, et qua in gente Dei majeſtatem a tonitruum terrore laudet vates: in Palaeſtina nempe, cui tempeſtates ab Occidente aque mari mediterraneo ingruunt, graviſſime in juga Libani detonaturae, indeque Arabiae deſerta petiturae; interque Iſraelitas, quibus fulmen currusque tonans [2]), prorſus ut Graecis, inſigne veri ſummique Dei, cui hoc telum, hocque ſolium, ipſi etiam vanorum numinum cultores ſacrum ſuumque relinquebant. Eidem tonanti Deo, volucrem currum agenti, ſeptenarium etiam numerum dicari meminerimus: huc enim ſpectat artificium Pſalmi, *ſepties* illud קוֹל יְהוָה, *vox Jovae*, ſeu *tonitru*, repetentis, ut myſtici etiam numeri uſu omnem tonitruum gloriam terroremque principi Deo conſecret, qui ſeptem diebus coelum terramque perficiens ſeptimum ſibi diem feſtum eſſe ſtatuit [3]). Cui numero niſi aliquid dediſſet vates, Verſus quartus, me quidem judice abeſſe potuiſſet."

Ad

1) In *Epimetro ad R. Lowthii Praelect. XXVII. de Sacra Poëſi Hebraeor.* p. 552. (p. 592. edit. Lipſ.).

2) Sed quem Michaelis imaginatur *currum Jovae tonantem*, commentitium prorſus eſſe, monuimus ad Pſ. XVIII, 11., et pluribus oſtendit Herderus in libro *vom Geiſte der Ebraeiſchen Poëſie*. P. I. p. 177. ſequ. edit. prim.

3) *Septem tonitrua* memorantur et Apocal. X, 3. 4.

Ad titulum Pfalmi quod attinet, in Hebraeis tantum praefcribitur hoc, quod fit Pfalmus Davidis; fed in Graeca Alexandrina verfione additur, quod fit Pfalmus *ἐξοδίου σκηνῆς*, quae verba Vulgatus *in confummatione tabernaculi* reddidit. Animadvertere autem licet, graecas Pfalmorum infcriptiones, etiamfi ab hebraeis pleraeque recedunt, non prorfus tamen explodendas effe, quum antiquitatis ritum redoleant, et quibus temporibus decantati olim fuerint Pfalmi, plerumque foleant annotare. Quod ipfum et noftri carminis graecus titulus haud dubie fpectat, quamvis obfcuritatis aliquid habeat. Rudingero *Ψάλμος ἐξοδίου σκηνῆς* eft *canticum egreffionis e templo*, id eft, *ἀπὸ σκηνῆς*, facris nimirum peractis vel confummatis, ut vetus interpres fecit, ut fit ei *tabernaculi confummatio* fynecdochice facrorum, quae in hoc fiunt, confummatio. „Eft igitur hoc *ᾆσμα ἐξιτήριον*, quod pofterioribus temporibus, vel etiam prifcis illis Davidicis, fub egreffu e templo aut tabernaculo accinuerunt claudentes facra hac celebratione potentiae Dei, ficut *ἐξόδιοι νόμοι* in theatro appellati fuere, quibus tibicines ufi funt exeunte choro e theatro, ut videtur, vel etiam fcena feu orcheftra." Quae vix fcripfiffet Vir fagaciffimus, fi cognitus ipfi fuiffet nominis *ἐξόδιον* ufus apud Judaeos Graecos Alexandrinos. Erat autem his vocabulum folenne ad defignandum *octavum*

diem

diem feſti tabernaculorum, quomodo aperte uſurpatur Levit. XXIII, 36. [4]). Quare hoc vult ſibi graeca inſcriptio, conſummato feſto tabernaculorum decantari hoc carmen ſolitum fuiſſe.

Hoc carmen nuper verſibus theodiſcis reddidit et annotationibus illuſtravit Jo. Frid. Telge in variarum ſcriptionum ſylloge quae inſcribitur: *Neues Magazin für Religionsphiloſophie, Exegeſe und Kirchengeſchichte, herausgegeben von D. Heinr. Ph. C. Henke*, Vol. V. Faſc. I. p. 69. ſeqq.

---

1. הָבוּ לַיהוָה בְּנֵי אֵלִים הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד וָעֹז׃ *Tribuite Jovae, filii Deorum, tribuite Jovae gloriam et robur. Dare alicui gloriam* eſt, eidem verbis atque opere debitum exhibere honorem, eum celebrare et laudibus extollere. Sic Deut. XXXII, 3. הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ, item 1 Paral. XVI, 28. 29. Pſ. XCVI, 7. 8. *Dare* autem *Jovae robur* erit, Jovae fortitudinem adſcribere, Jovam numen potentiſſimum agnoſcere et confiteri. De בְּנֵי אֵלִים discrepant interpretes propter ambiguitatem nominis אֵל, quod quum proprie *robur* ſignificet (contracte ſcriptum pro אֵיל ex אַיִל, vid. Everhardi Scheidii *Schediasmata Philologica* §. XIV. p. 17. 18), ut clariſſime cernitur in phraſi אֵל־יָד *robur manus*, Geneſ. XXXI, 29. Deuter. XXVIII, 32., Proverb. III, 27. Mich. II, 1., Nehem. V, 5.; deinceps, per metonymiam abſtracti pro concreto, in genere omnem quidem *robuſtum* et *fortem* denotat, ſed κατ' ἐξοχήν de *Deo*

4) Vid. plura de hac voce in Adr. Relandi *Antiqq. Sacr. Vet. Hebr.* P. IV. Cap. V. §. 12. p. 487. edit. tert.

Deo dicitur locis paene innumeris. Et quamvis אֵל *sine Jod* scriptum, longe plerumque *Deum*, et אֵלִים *Deos*, אֵילִים vero, *inserto Jod*, *fortes* significet (vid. J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 82. 83.), vix tamen est exspectandum, illud scriptionis discrimen ita constanter ubique servatum fuisse, ut non subinde אֵלִים pro אֵילִים defective esset scriptum, quemadmodum promiscue חֵק et חֵיק legitur. Certe Exod. XV, 11. in aliis codicibus אֵלִים, *Dii*, reperitur, in aliis אֵילִים *fortes*; similisque lectionis textualis et marginalis diversitas deprehenditur 2 Reg. XXIV, 15. Et hoc ipso nostri Psalmi loco plures codices a Kennicotto et de Rossió inspecti אֵילִים, *fortes*, exhibent, unde dubium est, utrum h. l. *filii fortium* an vero *filii Deorum* sit vertendum. Atque interpretes quidem bene multi nostrum בְּנֵי אֵלִים *fortes* explicant (nomen enim *filii* in ejusdem locutionibus pleonasticum est, ut בְּנֵי נֵכָר, *peregrini*, Ps. XVIII, 45., בֶּן־חוֹרִים *nobiles*, *optimates* Coh. X, 17. בְּנֵי הָאָדָם *homines*, 1 Reg. VIII, 39., de qua loquendi formula vid. Glassii *Phil. S.* p. 110. ed. Dath. et plura in Jo. Vorstii *de Hebraismis N. T. Commentario* p. 334. edit. Lips. 1778. 8. Et apud Abulfedam in *Annall. Moslemm.* Tom. I. pag. 52. بنو الملائكة *filii Angelorum* iidem sunt, qui paullo antea ملائكة *angeli* vocati fuerant), quos hortetur vates, ne viribus aut principatu elati, Deum contemnant, et se sub illo esse, et ab illo vires aut dignitatem accepisse obliviscantur, cujus potentiae et majestatis multa et magna indicia videant, quae inferius commemorat. *Potentes* tamen, sive *principes* sub בְּנֵי אֵלִים etiam intelligunt illorum haud pauci, qui אֵלִים *Deos* h. l. interpretantur. Etenim prisci aevi hominibus solenne fuit, viros principes, dotibus eximiis, et corporis specie cumprimis insigniore et praestantiore praeditos, *Deorum filios* indigetare, tanquam Deorum aliquo, nec humana, sed divina stirpe satos editosque, id quod plu-

xibus

ribus fcriptorum veterum locis probavit Th. Gatacker in *Adverff. Mifcellann.* L. II. Cap. XII, p. 338. Oper. Critt. Verum ut בְּנֵי אֵלִים *filios Deorum*, five *Deos* (vid. fupra) interpretemur, fuadet Pf. LXXXIX, 7. ubi haec leguntur: *Quis in nubibus Jovae conferatur? Quis affimiletur Jovae inter* בִּבְנֵי אֵלִים, qua formula *fpiritus fupernates* ejusdem cum Jova naturae, intelligendos effe, docent membrorum parallelismus, res ipfa, atque Verfus, qui proxime fequitur, quo eadem fententia aliis tantum verbis repetitur: *Jova plurimum terribilis* בְּסוֹד־קְדֹשִׁים *in concilio fanctorum, magis tremendus* עַל־כָּל־סְבִיבָיו *quam omnes qui circa ipfum funt.* Canit igitur vates, Jovam omnibus quamlibet divinitatem prae fe ferant, fupereminere. Sunt vero בְּנֵי אֵלִים ex pleonaftico dicendi more, quem paullo fuperius annotavimus, iidem qui alias fimpliciter אֵלִים dicuntur, veluti Exod. XV, 11, מִי־כָמֹכָה בָּאֵלִים יְהוָה *Quis eft qualis Tu inter Deos, Jova?* Videntur autem אֵלִים, five בְּנֵי אֵלִים (quos non diverfos exiftimo a בְּנֵי אֱלֹהִים, Job. I, 6. II, 1. XXXVIII, 7.), *Deorum concilium*, ex mente Hebraeorum, conftituiffe, cui *Jova*, אֵל אֵלִים (Dan. XI, 36.), five אֵל אֱלֹהִים (Jof. XXII, 22. Pf. L, 1.), tanquam fupremus omnium Deus, praefidebat, Job. I, 6. II, 1. Qualem Deorum conventum, cui Jupiter praefuit, Homerus nobis repraefentat *Iliad.* Δ, 1. feqq.

Οἱ δὲ θεοὶ παρ' Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ — — — —

Conf. Iliad. Υ, 4. Quod ipfum expreffit Virgilius *Aeneid.* X, 2. 3.

Conciliumque vocat divom pater atque hominum rex
Sideream in fedem.

Invitat ergo nofter, aptiffime fane, ante omnia *coelites* ad celebrandas Jovae laudes, quo haud dubie fignificare voluit, nihil tam fublime, nihil adeo virtute praeftans effe, quod non fupplex Jovae laudem canere debeat, cujus potentia et virtus tanto intervallo cuncta praecellit.

J. D.

J. D. Michaeli *filii Deorum* funt vanorum numinum cultores; fine argumento idoneo. In Alexandrina verfione pro verbis hebraeis haec leguntur: ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν, quae in Vulgata Latina verfione fic reddita funt: *afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.* Duarum lectionum, אֵלִים et אֵילִים (de quibus fupra), interpretationes junctas effe apparet, אַיִל enim *arietem* fignificare conftat. Geminam hanc verfionem profectam effe ex annotatione marginali in textum relata, fatis verifimilis eft Amamae in *Antibar. Bibl.* pag. 767. conjectura. Cf. etiam Drusii *Mifcellan.* Lib. I. Cap. 54. et Hottingerum de *Pentat. Samarit.* p. 77., nec non J. A. Starckium in *Davidis aliorumque poetar. Hebraeor. Carminn.* Vol. I. p. 153. Lectionem אֵילִים expreffit Syrus, qui ita reddidit: *Afferte Domino* ܒܢܝ̈ ܕܕܟܪ̈ܐ *filios arietum.* Sed omnium rectiffime Chaldaeus vertit: בְּנֵי מַלְאֲכַיָּא *turmae* vel *chori angelorum.*

2. הָבוּ לַיהוָה כְּבוֹד שְׁמוֹ *Date Jovae gloriam nominis ipfius*, gloriam ejus nomine dignam, quae Jovae vel famae ejus debetur. *Nomen* enim *Jovae* dicitur pro Jova ipfo, vid. Pf. XX, 2. — הִשְׁתַּחֲווּ לַיהוָה בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ *Incurvate vos Jovae in decore fanctitatis*, ejus jam feftum agi exiftimate, dum tempeftatem concitat, fanctisque ei veftibus fumtis, proni eum adorate. „Hujusmodi namque fubjectiffimum cultum defignat verbum שָׁחָה, quod in Kal femel tantum occurrit, Jef. LI, 23. (שְׁחִי *incurva te, et transibimus*), in Hithpael vero faepiffime ufurpatur de fubjectiffima reverentia, *tum* civili, erga reges, ut Efth. III, 5. Genef. XXXVII, 9. 10., *tum* facra, erga Jovam, Deut. XXVI, 10. XXX, 19. Pf. CXXXVIII, 2. Pertinetque huc mos Orientalium, qui honoraturi aliquem adeo fe incurvabant in terram, ut facie eandem attingerent, feque ab honorato illo fuscitari quafi ex pulvere peterent, quandoquidem indignos quafi adfpectu fe hoc

modo

modo teſtabantur." GEIER. בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ *In decore ſanctitatis*, id eſt ſancto (poſterius enim ſubſtantivum locum tenet adjectivi), qualis convenit illis, qui magno regi apparent, quemadmodum ſacerdotes vel Levitae, Jovae miniſtraturi, depoſitis indumentis domeſticis et vilioribus, puris candidisque veſtibus, ornatuque cetero ſacro incedere ſolebant. Cf. Pſ. CX, 3. הֲדָרָה ſignificat *ornatum honorificum* (Syris ܗܘܕܪܐ eſt *honor, decor, ſplendor*), ut Prov. XXV, 28. *copia populi* הַדְרַת־מֶלֶךְ *ornatus eſt regis*. Alexandrinus verba בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ non hoc tantummodo loco, verum et Pſ. XCVI, 9. et 2. Paral. XX, 21. reddidit ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ (quod Vulgatus vertit: *in atrio ſuo ſancto*), ſive quod ſub הֲדָרָה ſanctuarii atque omnis cultus ſacri ſplendorem et decorem intelligens, ſenſum exprimere vellet, ſive quod Hebraea praelegentis verba auribus falſo excipiens, חֶדְרַת, *penetrale*, vel חֲצֵרוֹת, *atria*, pro הַדְרַת acciperet.

3. Poſteaquam hortatus eſt coelites, ut afferrent gloriam et honorem Jovae, Deorum ſummo, eumque adorarent, nunc illius majeſtatem ac potentiam exponit, cujus nomine omni laudum praeconio dignus ſit. קוֹל־יְהוָה עַל־הַמָּיִם *Vox Jovae ſuper aquas* incedit, vel auditur. *Vocem Jovae* vocat tonitru, quod eſt inſtar ſonorae et horribilis cujusdam increpationis de coelo, Jovae ſede, emiſſae. Cf. Pſ. XVIII, 14. Exod. XI, 23. 28. ſeqq. Job. XXXVII, 1. ſeqq. *Aquas*, מַיִם, alii interpretantur aquoſas et imbriferas nubes, e quibus erumpunt tonitrua, quemadmodum Geneſ. I, 7. nubes vocantur *aquae coeleſtes*, et Pſ. XVIII, 12. ab ipſo noſtro poeta *aquarum caligines*; alii vero aquas marium et fluviorum, ubi tonitruum fragor fortius ſolet repercuti, latiusque protendi et perſonare, quare et in mari tonitrus ſonum terribiliorem eſſe, referunt navigantes. Huc Pſ. CIV, 7. *Ab increpatione tua fugiunt aquae*. Conf. Jerem. X, 13. Pſ. LXXVII, 18. MICHAELIS: „Tonat eminus in mari mediterraneo, ex quo nimbi Palaeſtinae ingruunt." אֵל־הַכָּבוֹד הִרְעִים

הִרְעִים *Deus gloriae*, gloriofus, *intonuit*, potentiam fuam et majeftatem oftenfurus. יְהוָה עַל־מַיִם רַבִּים *Jova fuper aquas multas* intonuit, id eft, inter nubes multas tumultuatur tonitru fuo, five, fragor Jovae univerfi orbis regiones et maria perfonat.

4. קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *Vox Jovae in fortitudine*, fortis eft, fic enim haud raro Hebraei adjectivum folent exprimere fubftantivo, cui praepofitionem ב praefigunt, veluti Pf. XVII, 15. אֲנִי בְּצֶדֶק *ego in juftitia*, i. e. ego fum juftus, cf. not. ad eum loc. Arabes quoque praedicato faepenumero praepofitionem ب praemittunt, cujus loquendi ufus exempla attulit A. Schultens in *Comment. ad Job.* pag. 640., nec non in *Comment. ad Prov.* III, 26. pag. 23., atque ad *Haririi Confeff.* IV. p. 41. not. 82. Cf. Storrii Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 451. feq. Addit vates: קוֹל יְהוָה בֶּהָדָר *Vox Jovae in gloria*, gloriofa eft, de Jovae tonantis magnificentia teftimonium ferens. Nifi potius הָדָר, quod, ut Syriacum ܗܕܪ proprie *decorem, fplendorem* defignat, ad fulguris, tonitru comitantis, fplendorem et corufcationem fit referendum. Ita Michaelis: „Sententiam puto: *fortiora jam ingruunt tonitruum murmura, fulminibusque terra refplendefcit.*"

5. קוֹל יְהוָה שֹׁבֵר אֲרָזִים *Vox Jovae frangit cedros*, fulminibus, per tonitru e nubibus excuffis, perculfas. Cedri autem, quum maximae fint, et altitudinis, et craffitudinis arbores, voluit vates ex earum dejectione vim tempeftatis exaggerare. אֶרֶז *cedrum* effe, quamvis Celsius in *Hierobotan.* T. I. p. 106. feqq. negaverit, minime tamen dubitari poteft, quum hodienum ipfis Libani indigenis *cedrus* أرز, אֶרֶז, dicatur, ut ex Schulzii, qui Libanum adiit, ore refert Jac. Trew in *Cedrorum Libani Hiftoria*, Norimb. 1757., qui etiam Celfii dubiis fatisfecit. Conf. Sam. Oedmanni *Obfervatt. Mifcellanear. Syllog.* (*Vermifchte Sammlungen aus der Natur-*

kunde

kunde zur Erklärung der heiligen Schrift) P. II. p. 203. ſeqq. verſ. german. et J. D. Michaelis *Supplemm.* P. I. p. 126. וַיְשַׁבֵּר יְהוָה אֶת־אַרְזֵי הַלְּבָנוֹן *Imo Libani cedros frangit Jova.* Particula ו h. l. vim habet et exaggerandi, q. d. non cedros tantum communes, verum tales etiam, quales Libanus habet, quae aliis ſunt robuſtiores, Jova proſternit. Cotovicus *Itiner.* p. 380. *Vidimus,* inquit, *in conſinibus quidem Judaeae et Samariae cedros, ſed nusquam tam proceras, ut in Libano.* De-La-Roque *Voyage de Syrie et du mont Liban.* (Paris 1722.) T. I. p. 88. *Le plus gros Cedre, que nous avons meſure, avoit vers le milieu de ſon tronc ſept pieds moins deux pouces de tour, et toute l'etendue de ſes branches; aſſés aiſee à meſurer, à cauſe qu'elles forment enſemble la ſigure parfaite d'un grand rond, faiſoit une circonſerence d'environ* 120 *pieds.* Maundrellus cedrorum Libani aliquam reperit ſex et triginta pedum ambitum habere, et Arvioſius harum arborum maximas aſſerit craſſitudinis eſſe ad ſex hominum complexum, referente Oedmanno, p. 213. libri laudati, ubi plura alia hujus rei teſtimonia afferuntur.

6. וַיַּרְקִידֵם כְּמוֹ־עֵגֶל *Subſilire eas facit ſicut vitulum,* „cedros puta, ait Geierus, quando fragore tam horrendo concutiuntur cum ramis ſuis, ac contremiſcunt integrae, adeo, ut in loco ſuo ſubſilire quaſi videantur." Quae ipſa eſt communis horum verborum interpretatio. Sed membrorum parallelifmus jubet pronomen tertiae perſonae pluralis, verbo יַרְקִיד affixum, ad *montes* potius referre, qui in hemiſtichio altero nominantur, ut ſaepe alias affixa pronomina ad id quod in textu ſequitur ſunt referenda, cujus rei exempla plura congeſſit Glassius *Philol. S.* p. 157. ed. Dath. Idem parallelifmus Pſ. CXIV, 4. 6. *Libanum* itaque et *Sirionem* noſter dicit ſubſilientes factos Jovae voce, quod omnia in iis, arbores, animalia, incolae, aedificia, horrido tonitruum fragore ita concutiuntur, ut toti montes videantur quaſi tremuli aut ſub-

ſubſilientes. Poſſint tamen haec verba etiam referri ad terrae motus, qui tempeſtatum magnorumque tonitruum haud raro ſolent eſſe comites, cujusmodi terrae motum Aristoteles *Meteor.* L. II. Cap. 8. vocat *σφυγμὸν*, *pulſum*, *ſaltum* (a *σφύζω*, *ſalio*), quando terra motibus inſolitis tremit. לְבָנוֹן, *Libanus*, ingens montium jugum, et altiſſimum, quippe quod vertice nubes ſcindat, quadrageſimo et amplius milliario terra marique conſpicuum. Eſt autem duplex jugum montium, *Libanus*, proprie ſic a veteribus dictus, occidentalis, litorique Phoenices anguſto, ex quo adſurgit, imminens, et *Antilibanus*, orientalis, occidentali altior, cujus jugum ſummum auſtrale, ſub quo Jordanes oritur, aeternis nivibus tectum. Montem hunc orientalem, Antilibanum, Hebraei appellabant חֶרְמוֹן, Emoraei שְׂנִיר, Sidonii שִׂרְיֹן, ut diſerte traditur Deuter. III. 9. Poſteriore nomine h. l. utitur vates. De ſingulis hisce nominibus cf. Schol. ad Deut. III, 8. 9. Egregiam vero Libani deſcriptionem ex itinerariis dedit Oedmannus in libro ad Vs. praeced. laudato, P. II. Cap. IX. Cf. J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 1406. ſeqq. Haec igitur ingentis montis juga vates audaci figura ait *ſalire*, primo quidem, כְּמוֹ־עֵגֶל *quaſi vitulum*, quia vitulus animal eſt *σκιρτητικὸν*, huc illud ſaliens, deinde vero, hemiſtichio altero, כְּמוֹ בֶן־רְאֵמִים, *quaſi filium orygum*, animal agile et velox, ut omnia omnino caprearum genera. Vid. de רְאֵם not. ad Pſ. XXII, 22. Mirum vero in modum a textu Hebraeo in hoc Verſu reddendo diſcedit Alexandrinus interpres, cujus haec ſunt verba: *καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων·* quae ita Vulgatus expreſſit: *et comminuet eas tamquam vitulum Libani; et dilectus quemadmodum filius unicornium.* Alexandrinum igitur confudiſſe apparet, ſive falſo videndo, ſive falſo audiendo, primo quidem, יַדִּיקֵם, *comminuet eos*, ex uſu Chaldaico, cum eo, quod eſt in textu Hebraeo, יַרְקִידֵם, deinde autem שִׂרְיֹן, quod nos legimus, cum יְשֻׁרוּן, quam

populi

populi Ifraelitici appellationem Alexandrini et Deuter. XXXII, 15. XXXIII, 5. 26. Jef. XLIV, 2. vocabulo *ἠγαπημένου* reddunt. Senfum vero, qui ex Graeca hac verfione prodit, recte ita explicat Agellius: „Vox Domini confringet cedros et comminuet eas, ut comminuit vitulos paleas, hoc eft, fublimes reges et principes debellabit, ac proteret; neque id folum vox Dei faciet, fed etiam *dilectus*, populus nempe Ifraël, adverfus eos dimicabit ut filius unicornium, et cornu potentiaque fua eos feriet ac fuperabit. Itaque et Dei virtute et Ifraelis potentia, quam eis Dominus tribuet, fuperabuntur ac dejicientur hoftes. Ex hac autem LXX. interpretatione difcimus, illos figurate totum Pfalmum intellexiffe."

7. Fulmina, tonitruum fragorem comitantia, graphice nunc defcribit. קוֹל יְהוָה חֹצֵב לַהֲבוֹת אֵשׁ *Vox Jovae diffindit flammas ignis*, quibus verbis fignificat, tonitru vehementi percuffione ignem ardentem et fulmina excutere, quae cum micant, intercifa quodammodo videntur, et in plures acies vehementi vocis appulfu discilla, quemadmodum Seneca in *Hercule Oeteo v.* 17. *fulmina* vocat *trifulca*; et Ovidius *Metam.* II, 848. canit: *Ignibus trifulcis armata dextera Jovis.* Minime igitur opus eft, ut cum J. D. Michaele (*Supplemm.* p. 885.) verbo חָצַב affingamus *fpargendi* notionem, repugnante prorfus linguae ufu, quo verbum illud conftanter dicitur de eo, qui ligna caedit, fecat, diffindit, ut docent loca in Lexicis adducta.

8. קוֹל יְהוָה יָחִיל מִדְבָּר *Vox Jovae trepidare facit defertum*, quod aliqui fynecdochice interpretantur de feris locorum defertorum, quod animalia etiam folitudinum conturbari et pavefcere deprehendantur in tempeftatum fulminibus et tonitruis, et fefe in luftra et latebras abdere. Sed haec ipfa etiam de folis locis locutio talis nequaquam eft figurae abhorrentis, praefertim cum de terrae motu (vid. ad Vs 6.) cogitamus. קוֹל יְהוָה יָחִיל מִדְבַּר קָדֵשׁ *Vox Jovae terret defertum Cades;* folitudi-

 nis

nis hujus meminit exaggerandi caufa, quod eft prae aliis deſertis multo vaſtiſſimum et maxime horridum. Cadeſicum autem deſertum eſt Arabicum, vetus et notum hoſpitium gentis Hebraeae, per quod quadraginta annis circumducta fuit, poſtquam eſſet ex Aegypto egreſſa. Conf. de hoc deſerto Relandi *Palaeſt.* L. I. Cap. 25. p. 114. ſeqq. Michaelis hunc Verſum exiſtimat eſſe deſcriptionem pergentis in Arabiam tempeſtatis.

9. קוֹל יְהוָה יְחוֹלֵל אַיָּלוֹת, *Vox Jovae parturire facit cervas,* ſ. *capreas,* quas ferunt difficillime parere (vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. XVII. Tom. II., p. 249. 50. ed. Lipſ.), unde terroris magnitudo hinc indicatur, quod vocis Jovanae horridus fragor etiam eas feras, quarum partus eſt difficillimus, tanto pavore percellat, ut, eo audito, ſtatim enitantur etiam ante legitimum tempus, ſive abortum patiantur. Lowthio tamen (*de Sacra Poeſi Hebraeorum* Prael. XXVII. p. 550. ed. Goett. in not.) haec ſententia parum convenire videtur cum ceteris imaginibus hic uſurpatis, ſed ita potius verba hebraea vertenda arbitratur: *vox Jovae commovet,* concutit, *quercus:* nempe verbum חוֹלֵל explicat ex Arabico حال, *moveri, vacillare,* atque אַיָּלוֹת accipit pro אילוֹת, ſive אלוֹת, plurali nominis אֵלָה, *quercus,* ſive potius *terrebinthus* (vid. Celsii *Hierobot.* P. I. p. 45. ſeqq. et J. D. Michaelis *Supplemm.* P. I. p. 72.). Eum ſenſum ex veteribus Syrus expreſſit: *Vox Domini eſt,* ܕܡܙܝܥ ܐܝܠܢܐ *quae commovet quercus* (male enim Erpenius nomen ܐܝܠܢܐ h. l. *cervas* reddidit; quum pro Hebraeo אֵלָה, *terebinthus,* ponatur 2 Sam. XVIII, 9. 10. 14.). Cui interpretationi tamen obſtat, primo quidem, quod nomen אֵלָה in plurali ubique אֵלִים dicitur, nusquam אלוֹת, ſive אֵילוֹת; deinde quod חוֹלֵל de *pariendo* uſurpatur Jeſ. LI, 2., atque de *parturiendo cervarum* Job. XXXIX, 4. Unde recte noſtra verba

Chal-

Chaldaeus reddidit מְבַטְּנִין אַיְלָתָא, quod ſequutus Hieronymus: *obſtetricans cervis;* Aquila ὠδίνοντος, et quinta editio, μαιομένου ἐλάφους. Et quum vates antea ipſas vaſtiſſimas ſolitudines Jovae fragore concuti ceciniſſet, ſubſideret oratio, ſi arborum, tempeſtate commotarum, mentionem nunc ſubjiceret. Egregia contra, et minime vulgari poeta digna, ſententia, animantium quoque genera, Jovae voce audita, terrore perterrita ita contremere, ut parerent ante legitimum tempus et ipſa ea animalia, quae ſuo etiam tempore aegre enitantur. Pergit vates: וַיֶּחֱשֹׂף יְעָרוֹת, *et denudat ſylvas,* extirpant enim arbores tempeſtatum procellae et decutiunt ramos, atque ita nuda loca faciunt, ubi antea erant arbores, et in ſylvis campos aperiunt. Bene itaque Syrus: ܘܡܫܚܠܦ ܥܒܐ, *et eradicat ſylvas,* vel, erutis arboribus nudantur ſylvae. Alii: ad intima ſylvarum penetrat tonitruum vis, eaque retegit et nudat; quaſi dicat: nihil eſt ei invium aut concluſum vel abditum, ſed vox Jovae fragore ſuo diſſipat et retegit omnia. „*Cervarum* tamen cum mentio vixdum facta ſit," inquit Michaelis ad Lowthum p. 555. not., „poſſis etiam vertere: *abortum facit ſylvis,* id eſt, tanto ſylvarum incolas terrore perſtringit, ut tota paene nemora ante tempus parturiant. Arabibus enim خِشْفٌ *pullus* eſt *dorcadis,* Hebraeis חָשִׂיף, unde خَشَفَ (חשׂף) *abortum facere.*" Miror autem, Michaelem nec nomini יְעָרוֹת ſignificationem Arabici يَعْرَةٌ tribuiſſe, quod eſt femininum τοῦ يَعْرٌ *haedus.* Neque ſine aliqua veri ſpecie id facere potuiſſet, quum Hebraici יַעַר, *ſylva,* forma Pluralis alias ſit יְעָרִים, et יְעָרוֹת nonniſi hoc loco reperiatur. Ita vertendum eſſet, ſatis appoſite ad hemiſtichium prius: *abortiri facit capras.* Addit vates: וּבְהֵיכָלוֹ כֻּלּוֹ אֹמֵר כָּבוֹד׃ *Et in palatio ſuo univerſo*

dicens gloriam, ſcil. vox Jovae, tonitru, quibus verbis hoc dici videtur: haec eadem vox Dei, quae omnes creaturas terret, ipſius gloriam per totam rerum univerſitatem praedicat. — הֵיכָל enim, ſive *palatium* Jovae h. l. non tam de aede, ſive ſacrario ejus accipiendum exiſtimo, ut multi faciunt, quam potius de coeleſtibus, terreſtribus, marinis, quae omnia laudes ejus perſonent. De *coelo* certe הֵיכָל manifeſte dicitur Pſ. XI, 4. XVIII, 7., et quum h. l. לוֹ ſit additum, reliquam etiam rerum naturam eo nomine comprehendere potuit. Aliis tamen כֻּלּוֹ eſt Nominativus, ſivè ſubjectum propoſitionis, hoc modo: *et idcirco unusquisque* (ita enim dictionem כֻּלּוֹ ſumendam eſſe, probant ex Jeſ. XV, 8. XVI, 6. *in plateis ejus* כֻּלּוֹ *unusquisque ejulabit*) *in templo ejus gloriam* ſcil. Jovae *praedicat.* Ita Syrus, qui ܟܠܢܫ, *omnis homo,* poſuit. Ac proinde arbitrantur illi, tempeſtatum tonitruumque tempore Iſraëlitas ad Jovae templum confluxiſſe, ibique ejus decantaſſe majeſtatem.

10. יְהוָה לַמַּבּוּל יָשָׁב *Jova ad diluvium ſedit,* quod plerique ita intelligunt: ſicuti Jova, inſtar judicis punientis, potentem et majeſtate venerabilem ſe oſtendit in primo illo diluvio, Noae tempore, quod et ipſum magna procul dubio habuit adjuncta tonitrua et fulgura, ita et adhuc hodie in ejusmodi magnis regnat tempeſtatibus, regnabitque in aeternum, quod hemiſtichio altero ſubjicitur. יָשַׁב *Conſedit,* inſtar potentis moderatoris; regum namque et judicum eſt *ſedere,* vid. Pſ. IX, 5. 8. 9. XLVII, 9. Joel. III, 12. Syrus videtur יָשִׁיב legiſſe: vertit enim, *Dominus diluvium* ܐܗܦܟ *convertit.* Huc referendi Hebraei interpretes, qui ad Noachicum diluvium haec verba ita referunt, ut quemadmodum tunc Deus ſe regem et arbitrum mundi eſſe demonſtraverit; ſic etiam *diebus Meſſiae* gentes orbis e divinis ſuppliciis ſuperſtites, regnum ejus ſint agniturus. Ita Jarchi, coll. Jeſaj., II, 18. et Kimchi coll. Zachar. XIV, 9. Ex aliorum ſententia

pro-

propterea hoc loco meminit diluvii, quod tunc promiferat Jova, fe non amplius orbem terrarum velle per aquas vaftare, ac fi dicat: cum denfus imber, copiofis veluti torrentibus e nubibus delabitur, tum pii in Jovam eluviones illas non extimefcunt; fciunt enim, Jovam, quem adorant, praefuiffe olim diluvio tempore Noae, et virtute fua prohibuiffe, quominus ipfe cum familia aquis abforberetur. Aliis מַבּוּל hoc loco in genere quosvis fignificat denfos imbres (derivatur enim a יָבַל Arab. وَبَلَ, *copiofe et vehementer pluit coelum*), qui inter tonitrua folent defcendere, in quibus tamen ipfis imbribus Jova quoque *fedet*, i. e. gubernationem retinet, illosque pro lubitu vel cohibet, vel intendit. Ita RUDINGERUS: *Dominus nimbis praefidet et eluvionibus*, id eft, habet in fua manu tempeftates et eluviones. MICHAELIS: „*Jova confedit ad diluvium*, i. e. horrendos imbres demittit, late in vallibus ftagnaturos.“ Similiter DE WETTE מַבּוּל *nubes imbriferas* h. l. denotare putat, quibus Jova, ut earum moderator, praefit. Mihi tamen praeplacet, quam primo loco pofuimus, utpote quae fenfum fundit, hemiftichio alteri aptiffimum. וַיֵּשֶׁב יְהוָה מֶלֶךְ לְעוֹלָם *Et fedet, manet, Jova rex in aeternum.* Verbum וַיֵּשֶׁב in *Praefenti* eft vertendum; non enim de Praeterito fermonem effe, quamvis *Vau converfivum* fit praepofitum, fatis docet nomen proxime additum לְעוֹלָם.

℣. יְהוָה עֹז לְעַמּוֹ יִתֵּן *Jova robur populo fuo dabit*, ifte rex gloriofus et tam potens omnem fuam potentiam in bonum populi fui exerit, virtute inftruit, ne a malis opprimantur, adeft ei, ut, quidquid ceteris accidat, numquam dejiciatur ftatu fuo. יְהוָה יְבָרֵךְ אֶת־עַמּוֹ בַשָּׁלוֹם *Jova populo fuo benefacit cum incolumitate*, omnium beneficiorum genere eum cumulat, atque incolumitatem ipfi praeftat.

PSAL-

PSALMUS TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Periculo graviſſimo liberatus gratias agit Jovae σωτῆρι, a quo fuerit conſervatus, et ipſius bonitatem, quae per totam vitam noſtram duret, quum ira ejus, et quae ab hac immittuntur mala, nobis minime ſoleant eſſe diuturna, magnis affectibus praedicat, teſtatus, non alia cauſſa ſe petere vitam ſibi prorogari, quam ut fortiter ea inſtauret et promoveat, quae faciunt ad gloriam Dei.

Quum titulus hujus carminis verba iſta prae ſe ferat: *cantio dedicationis domus*, quaerunt interpretes, qualis et cujusmodi domus conſecratio indicetur, ſacrae an profanae? Atque aliqui quidem de tabernaculi ſacri conſecratione interpretantur, cujus dedicationis occaſione plures alii Pſalmi facti videntur. Hebraeorum quidam, Aben-Eſra referente, carmen ad id deſtinatum arbitrati ſunt, ut in ipſa, templi vel Salomonei, vel ſecundi a reducibus e Babylonico exilio aedificandi

in-

inauguratione cantaretur, ut igitur totus populus ſub unius homines perſona inducatur. Cui ſententiae tamen minime favet Vs. 7. Alii vero de domo regia, quam Hieroſolymae David in Sionio ſibi extruxerat (2 Sam. V, 6. 12. 1 Chron. XIV, 12.), titulum intelligendum exiſtimant, colliguntque e Vs. 3. 4., Davidem, quum in eo eſſet, ut novum regium in monte Zione inhabitaret, gravi morbo afflictum fuiſſe, a quo poſtquam convaluiſſet, compoſuiſſe ipſum hunc Pſalmum, eumque in dedicatione arcis novae ſolenniter cantari curaſſe. Alii denique hocce carmen ad ea tempora referunt, quibus vates domum ſuam, pollutam ſtupris Abſalonicis, et militantium Abſalonis proſanitate et direptionibus, quaſi encaeniis quibusdam expiatam, denuo conſecravit. At חֲנֻכָּה non repurgationem rei foedatae, ſed *rei novae dedicationem et primum uſum* ſignificat. Praeterea mirum eſt, ſi hic Pſalmus ad ulterutram iſtarum occaſionum pertineret, nihil eum omnino continere, neque de domo, neque de dedicatione, ut, ſi titulus nihil dixiſſet iſtiusmodi, nemo ſit usque adeo perſpicax, qui tale quidquam ejus lectione divinare potuiſſet. Nullus certe, inter Judaeos, qui domum aedificaſſet, in eam ingreſſus eſt habitandi cauſa, quin prius illam conſecraſſet (vid. Deut. XX, 5.): quod ſiebat religioſo aliquo ritu, et, ut veriſimile eſt, cantione alicujus

jus poëmatii, quo Dei benevolentia iis, qui in eo aedificio commorari debebant, ſolemniter expoſceretur. Et quia res erat ordinaria, ad eam peragendam certa quaedam formula cantionis dicata videtur fuiſſe, ſive illud voce tantum, ſive etiam inſtrumentis muſicis caneretur. Conjectura ergo eſſet minime abſona, titulum iſtum ita legi poſſe: *Pſalmus, canticum dedicationis domus, Davidis:* ut haec duo verba, *Pſalmus Davidis*, jungantur, ut aſſolet, ad deſignandum auctorem, reliqua ſint veluti parenthetica vel trajecta, et tantummodo ſignificent, hanc odam fuiſſe compoſitam ad earum ideam, quae ſolebant in domuum conſecratione cantari. Non quod argumento conveniat, ſed quod eadem erat modulatio, eademque Verſuum compoſitio et ſtructura. Quum tamen haec opinio minus certis argumentis nitatur; praeſtet titulum illum huic Pſalmo praefixum exiſtimare, non ut ejus materiam et occaſionem indicaret, ſed ut tempus, quo compoſitus eſt, deſignaretur. Nullum vero tempus in Davidis hiſtoria reperiatur, quod melius huic carmini conveniret, quam illud, quo eum locum, in quo templum poſtea extruendum eſſet, ita dedicavit, ut in eo et altare erexerit, et ſacrificium obtulerit. Id autem a Davide factum eſſe ſcriptum eſt libro I. Chronicorum Cap. XXI, 26. XXII, 1. Nam populo ejus juſſu numerato, cum eo facto iram Jovae concitaſſet, optione-

que

que propofita maluiffet tribus diebus gladium Jovae in terra verfari, mifit ille peftilentiam in Ifraelitas, quae tanta vi in populum graffata eft, ut feptuaginta millia virorum interimeret. Tum Angelus miffus Hierofolymam, cum percutiendi initium feciffet, miferatus Jova praecepit, ut percutiendi finem faceret. Stabat autem Angelus juxta aream Ornanis Jebufaei, quem cum David adfpexiffet ftrictum gladium in urbem intendentem; ut calamitatem a populo averteret, fe morti obtulit, precatus, ut in fe potius, qui peccati auctor fuiffet, manum converteret. Tum Angeli monitu altari in eadem area conftructo, oblatisque in eo facrificiis, iram Jovae placavit. Atque hunc ipfum locum, quem templo extruendo dedicavit, jam tum a Davide appellatum effe *aedem Jovae*, diferte dicitur 1 Chron. XXII, 2., unde et in carminis noftri infcriptione *dedicatione aedis* illud potuit tempus defignari, quo primum in Jovanae aedis area facrificium obtulit. Quam bene autem huic tempori congruant carminis noftri finguli fere Verfus, noftra explicatio oftendet.

---

2. אֲרוֹמִמְךָ יְהוָֹה *Exaltabo te, Jova*, fummis te laudibus extollam, ita verbum רוֹמֵם de hominibus, Deum verbis altiorem eminentioremque omnibus rebus creatis declarantibus etiam dicitur Pf. XCIX, 5. 9. Jef. XXV, 1 כִּי דִלִּיתָנִי *Nam evexifti me*, e calamitatibus, in quas, tan-

tanquam in profundum puteum, immerſus eram, ne penitus demerſus interirem, me extraxiſti, ſitulae inſtar; eſt enim verbum דָּלָה *hauriendo per ſitulam,* דִּלָּה, *ſurſum trahere.* In conjugatione Piel non niſi hoc loco occurrit. וְלֹא־שִׂמַּחְתָּ אֹיְבַי לִי *Nec laetificaſti hoſtes meos de me,* non conceſſiſti hanc voluptatem hoſtibus meis, ut laetarentur interitu meo. Magna namque eorum laetitia fuiſſet, qui vel de Saulis familia erant, vel ei favebant, ſi mortuus ipſe, et peſte fuiſſet abſumtus. De formula loquendi אֹיְבַי לִי *hoſtes mei,* qui *mihi,* vid. not. ad Pſ. XXV, 2.

3. יְהוָה אֱלֹהָי שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ וַתִּרְפָּאֵנִי *Jova, Deus meus, anxie ad te vociferatus ſum, et ſanaſti me.* Dolorem, quo angebatur de eo, quod populum peccati ſui poenas luere videbat, aegritudini graviſſimae comparat, a qua *ſanavit* ipſum Jova, cum a populo peſtem avertit. Ita verbum רָפָא de *reſtituta animi tranquillitate* Pſ. CIII, 3. CXLVII, 3. Jeſ. VI, 10.

4. יְהוָה הֶעֱלִיתָ מִן־שְׁאוֹל נַפְשִׁי *Jova, ex inferno eduxiſti animam meam,* cum morti, ex mea opinione et exiſtimatione, vicinus eſſem, inde me reduxiſti, et paene ab ipſo ſepulchro ad vitam revocaſti. חִיִּיתַנִי מִיּוֹרְדֵי־בוֹר *Vitam mihi conceſſiſti a deſcendentibus in foveam,* ne iis adnumerarer, qui in ſepulchrum demittuntur. Praefixum *Mem* ante יוֹרְדֵי h. l. negat, ſive excludendi vim habet, ut 1 Sam. XV, 23. *rejecit te* מִמֶּלֶךְ *ut ne eſſes amplius rex;* Hoſ. IX, 12. *orbabo eos,* מֵאָדָם *ut non ſint,* vel, *ſuperſint, homines.* Plura exempla, et omnino hujus dicendi formulae rationem illuſtratam vid. in Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 255. Maſora tamen marginalis aliam hic aſſignat lectionem, ita ut non ſit Participium plurale, ſed Infinitivus cum affixo, מִיָּרְדִי *a deſcendere me,* i. e. ne deſcenderem; ſimilemque Infinitivi conſtructionem apponit hoc loco Aben-Eſra ex Pſ. XXXVIII, 21. תַּחַת רָדְפִי טוֹב, *loco ejus quod ſector bonum.* Sed verbi יָרַד forma Infinitivi cum affixis eſt רֶדֶת ut infra

Vs.

Vs. 10. מִיָּרְדִי, item Ezech. XXXI, 15. בְּיוֹם רִדְתּוֹ שְׁאֹלָה, nec non Exod. XXXIV, 29. Deut. XX, 20. De Codd. Mſſ. et editt. diverſitate in hoc vocabulo vid. J. B. De-Rossi *Scholia critica in V. T. libros* (Parmae, 1799. 4.) p. 100 ſeq. Franc. Tsepregi in Diſſert. de *Authentia ſelectiorum Cethibim* §. XVIII. (in *Sylloge Diſſertatt. ſub praeſidio A. Schultens, J. J. Schultens et N. G. Schroederi defenſarr.* Leidae, 1772. 4. P. I. p. 139.) Participii ſingularem numerum, מִיּוֹרְדִי, *a deſcendente me*, h. e. ne eſſem deſcendens, cenſet retinendum. „Rarior hic," inquit, „Participii uſus latuit Maſorethas, anſamque lectioni marginali מִיָּרְדִי dedit. At bene habet, quod idonea in Sacro Codice ſuperſint monimenta, quae rariorem hunc vultum oſtentant. Num. XVII, 11., *Cape thuribulum*, וְהוֹלֵךְ מְהֵרָה אֶל־הָעֵדָה וְכַפֵּר עֲלֵיהֶם *et abiens cito ad coëtum, et expiare ſuper iis.* Ubi Participium, cui Infinitivus mox ſubnexus, gratia pollet ſingulari. Cui gemella ſtructura Jerem. X, 23. לֹא־לְאִישׁ הֹלֵךְ וְהָכִין אֶת־צַעֲדוֹ *Non eſt viro, ambulans ut ſit, et firmare ſuum greſſum.* Item II, 17. בְּעֵת מוֹלִיכֵךְ בַּדָּרֶךְ, *in tempore ducentis te per viam*, id eſt, quum praecipue ducem tui ageret Deus. Hanc omnino poſituram eſſe contendo Jer. XVII, 23. *Duraverunt cervicem ſuam* לְבִלְתִּי שׁוֹמֵעַ; in margine legi jubetur שְׁמוֹעַ. At ex Hebraiſmo elegantiori verto ego: *ut non ſit audiens, neque accipiat doctrinam*, quod ſubditur. Eodem jure ſe tuetur Joſ. VI, 13. הוֹלֵךְ וְתָקוֹעַ בַּשּׁוֹפָרוֹת *iens et clangendo tubis*, ubi Maſorethae הָלוֹךְ legere jubent. At correctio haec ex ignorantia rarioris Hebraiſmi nata. Non eſt itaque, cur etiam in Pſalmo noſtro τῷ Keri primas deferamus." De dictionis יוֹרְדֵי בוֹר ſignificatione vid. ad. Pſ. XXVIII, 1.

5. Voti ſui, ac ſalutis compos factus non ſolum ipſe gratias agit, verum etiam alios ad Jovae laudem hortatur. זַמְּרוּ לַיהוָה חֲסִידָיו *Canite Jovae, pii erga eum*, qui beneficentiam una mecum experimini. וְהוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ *Et celebrate memoriam ſanctitatis ejus*, laudate eum, ejus

ejus magnitudinem et majeftatem celebrantes. De qua autem re illum laudaturi fint, exponit.

6. כִּי רֶגַע בְּאַפּוֹ *Nam momentum in ira fua*, fcil. perfiftit Deus, id eft, non diuturna eft ira ejus, vix unius momenti eft. Chaldaeus: שַׁעְתָּא רוּגְזֵיהּ *horam* durat *indignatio ejus*. Eft itaque hoc loco confueta ellipfis verbi fubftantivi: *Deus* eft, vel exiftit, vel *perfiftit*, עָמַד (quod faepius eft fubaudiendum, ut Jerem. XXXIII, 1. Prov. XVII, 24. Pf. CVI, 1. Job. XX, 5. coll. Pf. CXII, 3. 9. XIX, 10.) *in ira fua paululum*. Eadem fententia Jef. LIV, 7. 8. Vates vero his verbis hoc refpicere videtur, quod peftis illa, populo divinitus immiffa brevi effet exftincta, Jovae ira, precibus vatis, in mifericordiam converfa. Alexandrinus verba hebraea fic eft interpretatus: *ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, quoniam ira in indignatione ejus*, ut Vulgatus reddidit. Quae interpretatio haud dubie ex eo nata, quod hebraeum רֶגַע accepit pro רֹגֶז, praelegentis verba finiftre excipiens, quae ipfa duorum illorum nominum permutatio deprehenditur Pf. XXXV, 20. Senfus vero, qui h. l. ex ea verfione prodit, dilutus eft, nec membrorum parallelifmo congruens. Subjungit enim vates; חַיִּים בִּרְצוֹנוֹ *Vita in benevolentia ejus*, gratia contra et bonitas ejus femper durat, et non definit in tota vita nos profequi. Alii fenfum hunc effe arbitrantur: delectatur confervando vitam. Sed benevolentiae divinae diuturnitatem, brevitati irae oppofitam, hisce verbis fignificari, altera Verfus pars docet: בָּעֶרֶב יָלִין בֶּכִי וְלַבֹּקֶר רִנָּה *Vefperi hofpes adeft fletus, fed mane ovatio*, hoc eft, fi quid trifte etiam aut malum in hac vita intercidit, id eft inftar viatoris pernoctantis, fuum brevi poft diverforium relicturi; fi ad vefperam malum ingruit, illico tamen evanefcit, adeo, ut mane ftatim iterum fit, unde laeteris, redeuntque gaudium et ovatio.

7. וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְשַׁלְוִי בַּל־אֶמּוֹט לְעוֹלָם *Et ego quidem dixeram in tranquillitate mea: non nutabo in fempiternum,*

num; cum fortuna utebar felici, in rebus fecundis et quietis meis, animo eram fecuriore, cogitabam enim, hanc fortunam mihi fore perpetuam, et me numquam ullius potentia ullo tempore everfum iri. Quia enim vidit regnum fuum omnibus a partibus firmatum, inprimis adverfus externos hoftes, ita hoc fuit interpretatus, quod usque ad exitum vitae continenti hac fortuna effet ufurus, neque amplius ullus cafus adverfus hanc fortunam interpellaturus, praefertim quum Jova regnum et pofteritati ipfius promififfet. Nomen שֶׁלֶו, formae mafculinae, non nifi hoc loco reperitur, quum alias in foeminino faepiufcule occurrat שַׁלְוָה *tranquillitas*, ut Pf. CXXII, 7. שַׁלְוָה *in palatiis tuis;* Proverb. I, 32. שַׁלְוַת *impiorum pef-fumdabit eos;* XVII, 1. *melius fruftum aridum,* וְשַׁלְוָה בָהּ *et tranquillitas cum ea;* vid. et Dan. XI, 21. 24. VIII, 52. עוֹלָם *Aeternitatem,* h. l. ut alias faepe, ad totius vitae tempus reftringendam effe, res ipfa docet.

8. יְהוָה בִּרְצוֹנְךָ הֶעֱמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז *Jova, benevolentia tua conftitueras monti meo robur; monti,* hoc eft, magnitudini et dignitati meae, ne laberetur et nutaret, fortitudinem addideras. Recte Jarchi הַרְרִי explicat גדולתי *magnitudinem meam,* et *Aben-Efra* per כחי, *potentiam meam.* Eadem figura Arabes fuum جَبَلٌ, *mons,* ufurpant. Ut in illo *Samuelis Ibn Adiae* (in *Excerptis ex Hamafa* p. 462.)

لَنَا جَبَلٌ يَحْتَلُّهُ مَنْ نُجِيرُهُ

مَنِيعٌ يَرُدُّ ٱلطَّرْفَ وَهُوَ كَلِيلُ .

Nobis mons, quem infidet cujus clientelam fuscepimus,
Inaccessus, qui repellat aciem oculorum, et quidem hebetatam.

Ad

Ad quem verfum Scholiaftes: مثله قول الشاعر

لنا هضبة لا يدخل الذلّ وسطها
وياتي اليها المستجير ليعصما

واراد بذكر الجبل العزّ والسمو والمنعة

Simile huic illud Poetae:

Nobis collis eft, in quem non fubit vilitas;
Ad quem tendit protectionis indigus, ut tutus fit.

Intelligit autem per montem *gloriam et celfitudinem et inacceffam dignitatem.* Aliis hoc loco Davides per *montem* regnum et imperium fuum, undique omnibus praefidiis firmatum, editae munitionis inftar, defignare videtur, quemadmodum *montium* figura et Pf. LXXVI, 5. Jerem. LI, 25. Hab. III, 6. regna et imperia fignificentur, quod ea inftar montium praeminent. Vid. Glassii *Philol. S.* p. 1088. ed. Dath. Alii *montem* intelligunt *Sionium,* quem vates metonymice pro *imperio* pofuerit, quod in eo monte palatium regium habuit, in quo regnum adminiftrabat. Alexandrinus vertit: παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν, *praeftitifti decori meo virtutem,* ut Vulgatus reddidit. Pro לְהַרְרִי expreffit לְהַדְרִי, quod aliqui lectioni receptae praeferendum exiftimarunt, fine ratione idonea, quum illa fenfum perquam commodum fundat. Male vero lectionem לְדַרְרִי Syrum etiam expreffiffe nonnulli opinantur. Vertit is verba hebraea: *Deus, benevolentia tua ftatuifti* ܥܠ ܐܩܝܡܬ *fuper gloria mea fortitudinem* Manifeftum eft, accepiffe eum לְהַרְרִי eo intellectu, quem fupra primo loco indicavimus. Videtur autem prius hoc Verfus hemiftichium parentheli includendum, et cum iis, quae praecefferunt, hoc modo conjungendum: ego cogitabam, me numquam vacillaturum (*quandoquidem tu, Jova, meum confolidaveras imperium*), fed ubi הִסְתַּרְתָּ פָנֶיךָ הָיִיתִי נִבְהָל *abfcondifti faciem tuam, factus*

fum

fum conturbatus. Faciei occultationem, vel *averfionem* fignum effe averfi favoris negatique auxilii vidimus Pf. X, 11. XIII, 2. XXII, 15. XXIV, 6. Ante verbum הִסְתַּרְתָּ fubaudiendum eft adverbium temporis, וְאִם, *fed quum,* vel כַּאֲשֶׁר, *poftquam.* הָיִיתִי נִבְהָל *Perturbatus fui,* ita ut nullum amplius, vel confilium, vel animi robur reftaret ad evadendum ex imminentibus illis malis. Apprime vero haec congruunt tempori, cui in Argumento hunc Pfalmum adfignavimus. Gloria enim et potentia regius vates quum polleret, eamque fibi ftabiliter permanfuram putaret, ideoque numerare populum voluiffet, quafi hoc auxilio regnum confirmaturus; repente fpoliatus his opibus, et numero populi peftis contagio multum imminuto, in fummum eft discrimen adductus, et in maximum moerorem timoremque conjectus.

9. אֵלֶיךָ יְהוָה אֶקְרָא *Ad Te, Jova, clamavi,* וְאֶל יְהוָה אֶתְחַנָּן *ad Jovam fupplex oravi ad impetrandam gratiam.* Hoc mihi unum in malis meis confilium relictum eft, ut ad Jovam affidue clamarem, et miferabili prece iram fuam flecterem. Formulam precum fuarum ftatim fubjicit Verfibus duobus, qui proxime fequuntur.

10. מַה־בֶּצַע בְּדָמִי *Quod lucrum in fanguine meo?* *Sanguis* h. l. pro fanguine profufo, i. e. nece, ut alioqui faepe, veluti Genef. XXXVII, 26. Jof. XX, 5. בְּרִדְתִּי אֶל־שָׁחַת *In defcendendo me ad foveam,* quid commodi percipias de me fepulto? שַׁחַת, *fovea* h. l. fepulchrum denotat, ut Pf. XVI, 10., quemadmodum בּוֹר Pf. XXVIII, 1. et fupra Vs. 4. — הֲיוֹדְךָ עָפָר הֲיַגִּיד אֲמִתֶּךָ *Num celebrabit te pulvis? praedicabit fidem tuam?* An gratias tibi agere poterit pulvis meus, aut teftari hic de fide et veritate tua in promiffis? *Pulverem* indicare h. l. cadaver, in fepulchro refolutum in pulverem (Genef. III, 19.), res ipfa docet.

11. שְׁמַע־יְהוָה וְחָנֵּנִי *Exaudi, Jova, precantem, et miserere mei.* יְהוָה הֱיֵה־עֹזֵר לִי *Jova, opitulator mihi adsis.* Alexandrinus verba in Praeterito expressit, ac si scriptum reperisset שָׁמַע, וְחָנֵּנִי et הָיָה, vertit enim: ἤκουσε κύριος, καὶ ἠλέησέ με, κύριος ἐγενήθη βοηθός μου· quod sequutus Vulgatus: *audivit Dominus, et misertus est mei, Dominus factus est adjutor meus.*

12. Orationis suae et precationis fructus qui fuerit, declarat: הָפַכְתָּ מִסְפְּדִי לְמָחוֹל לִי *Convertisti mihi planctum meum in choream,* cum pestis tuo jussu cessavit, luctus meus et moeror in gaudium est conversus. מָחוֹל *chorus tripudiantium* (Jerem. XXXI, 4. 13. Ps. CXLIX, 3.), *tripudium saltationis*, quae est signum effusae laetitiae. Intelligitur itaque gaudium exultans, et tale, quale esse saltantium solet. פִּתַּחְתָּ שַׂקִּי *Aperuisti saccum meum*, tam largam gaudii suppeditasti mihi causam, ut cuncta luctus signa protinus mihi fuerint deponenda. Erat enim שַׂק, *saccus*, cilicinum vestimentum, quo induebantur cum in luctu essent, de quo vid. plura in Mart. Geieri *de luctu Ebraeorum* Tractatu, Cap. XXII. §. 6. 7. Sacco autem huiusmodi vestitum fuisse tam Davidem, quam maiores natu legimus 1. Paral. XXI, 16., quum pestilentia grassante in populum, lugubri habitu ad Jovam deprecandum, vultu in terram inclinato, conversi essent. Saccus autem dicitur *aperiri*, sive *solvi*, quod ille lumbis ita adstringi solebat, ut corpus eodem coarctaretur, et compressis humeris lumbisque homo lugens incederet, hinc phrasis חָגַר שַׂק, *accingere saccum* 2. Sam. III, 31. 1. Regg. XX, 32. Jes. III, 24. Cf. Geierum l. c. §. 7. Quia vero sacco ad lumbos praecingebatur, eo abiecto, vestis alia eius loco subroganda erat, quae sacco esset opposita, itaque optime subiungit: וַתְּאַזְּרֵנִי שִׂמְחָה *et cinxisti me laetitia*, tanquam zona quadam splendida, seu vestibus pretiosis, laetitiam significantibus.

13.

13. לְמַעַן יְזַמֶּרְךָ כָבוֹד וְלֹא יִדֹּם *Propterea celebrabit te gloria,* f. *anima* mea, *nec filebit* Particula לְמַעַן, quae alias caufalis eft, *propterea ut,* ἵνα, h. l. *idcirco, propter ea* fignificat, ut Hof. VIII, 4. *Simulacra fibi fecerunt,* לְמַעַן יִכָּרֵת *propterea exfcindetur;* nec non Jerem. XVII, 15. Deut. XXIX, 19. Ad nomen כָבוֹד fubaudiendum eft pronomen fuffixum primae perfonae, ac fi fcriptum effet כְּבוֹדִי, quod et expreffit Alexandrinus: *ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου,* et poft eum Vulgatus: *ut cantet tibi gloria mea,* nec non Arabs et Aethiops. Sic enim Davides alias quoque de fua loquitur anima, Jovam celebrante, veluti Pf. XVI, 9. *gaudebit* כְּבוֹדִי, LVII, 9. *evigila* כְּבוֹדִי; CVIII, 2. אֲזַמְּרָה אַף כְּבוֹדִי. De dictione כָבוֹד autem, *animam* fignificante, vid. not. ad Pf. VII, 6. XVI, 9. Chaldaeus abftractum per concretum explicat hoc modo: מִן בְּגְלַל דִּישַׁבְּחוּן יַקִּירֵי עָלְמָא, *propterea ut laudent nobiles hujus mundi. Aben-Efra:* ויזמרך כל אדם שיש לו כבוד והטעם נשמה חכמה *Celebrabit te omnis homo, cui gloria, hoc eft, anima fapiens.* Retinenda tamen ea, quam antea dedimus, interpretatio videtur, utpote locis parallelis, atque hemiftichio hujus Verfus pofteriori, ubi vates clarius de fe in prima perfona: יְהוָה אוֹדֶךָּ *Jova, te laudabo,* magis confentana. Nec obftat pronominis affixi defectus, quo nihil crebrius apud Hebraeos, veluti Pf. LX, 6. מִפְּנֵי קֹשֶׁט *propter veritatem* tuam; LXXVII, 16. גָּאַלְתָּ בִּזְרוֹעַ עַמֶּךָ, *redemifti brachio* tuo *populum tuum.* Aliorum exemplorum fatis largam copiam collegit Christ. Schoettgen in *Mantiffa de Ellipfi Affixorum* ad *C. T. Waltheri Ellipfes Hebrr.* p. 147. feqq. edit. J. C. F. Schulzii, Hal. 1782. Syrus expreffit verbi זמר primam perfonam: ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܙܡܪ ܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ *propter hoc pfallam tibi laudem,* non quia in Hebraeo legit אֲזַמֵּר לְךָ כָבוֹד, fed

quod fenfum, qui fibi commodus videretur, exprimere voluit. יֵרֹם non eft futurum conjugationis Niphal, cujus fignificatio huic loco non convenit, nec alias reperitur, fed futurum formae Cal, more Chaldaico fcriptum, folent enim in ea dialecto praeformantes literae habere vocalem brevem, quam fequitur Dagefch forte, primam radicalem duplicans, ad mediam elifam compenfandam, ut יֵרֹק *comminutus erit*, pro יְרֹקַק, [illegible]ם *obftupefcet*, 1 Reg. IX, 8. Cf. Gesenii *ausführl. Lehrgeb.* p. 370.

PSALMUS PRIMUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Apparet in hoc carmine motus animi perturbati conſpectu periculorum hominisque in ſummum vitae et ſalutis discrimen adducti, et tamen fiducia certa invocantis opem et auxilium Jovae, atque hoc nitentis. Habet invocationem ardentem, preces ſollicitas, querelas miſerabiles, et eluctans tamen ex omnibus animi ſui perturbationibus, in precibus fidelibus ſuis adquieſcit, et exaudire ſe non dubitat; hortaturque ad ſimilem fiduciam quam collocent in Jova, pios omnes, qui numquam auxilio ſuo deſtituat fideles ſuos. Pſalmum hunc autem, ita ut nunc eum legimus, Davidem non in ipſis periculis compoſuiſſe, ſed poſtea orationem et voces, quas ad Jovam urgente periculo miſiſſet, ſimul cum iis verbis, quae ad gratias de ſalute jam adepta pertinerent, conjunxiſſe, et carmen ex utrisque connexum edidiſſe,

plura ejus loca arguunt, veluti Vs. 8. et 9., nec non 20. ſeqq. Cf. not. infra ad Vs. 9.

Interpretes, longe plerique Davidem hoc Pſalmo referre putant, ut affectus fuerit, et quae precatus ſit, quum cinctus eſſet a Saule in deſerto Maonico, proditus a Ziphenſibus, 1 Sam. XXIII. Quam conjecturam deducunt ex eo, quod Verſu hujus Pſalmi 23. poeta eodem verbo חָפַז eſt uſus, quod adhibuit ille, qui 1 Sam. XXIII, 26. hoc Davidis diſcrimen literis conſignavit. Ita enim ille: *Ibat Saul in latere montis uno, et David cum ſuis in altero, fuitque David* נֶחְפָּז, id eſt, *praecipitatus*, nempe terrore ſummo, conatuque fugiendi peranxio incitatus. Erant autem res Davidis tum eo loco, ut evadere non potuiſſet; quod jam quaſi conſtrictus irretitusque teneretur a Saule, tam ipſe, quam copiolae ipſius. Sed dum in eo eſt hoſtis omni contentione, ut rem conficiat, affertur ei nuncium in caſtra, Philiſthaeos irrupiſſe in regnum, quae res coëgit Saulem, miſſo Davide decedere. In illis igitur periculis ſummis praeſentis interitus haec precatus fuiſſe putatur. Vetus autem haec eſt opinio de carminis hujus tempore, et jam Alexandrino interpreti recepta, qui titulum fecit: Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἐκστάσεως, quod ultimum nomen addidit ex Vs. 23., ubi hebraeum בְחָפְזִי vertit ἐν τῇ ἐκστάσει μου, hoc eſt, inquit Agellus, „*in pavore*

atque

atque trepidatione mea, in deſperatione rerum omnium, cum de ſummo periculo humano conſilio evadere me poſſe deſperarem. Admonent igitur hoc nomine LXX. hunc Pſalmum pro iſta ecſtaſi eſſe compoſitum, cum a Saule et ejus militibus undique cinctus deſperaret quodammodo de ſalute, et in ſummum vitae discrimen eſſet adductus.“ Rudingerus, ut Pſalmos plerosque alios, ita et hunc, Abſalonici temporis exilio adſignat. De Wette hoc quoque Pſalmo totum Hebraeum populum de ſuis miſeriis queſtum induci ſtatuit, hoc potiſſimum argumento motus, quod poetae hoſtes Vs. 7. *idolorum cultores* deſignentur, quales Davidis adverſarii non fuerint. Verum iis, qui illic *obſervantes vanitates mendacii* appellantur, intelligendi non praeciſe idolorum cultores, ſed omnino tales, qui in rebus vanis ſpem ſuam collocant.

---

2. בְּךָ יְהוָה חָסִיתִי *In te, Jovo, praeſidium meum collocavi.* Eadem formula adfuit Pſ. VII, 2. XVI, 1. XXV, 20. et redibit infra Pſ. LXXI, 1. De verbo חָסָה vid. ad Pſ. II, 12. Vol. I. p. 67. 68. אַל־אֵבוֹשָׁה לְעוֹלָם *Ne pudeſiam umquam*, ne me hanc fiduciam, quam in te colloco, fruſtrari ſinas, ut pudere me hujus ſpei ad ullos poſſit ullo tempore. Cf. Pſ. VI, 10. XXII, 6. בְּצִדְקָתְךָ פַּלְּטֵנִי *Per juſtitiam tuam eripe me*, pro fide tua optima, qua agere ſoles cum iis, qui tibi ſeſe concrediderint, eripe me e periculis et anguſtiis meis. De צִדְקַת יְהוָה vid. ad Pſ. V, 9. XXII, 32. XXIV, 5.

3. הַטֵּה אֵלַי אָזְנְךָ *Inclina ad me aurem tuam*, promtus ac benignus exaudi meam ſupplicationem; conf. Pſ. X,

X, 17. XVIII, 7. מְהֵרָה הַצִּילֵנִי *Festinanter me libera*, in maximo enim vitae discrimine constitutus, cito et expedito opus habeo auxilio. מְהֵרָה pro בִּמְהֵרָה (Coh. IV, 12.), *in festinatione*, et alioqui sine ב adverbii sensum obtinet, ut Num. XVII, 11. Deut. XI, 17. Coh. VIII, 11. הֱיֵה לִי לְצוּר מָעוֹז *Esto mihi in petram propugnaculi*, praesta te mihi refugium tutissimum, ubi securus delitescam contra hostium incursiones, non aliter ac s[illegible]vi belli tempore tuto latent in munitionibus super petris inexpugnabilibus extructis. Cf. Ps. XVIII, 3. 47. XIX, 15. XXVIII, 1. De מָעוֹז vid. ad Ps. XXVII, 1. לְבֵית מְצוּדוֹת לְהוֹשִׁיעֵנִי *In domum summitatum montium ad me servandum*, sis mihi vice arcis in montis praealti fastigio extructae, in qua salvus et incolumis latere possim. De מְצוּדָה vid. not. ad Ps. XVIII, 3. Vol. p. 461. Recte ad h. l. Aben-Esra hanc dictionem sic exponit: מקום גבוה שלא יפחד בו מהאויב *locus editus, quo non metuendum est ab hoste.*

4. כִּי־סַלְעִי וּמְצוּדָתִי אָתָּה *Nam petra mea et arx mea Tu*, conf. not. ad Ps. XVIII, 3. וּלְמַעַן שִׁמְךָ *Et propter nomen tuum*, hoc est, ob famam potentiae, misericordiae et veritatis tuae, vid. ad Ps. XXIII, 3. XXV, 11. תַּנְחֵנִי וּתְנַהֲלֵנִי *Deduc et moderare me*, nam ad rupes editas atque arces in praealtis montibus sitas difficile adiri potest, *nisi a viae perito*, dextre ducente. De verbis נָחָה et נָהַל vid. ad Ps. XXIII, 2. 3. Posterioris verbi sensum non male expressit Symmachus per τεμελήσεις με, *mei curam habebis*, sive, juxta Scholion (vid. Bielii *Thesaur.* sub h. v.): παντοδαπῆς με προνοίας ἀξιώσεις.

5. תּוֹצִיאֵנִי מֵרֶשֶׁת זוּ טָמְנוּ לִי *Educ me e reti, quod absconderunt mihi*, libera me ex insidiis, quas mihi pararunt hostes mei, ex periculis, in quibus per fraudem occultam implicatus haereo. Videntur haec eo respicere, quod quum Ziphaei latibulum poetae diligentissime exploratum Sauli indicassent, ejus hinc milites ipsum undique cingerent, adeo ut se posse evadere desperaret. Pro-

Pronomen demonſtrativum זו h. l. ponitur pro relativo אשר, ut Pſ. IX, 16. XVII, 9. Ad verbum טָמְנוּ nominativus e contextu eſt petendus, aut imperſonaliter illud explicandum eſt, *quod occultatum mihi eſt*, ut Jeſ. XXXVIII, 16. per hoc יִחְיוּ *vivitur;* Joel. II, 17. יֹאמְרוּ, *dicetur* כִּי־אַתָּה מָעוּזִּי *Quia Tu propugnaculum meum*, quia te mihi adjutorem et protectorem elegi, in te ſpem omnem ſalutis collocavi.

6. בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי *Manui tuae committo ſpiritum meum*, quum tu ſis protector meus, tuae fidei credo vitam et ſalutem meam cuſtodiendam. Verbum פָּקַד, quod in conjugatione prima valet *diligenter inſpicere*, *attendere*, *obſervare*, in Hiphil eſt: facere, ut aliquis quidquam diligenter curet, *aliquem rei alicui curandae praeficere*, *concredere quidquam alicujus curae et cuſtodiae*; ut 2 Paral. XII, 10. *Rex clypeos* הִפְקִיד עַל־יְדֵי שָׂרֵי הָרָצִים *cuſtodiendos credidit principibus curſorum.* Jerem. XL, 7. *Quod* הִפְקִיד אִתּוֹ אֲנָשִׁים *fidei ejus commiſiſſet viros.* Vid. de hoc verbo Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* pag. 218. not. פָּדִיתָה אוֹתִי יְהוָה *Redemiſti me, Jova*, tu jam ſaepe me liberaſti e periculis. De verbo פָּדָה, proprie *redimere*, tum *liberare*, vid. ad Pſ. XXV, 22. 22. אֵל אֱמֶת *Deus veritatis*, Deus verax et fidelis, qui in promiſſis tuis conſtans es, fidemque ſemel datam numquam frangis. Recte monet *Aben-Eſra*, addidiſſe poetam hanc appellationem, quod meminiſſet antea depoſiti, nempe animae ſuae, fideliter a Jova aſſervandae.

7. שָׂנֵאתִי הַשֹּׁמְרִים הַבְלֵי־שָׁוְא *Odi obſervantes vanitates mendacii*, adverſatus ſemper ſum et odi eos, qui in rebus vanis fluxisque collocant praeſidia ſua, fiducia inani. הֶבֶל proprie eſt *halitus oris, qui frigido aëre oculis cernitur* Pſ. LII, 10. Jeſ. LVII, 13., ut Chaldaeis חֲבַל (vid. Targum Pſ. XC, 9.). Unde dicitur de quavis re ſubito evaneſcente et vana, praeſertim de *deaſtris*, Deut. XXXII, 21. Jerem. II, 5. X, 3. 15. XVI, 19. Atque quum הַבְלֵי־שָׁוְא *de falſorum deorum ſtudio* et *cultu*

tu dicatur Jon. II, 9., ſunt plures, qui horum verborum ſenſum faciant hunc: eos, qui ad vanos deos reſpiciunt, hos colunt, et ab iis ſalutem exſpectant (המצפים לתשועה עז״, ut Jarchi explicat), odi et exſecratus ſum, וַאֲנִי אֶל־יְהֹוָה בָּטָחְתִּי, *ſed in Jova ego ſpem meam collocavi*, ut in hemiſtichio altero ſubjungit. Alii auguria, et divinationes exiſtimant *vanitates falſi* h. l. appellatas. Ita Aben-Eſra: הנחוש והקסם אי זה יום יצא למלחמה *auguria et divinationes*, dierum ac temporum vana discrimina, *quo*, verbi gratia, *die ad pugnam progrediendum ſit*, quo in caſtris exercitus continendus, quo faciendum aliquid, quo ceſſandum. Cui interpretationi album calculum adjecit Aretius Felinus (Bucerus): „Recte (inquit) Pſaltes, dum fidei ſuae in Deum voluit conſtantiam memorare, teſtatus eſt, odiſſe ſe ſortes vanas, hoc eſt, deditos artibus magicis (ſpeciem enim pro genere poſuit), ſed nixum ſemper fuiſſe Deo. Et fieri poteſt, ut huc fuerit provocatus, cum deſperatae adeo res ejus eſſent, unde occaſionem peculiarem habuerit fidei ſuae memorandae, qua ſcilicet non ſolum magicis artibus non auſcultarit, ſed etiam inſectatus fuerit odio, quicunque illis eſſent addicti.“ Sed poſſunt per הַבְלֵי־שָׁוְא res quaecunque vanae et fluxae, calumniae quoque et malae fraudes intelligi. Pro שָׂנֵאתִי veteres interpretes, excepto Chaldaeo, exprimunt ſecundam perſonam, שָׂנֵאתָ, *odiſti*, tu, Jova, quod ipſum et in Cod. Kennicotti 170. legitur. Eam lectionem oppoſitione alterius membri confirmari exiſtimant Koehlerus et Dathius.

8. אָגִילָה וְאֶשְׂמְחָה בְּחַסְדֶּךָ אֲשֶׁר רָאִיתָ אֶת־עָנְיִי *Gaudebo et laetabor de benignitate tua*, quam experturum me confido in eo, *quod reſpexeris miſeriam meam*, hoc eſt, auxilio lato te habuiſſe rationem mei declaraveris, quomodo verbum *reſpiciendi* dicitur quoque Pſ. XXVI, 16. Vocabulum אֲשֶׁר h. l. conjunctionis cauſalis ſignificationem obtinet, ſicut latinum *quod*, ac ſi עַל־אֲשֶׁר, *eo quod*, ſcriptum eſſet. Sic etiam Geneſ. XXXIV, 29.

1 Reg. V. 13. Hof. XIV, 4. ufurpatur. יָדַעְתָּ בְּצָרוֹת נַפְשִׁי *Et agnoveris anguftias animae meae*, quod falutem et vitam meam curae tibi elfe paffus fueris, atque e periculis urgentibus me liberaveris. Verbum יָדַע, *cognovit*, ut in hemiftichio priori רָאָה, *vidit*, h. l. fignificat, alicujus anguftias eo confilio cognofcere, ut eas removere ftudeamus; opponitur enim incuriae, vel neglectui, cum aliquis ne tantillum quidem temporis impendere vult cognitioni miferiae alterius. De בָּצָרָה vid. not. ad Pf. IX, 10. Vol. I. pag. 226. Alexandrinus pro Hebraeo יָדַעְתָּ pofuit ἔσωσας, ad quod Agellius haec annotavit: „LXX. videntur legiffe יָשַׁעְתָּ, *falvafti*, de fummo discrimine atque periculo eripuifti animam meam. Hebraica vero lectio minime rejicienda eft, cum nefcio quid dulcius habeat: cognovifti in neceffitatibus animam meam, intimo quodam affectu miferatus es mei." Verum Alexandrinus fi aliter, ac nos legerit, certe in Hiphil legit הוֹשַׁעְתָּ, vel הוֹשִׁיעַ. Forma Cal enim, quae tamen nusquam in V. T. reperitur, fonaret *amplus*, *fpatiofus fuit*, unde in Hiphil proprie fignificat: *amplum locum facere* (quae ipfa figura pro: *falutem alicui praeftare*, in Vs. fequ. occurrit). Si autem הוֹשַׁעְתָּ vel הוֹשִׁיעַ poetam fcripfiffe ftatuamus, et בְּנַפְשִׁי in לְנַפְשִׁי mutandum erit (*amplum locum mihi conceffifti*, vid. Ezech. XXXIV, 20. Jof. X, 6. Jerem. XI, 22. 1 Sam. XXV, 31. et loca plura alia), atque בְּצָרוֹת accipiendum erit pro nomine צָרוֹת, cum praefixo בְּ, *in anguftiis*, (cf. Vol. I. p. 225.).

9. וְלֹא הִסְגַּרְתַּנִי בְּיַד אוֹיֵב *Nec quod in manu adverfarii me inclufteris*, neque permiferis, ut circumventus venirem in poteftatem inimicorum. Verbum סָגַר, *claufit*, in Hiphil fignificat *refignavit*, vel recludendo quafi *tradidit* alteri, aut in alterius manum tradendo *conclufit*, ut Amos. I, 6. לְהַסְגִּיר לֶאֱדוֹם *ad tradendam* captivos *Edomaeis*; Pf. LXXVIII, 62. וַיַּסְגֵּר לַחֶרֶב עַמּוֹ *tradidit populum fuum gladio*, vid. et Deut. XXIII, 16. Addit: הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי Quodque *in amplum fpatium pofueris pedem*

dem meum, quod inter adverſarios viam aperueris pedibus meis, qua ambularem itinere expedito et patente, in quod me deductum ſtatueris, ubi tutus ingrederer. Vid. de hac locutione not. ad Pſ. IV, 2. et cf. XVIII, 20. „Ergo in agendis gratiis hoc praedicaturum ſe profitetur, quod cum Ceilenſes atque Ziphaei, ut Sauli gratificarentur, inimico ſuo, polliciti eſſent, ſe Davidem tanquam vinctum atque concluſum, et anguſtiis locorum arctatum omni exitu clauſo, ei tradituros in manum, Jova id fieri non permiſerit, et anguſtia locorum concluſum eripuerit, laetumque exitum, quà effugeret, aperuerit. Quod ita factum eſt. Nam allato nuntio, irrupiſſe Philiſthaeos in terram Iſraël, ſolvit obſidionem Saul etiam invitus, et Davidi locum fugiendi dedit.“ Agellius. Alii vero hoc verſu, et eo, qui proxime praeceſſerat, pro liberatione facta ex praeſentibus periculis gratias poetam agere autumant, et poſt liberationem, cum Pſalmum ſcriberet, haec eum inſeruiſſe. Ita Felinus: „Accipio hos duos verſus ut ſubitam atque abruptam exclamationem, in quam vates ex conſideratione tam admirandae ac ſtupendae opis, qua ipſum Jova ex praeſenti adeo nece ſervaverat, eruperit. Conſtat ſiquidem, Odas haſce Pſaltem, poſtquam pericula evaſit, compoſuiſſe, et ſolitum quidem affectus ſuos, quibus in periculis aeſtuarit, potiſſimum referre, at numquam fere non ſimul et eos affectus admiſcere, qui tum ei fuerunt, quando hujusmodi carmina conſcribebat. Unde tantum gratulationis et gaudii, etiam in iis Pſalmis, quibus triſtiſſima alioqui canuntur.“ Conf. Argument. Pſ. XXVIII. n. IV.

10. Cujus formae χαριστήριον et gratiarum actio futura ſit cum ſpoponderit, redit jam ad orandum, et ſua mala, in quibus verſatur, exponenda: חָנֵּנִי יְהוָה כִּי צַר־לִי *Miſerere mei, Jova, nam anguſtia eſt mihi*, graviter angor admodum. עָשְׁשָׁה בְכַעַס עֵינִי נַפְשִׁי וּבִטְנִי *Contabuit aegritudine oculus, anima et venter meus*, attenuata et deformata eſt facies mea macritudine, deficiunt

et evaneſcunt ſpiritus animae meae, et vitae meae vigor omnis, totum corpus meum exhauſtum eſt. De formula עָשְׁשָׁה עֵינִי vid. ad Pſ. VI, 7. Vol. I. p. 146. Ceterum עָשְׁשָׁה h. l. minus proprie etiam ad *animum* refertur, quemadmodum exteri quoque ſcriptores haud raro pluribus nominibus unum aliquod verbum jungere ſolent, cujus notio illorum nominum uni tantum aptum eſt. Exempla vid. apud Dukerum ad *Flor.* II, 7. 8. et D'Orvillium ad *Chariton.* p. 394. ſeqq. Cf. Storrii *Obſervatt.* p. 427. Appoſite autem ad rem poeta ad animi ſui affectum exprimendum adhibuit nomen כַּעַס, quod proprie *aegritudinem animi ad iram et indignationem irritati* ſignificat (vid. 1 Reg. XXI, 22. 2 Reg. XXIII, 26. Coh. VII, 9.). Permulta enim erant, quae Davidem ſumma indignatione contra Saulem, et aſſentatores ejus, crudeliter adeo ipſum et immeritum perſequentes, accendere poterant. Optime de omnibus meritus erat, vitae periculum pro populi ac regis ſalute ſaepiſſime adierat, nihil unquam tale cogitarat, quod ei falſo illi impingebant; contra autem illi neminem odiebant pejus, in nullius necem tam erant intenti, adeo ut in abditiſſima usque ſaltuum et deſertorum ipſum inſectarentur. Haec reputanti non potuit non ſaeviſſimus dolor oboriri, et tabifica quaedam animi aegritudo, praeſertim cum hoſtium, tam immerito innocentem perſequentium, crudelitas nullis quamlibet magnis beneſactis mitigari poſſet.

11. כִּי כָלוּ בְיָגוֹן חַיַּי וּשְׁנוֹתַי בַּאֲנָחָה *Conſumta ſunt moerore vita mea, et anni mei gemitu*, mors acceleratur aetati meae gemitibus perpetuis, in quibus peragitur. כָּשַׁל בַּעֲוֹנִי כֹחִי וַעֲצָמַי עָשֵׁשׁוּ *Corruit in noxa mea virtus mea et oſſa mea contabuerunt.* In verbo כָּשַׁל egregia latet metaphora ab homine inſirmo morbisque plane enervato petita, qui vix amplius valet ſublevare pedem, ſed impingendo ſaepe corruit ac proſternitur. Sic enim verbum hoc uſurpatur Pſ. CIX, 24. de genubus ex nimio jejunio debilitatis et corruentibus, item Jeſ. XXXV, 3. Cf.

Cf. Pf. XXVII, 2. Haec ipfa loquutio recurrit Neh. IV, 10. (al. 4.) כָּשַׁל כֹּחַ הַסַּבָּל *corruit robur portantis.* Nomen עָוֹן primo et proprie quidem notat *errorem*, a verbo עָוָה, quod convenit cum Arabum غوى (non عوى *distorſit*, ut alii volunt) *erravit*, unde غيّ *error*, oppofitus τῷ رشد, *itineri recto, rectitudini*, fenfu proprio et translato, *vitium, peccatum.* Vid. Scholiaſt. ad *Carm. Tograi* Vs. 16. ed. van der Sloot et hujus not. p. 119. Hinc עָוֹן, plane ut Latinorum *noxa*, non tantum fignificat *errorem, peccatum,* quo vel alii, vel ipfi peccanti *nocetur*, quo quidem fenfu frequentius in Codice Hebraeo ufurpatur, verum etiam *damnum*, quod vel proprio vel alterius peccato contrahitur, atque generatim *omne omnino infortunium.* Ita 1 Sam. XXVIII, 10. Saulus pythoniffae, ne in vitae periculum incurreret, metuenti, dicit: *per Jovam* אִם־יִקְּרֵךְ עָוֹן בַּדָּבָר הַזֶּה *fi damnum tibi eveniet hac re.* Et de *infortunio, calamitate,* dicitur a Davide 2 Sam. XVI, 12. (ex lectione textuali, omnino retinenda) אוּלַי יִרְאֶה יְהוָה בְּעֵוֹנִי *Fortaffe Jova miferam meam conditionem refpiciet.* Atque eodem fignificatu hoc ipfum nomen noſtro quoque loco a vate ufurpari, res ipfa docet. Vides igitur, quam neceffe fit, pro בַּעֲוֹנִי reponere בְּעוֹנִי, *in inopia mea*, quod Michaelis, Koehlerus et Dathius faciendum exiſtimant. Et in paufa tantummodo pro עָנִי folet עֹנִי fcribi. וַעֲצָמַי עָשֵׁשׁוּ *Et offa mea contabuerunt*, h. e. medulla quafi abfumta et exhaufta eft, adeoque totus ego deficio. Nimirum offa tunc dicuntur arefcere aut exficcari, cum vires hominis quam maxime debilitantur. Cf. not. ad Pf. XXII, 15. 16.

12. Hoc, et qui proxime fequuntur, duobus Verfibus, exaggerat miferiam fuam, ab his quae externe adfligebant, ficut praecedentibus duobus de internis cruciatibus queſtus eft. Dixit fe curis et follicitudinibus ve-

xeri, quae ad miferiam animi pertinent, dixit, quae ad corporis molestias, debilitatum fe nimirum effe, et macie extabuiffe; nunc quae ad famam et hominum opinionem fpectant, profequitur: ac praecipue dolet ab illis fe defertum et contemtum, a quibus, non praefidium, faltem animum compatientem et amicam confolationem jure debuerit exfpectare. מִכָּל־צֹרְרַי הָיִיתִי חֶרְפָּה וְלִשְׁכֵנַי מְאֹד *Et prae omnibus hoftibus meis fui opprobrium etiam vicinis meis maxime*, fumme contemnor, etiam a vicinis et contribulibus, quibus magis execrabilis habeor, quam adverfarii mei, homines fceleratiffimi. Nifi fenfus potius fit hic, vicinos in eum conjeciffe opprobria plus, quam ipfi acerrimi inimici. Alii particulae מ ante כָּל h. l. tribuunt fignificationem *propter* ut Pf. XII, 6. Jef. XLVIII, 4. L, 2., atque fic vertunt: *propter univerfos hoftes meos*, h. e. propter tot hoftium virulentos infultus contemnor jam etiam a vicinis. Horfum tendit interpretatio Campenfis: *metu hoftium meorum, qui numero funt plurimi, factum eft, ut tanquam probrofum exhorreant me proxime vicini mei.* Prior tamen interpretatio fortius quid infert. חֶרְפָּה *Opprobrium*, h. e. fumme probrofus. Emphatice enim abftractum ponitur pro concreto, ut Proverb. III, 23. et Genef. XLVI, 34. תוֹעֵבָה, *abominatio*, pro fumme abominabili. וְלִשְׁכֵנַי *Etiam vicinis meis*, h. e. illis, qui, cum vitae meae integritatem magis haberent perfpectam, eo magis etiam a contemtu meo debuiffent abstinere. Sunt interpretes, qui notari putent Ziphaeos et Ceilenfes, qui cum contribules effent Davidis, eum ad Saulem deferebant. Fuiffe enim Ziphenfes in forte Judae legimus Jof. XV, 24., et idem Ceilam XV, 44. Vocula מְאֹד trajecta videtur, et ad חֶרְפָּה pertinere, ut *opprobrium valde* fit opprobrium maximum vel infigne. Etenim adjectivi locum quandoque obtinet adverbium, ut דָּם חִנָּם *fanguis innocuus*, 1 Sam. XXV, 31., פַּחַד פִּתְאֹם *timor fubito*, i. e. fubitus, Prov. III, 25. Sine neceffitate J. D. Michaelis in *Supplemm.*

ad

ad Lexx. Hebrr. p. 1459. huic voculae fignificationem Arabici أَوْنٌ, *onus* affingit, ut vertendum fit: *factus vicinis meis onus*, quod miror placuiffe quoque Koehlero et Dathio. וּפַחַד לִמְיֻדָּעָי *Et pavor notis meis*, refugiunt tanquam terriculamentum confpectum meum; vel, ne fraudi eis fit notitia et confuetudo mea, neque propter me in periculum veniant, uti Achimelecho et reliquis facerdotibus contingit (1 Sam. XXII, 11.), vel certe, quod tam foedis criminibus me foedatum putant, ut me tanquam hominem, execrabili morbo laborantem, fumme deteftentur et abominentur. Hanc fane caufam ipfe Vs. 14. fubjicit. Priori fenfu Agellius haec accipit: „Quum mihi Saulem iratum viderent, et fibi quisque magis, quam mihi timerent, jura propinquitatis abjuraverunt, et ut fibi rebusque fuis confulerent, me prodere non funt veriti.“ Participio מְיֻדָּעִים, *noti*, defignantur familiares, quorum diturnam habemus notitiam, qui nobis ex intimiori innotuerunt converfatione ac familiaritate, quomodo de amicis Achabi ufurpatur 2 Reg. X, 11. De amicis etiam dicitur Pf. LV, 13. LXXVIII, 9. 19., ubi eadem fere, quae hic queritur, nec non Job. XIX, 14. Addit: רֹאַי בַּחוּץ נָדְדוּ מִמֶּנִּי *Qui me vident foris, aufugiunt a me*, refugiunt occurfum meum ex longo intervallo. Loquitur de fe tanquam de homine, qui moleftiffimo et execrabili morbo laboret, quem nemo intueri fuftineat, a quo omnes cum horrore et pavore recedant.

13. Contemtum, quem expertus fuerit, auget, quod fubjicit: נִשְׁכַּחְתִּי כְּמֵת מִלֵּב *Oblivioni traditus fum ficut mortuus e corde*, defiit haberi mei ratio, velut mortui, qui animo exciderit. Etenim quoniam non eft fpes, mortuum amicum revicturum, quam primum curatur, ut terrae demandetur, finemque habent, quaecunque cum eo negotia fuerant. הָיִיתִי כִּכְלִי אֹבֵד *Factus fum ficut vas periens*, non magis mei ratio habetur ac vafis inutilis, cujus jactura fit vilis. J. Drusius in *Quaefitis per*

Epiſtol., No. X. disquirit, num אֹבֵד ſit Participium, et non potius nomen, *perditio*, ut Num. XXIV, 20. Pſ. CXIX, 176. Senſus non erit diverſus. Sed non eſt opus, ut אֹבֵד vel hoc loco, vel locis a Druſio adductis pro nomine habemus. Recte hujus Participii ſignificationem explicavit JARCHI: כְּלִי אוֹבֵד ההולך לאבוד כל לשון אבידה אין הלשון נופל על בעל אבידה לומר הוא אבד אותה אלא האבידה אובדת ממנו כדא אֲשֶׁר־תֹּאבַד מִמֶּנּוּ הָאוֹבֶדֶת לא בִּקַּשְׁתֶּם *Vas periens, hoc eſt, quod vadit, ut pereat: Dictio* אבידה *nusquam convenit ei, qui perdit, ac ſi dici poſſit: ille perdidit eam rem, ſed ſignificat rem perditam, ſive rem, quae ab aliquo perit* (amittitur). *Ita* Deut. XXII, 3. *res quae ab illo amiſſa eſt; et* Ezech. XXXIV, 4. *amiſſam non quaeſiviſtis.* Aben-Eſra: אדם אל יזכרני כְּכְלִי אֵין חֵפֶץ בּוֹ כאשר יאבד לא יבוקש *Homines mei memoriam abjecerunt*, tanquam vaſis a nemine deſiderati, Jerem. XXII, 28. XLVIII, 38. Hoſ. VIII, 8., *quod non eſt tanti, ut, ſi perditum ſit, ad quaerendum incitet eum, qui amiſerit.* Chaldaeus: הֲוֵיתִי כְּמָן דְּפַחַר תְּבִיר *Fui inſtar vaſis, quod ſigulus confregit*, tanquam inutile.

14. Tantae ſuae abjectionis atque abominationis, quam modo memoravit, cauſſam nunc reddit: כִּי שָׁמַעְתִּי דִּבַּת רַבִּים *Nam audivi infamiam multorum,* hoc eſt, multos me ementitis criminibus infamantes, quod partim ab amicis, qui ab eo defecerant, factum eſt, partim autem eos, qui adhuc in amicitia perſtabant, abalienavit. Sunt, qui intelligant calumnias, falſaque crimina, quae ad Saulem deferebant, quaſi adverſus illius regnum vitamque moliretur inſidias. AGELLIUS haec Sauli milites ſpectare exiſtimat, qui locum, quo confugerat Davides, undique ſepſerant, quorum maledicta et probra usque ad aures ejus perferebantur. דִּבָּה, quod proprie *reptationem* ſignificat (coll. Arab. دَبَّ *repſit*), in codice Hebraeo ubique deprehenditur uſurpatum translate de *rumoris,* praeſertim *mali et infamantis, reptatione,* de *infamia,* ut Geneſ. XXXVIII,

XXXVIII, 2. וַיָּבֵא אֶת־דִּבָּתָם רָעָה *Afferebat infamiam eorum* ad patrem. Ita Num. XIII, 32. XIV, 36. 37. filii, quos Mofes Palaeftinam explorandi caufa miferat, quum rediiffent, יוֹצִיאוּ דִּבַּת הָאָרֶץ *protulerunt infamiam terrae*, hoc eft, aliqua fingularia probra et incommoda terrae Canaan multitudini narrarunt et perfuaferunt. Vide et Proverb. X, 18. XXV, 10. Ezech. XXXVI, 3., quibus locis hemiftichiorum parallelifmus illam fignificationem confirmat. Arabibus quoque eadem translatione نبوب, *reptitius*, dicitur is, *qui clanculum obtrectat et nocet*. Cf. A. Schultensii *Commentar. ad Proverb.* p. 324. 25. et J. D. Michaelis *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 386. Nec Latinis inufitatum, *ferpere* de *rumore* ufurpare. Sic Virgilius *Aeneid.* XII, 239. *Murmur ferpit per agmina.* Et Cicero *pro Muraena*, c. 21. *ferpit hic rumor.* Recte igitur Chaldaeus h. l. vertit: שְׁמַעִית טִיב בִּישׁ דְּאָמְרִין עֲלַי עַמְמִין סַנְיָאִין *Audivi infamiam, quam loquuntur contra me homines malevoli.* Hinc formido circumfteterat eum, cum adeo nemo amicus illi reliquus manfiffet, plerique autem hoftibus fe junxiffent, atque una cum illis de perdendo ipfo confilia captarent, et vafre de ftruendis ei infidiis cogitarent. Quod his verbis expreffit: מָגוֹר מִסָּבִיב בְּהִוָּסְדָם יַחַד עָלַי לָקַחַת נַפְשִׁי זָמָמוּ *Formido circumquaque, cum illi contra me una confultarent; de tollenda anima mea cogitarunt callide.* Quum verbum גּוּר et *commorari* fignificet, nomen מָגוֹר cum vocabulo proximo Alexandrinus vertit: παροικοῦντων κυκλόθεν, *commorantium undique*, et fimiliter Jerem. XX, 10., ubi haec ipfa noftri carminis verba repetuntur: συναθροιζομένων κυκλόθεν, *collectorum in circuitu.* Aquila *collectionem* maluit (quod verbum גּוּר, fignificatione ab אָגַר mutuata, *congregare* denotat Habac. I, 15. Pf. LVI, 7. LIX, 4.), qui vertit συστροφὴν *turmam*, globum militum, feu potius circumfufam aciem, et undique obfidentem. In eodem *congregandi fefe* fenfu reddidit etiam

etiam Chaldaeus Jerem. VI, 25. XX, 3. 10. et Thren. II, 22. Sed plerique recentiorum מָגוֹר est *formido* (de verbo גור *timere*, vid. not. ad Pf. XXII, 24.), quo fignificatu videtur occurrere Jef. XXXI, 9. וְסַלְעוֹ מִמָּגוֹר יַעֲבוֹר *Prae formidine arcem fuam praeteribit,* וְחַתּוּ מִנֵּס שָׂרָיו, *et conflernabuntur a vexillo principes ejus.* De pavore in viis et agris ob hostem dicitur Jerem. VI, 25. Chaldaeus quoque h. l. רְתִיתָא, *terror,* et Jef. XXXI, 9. דַּחֲלָא, *metus* vertit. Quod fequutus Jarchi verba nostra explicavit fic: שמייראין ומפחדין אותי, *qui mihi pavorem et metum incutiunt.* לָקַחַת נַפְשִׁי *Ad capiendum animam meam,* h. e. ad eripiendum mihi vitam. לָקַח enim quandoque est *per vim capere* et *eripere,* ut 2 Reg. IV, 1. de creditore pueros raptante, 1 Chron. V, 21. et Proverb. XXIV, 11. לְקֻחִים לַמָּוֶת *raptati ad mortem.* Sic et Genef. VI, 2. XXXIV, 2. Job. V, 5. *Animam* vero per metonymiam faepe pro *vita* accipi, notum est. De verbo זָמָמוּ *machinati funt,* vid. not. ad Pf. XVII, 3.

15. Ego tamen tot et tantis malis undique feptus, numquam depofui fiduciam in Jovae auxilio: וַאֲנִי עָלֶיךָ בָטַחְתִּי יְהוָה *Ego vero fuper Te fiduciam collocavi,* אָמַרְתִּי אֱלֹהַי אָתָּה *Dixi, Deus meus* es *tu,* te judicem et vindicem elegi, certo fciens, numquam te commiffurum, ut fupplicem tuum deferas.

16. בְּיָדְךָ עִתֹּתָי *In manu tua tempora mea.* Quum עֵת de *tempore,* f. *duratione vitae* ufurpetur Jef. XXXIII, 6. Ezech. XVI, 8., imo etiam pro *termino vitae,* Coh. IX, 12. (*ignorat homo* אֶת־עִתּוֹ), cf. VII, 18.; et h. l. עִתֹּתַי interpretes bene multi de *vitae fpatio* acceperunt, unde fenfus enafcitur hic: tuum est, disponere vitae meae dies et annos, ego vero ex me nil valeo. Vel hic potius: in tua, non hostium, manu et poteftate est, vitae meae certum destinare terminum, quare tu ea jam poteftate tua utere, nec hostium libidini me adeo permitte. Ego tamen pluralem numerum h. l. a poeta

 ufur-

uſurpatum, non *vitam* ſolum, verum et omnes viciſſitudines et commutationes rerum, *fortunam*, ſive bonam ſive malam, explicaverim. Simili notione hoc nomen reperitur 1 Paralip. XXIX, 30. *Omne regnum ejus, et potentia ejus,* וְהָעִתִּים אֲשֶׁר עָבְרוּ עָלָיו *et tempora, quae transierunt ſuper eum et Iſraelitas* etc., h. e. varii casus, vel proſperi, vel adverſi, qui quovis tempore eis acciderunt. Sic itaque verba noſtra intelligenda erunt: ſcio, quidquid vel proſperi vel adverſi mihi accidere poſſit, a nutu tuo pendere; itaque etiamſi multos patior inimicos, nihilominus in te omnem ſpem collocavi, et oro te, הַצִּילֵנִי מִיַּד־אוֹיְבַי וּמֵרֹדְפָי, *eripe me e poteſtate hoſtium et perſecutorum meorum.* Hinc Chaldaeus hemiſtichium prius ſic vertit: בְּאִידָךְ זִמְנֵי פוּרְקָנִי *in tua manu ſunt tempora liberationis meae.* In verſione Alexandrina pro עִתֹּתָי κλῆροι μου, *ſortes meae*, poſitum reperitur; quod Grotius librariorum errore pro οἱ καιροί μου ſcriptum exiſtimavit. Et certe Euſebius aliam lectionem, οἱ καιροί μου, eſſe ait, ut item Theodoretus. Sed κλῆροι μου non ſolum legitur in Vaticano codice, verum etiam a pluribus veteris eccleſiae doctoribus repertum et explicatum eſt. Atque Jud. XXI, 22. etiam pro כָּעֵת in verſione Alexandrina ὡς κλῆρος extat. Agellius hoc nomine *cuique definitam vivendi menſuram* ſignificari arbitratur. „Hanc κλήρους, *ſortes*, appellarunt ea de cauſa, quia voluerunt fabulas illas Graecorum colligere, et ad veriorem ſententiam traducere. Dicebant enim illi, ſpatia vitae cuique ſorte obtigiſſe, et fato eveniſſe, quod illi λάχεσιν, *ſortitionem*, appellabant. Hoc mutarunt LXX. et *ſortitionem omnem* in manu Dei eſſe, vivendique ſpatium cuique ab illo diſtribui, ab eoque finiri; ideo κλήρους dixerunt, non quod temere ſua cuique ſors eveniat, ſed quod in manu Dei ſit illa ſortitio. Ac *ſortitio* dicta eſt, quia cauſam illius explorare non poſſumus, *in manu Dei* vero, quia in ejus poteſtate vita noſtra eſt.“ Theodoretus tamen κλήρους interpretatur τὰς τῶν

πραγμάτων μεταβολὰς, πλοῦτον καὶ πενίαν, δουλείαν, καὶ δεσποτίαν, εἰρήνην καὶ πόλεμον, rerum viciſſitudines; divitias et paupertatem. ſervitutem et dominatum, pacem ac bellum.

7. הָאִירָה פָנֶיךָ עַל־עַבְדֶּךָ *Illumina vultum tuum ſuper ſervum tuum*, ſereno vultu me reſpice, non per indignationis nubilum obſuſcato, opemque ſic re ipſa confer. Innuit hac ratione vates, Jovam ſibi adhuc iratum quodammodo fuiſſe, faciemque aliquandiu occultaſſe, ut conqueritur Pſ. X, 11., XIII, 2., XXIV, 6.; nunc itaque eandem *lucentem*, h. e. ſerenam, favore exhilaratam, ſibi denuo adverti petit. Loca parallela ſunt Num. VI, 25. Pſ. IV, 7. LXVII, 2. Dan. IX, 17. עַל־עַבְדֶּךָ *Super ſervum tuum*, hoc eſt ſuper me; nimirum loco pronominis primae perſonae, quandoque ponitur ipſum nomen, vel epitheton loquentis, ut Geneſ. IV, 23. *Dixit Lamech: audite uxores Lamechi*, h. e. meae. Sic Hoſ. IV, 6. ait Jova: *ne obliviſcaris praeceptorum Dei tui*, h. e. meorum. Cf. Joel II, 14. 26. Pſ. XXX, 9. Porro in hoc *ſervi* nomine ſimul latet argumentum, cur Jova Davidi opem ferre debeat: nimirum quia mutuus inter hunc et illum eſt reſpectus; qualis inter dominum et ſervum; jam dominus tenetur ſervum ſuum ab aliis inique vexatum defendere. Particulam עַל *Aben-Eſra* monet poſitam eſſe pro אֶל, *ad*, ut 1 Sam. I, 10. וַתִּתְפַּלֵּל עַל־יְהוָה, *orabat ad Jovam.* Vid. et Pſ. XVIII, 42. 2 Reg. XVIII. 27. Addit: הוֹשִׁיעֵנִי בְחַסְדֶּךָ *Salvum me redde per miſericordiam tuam;* quod non potes non miſereri cultoris tui, tantopere ab aliis afflicti et peſſum euntis.

18. יְהוָה אַל־אֵבוֹשָׁה *Jova, non erubeſcam;* repetitur deſiderium, ſupra Vs. 2. expoſitum, quorſum rediit. כִּי קְרָאתִיךָ *Nam invocavi te*, non meis viribus, ſed tuae potentiae, quam ſupplex invocavi, innitor, quare indignum foret, ſi a te deſererer. יֵבֹשׁוּ רְשָׁעִים *Erubeſcant potius improbi*, impios, qui me per injuriam inſectantur et exagitant, juſtius eſt confundi et erubeſcere, a te ereptum videntes, quem ſe capturos et occiſuros confide-

 bant.

bant. יִדְּמוּ לִשְׁאוֹל Conticefcant ad infernum, hoc eft, יִשְׁתְּקוּן וְיִחֲתוּן לִשְׁיוֹל fileant et defcendant in infernum, ut recte Chaldaeus verbi pragnantis vim explicavit: fac, Jova, ut iniqui mei oppreffores, qui tantopere jam tumultuantur ac faeviunt, fubito praecipites ruant ad orcum, et tumultuum finem tandem faciant. Verbum דָּמַם dicitur de eo, qui ceffat ab aliquo opere vel fermone, v. g. Pf. IV, 5. דֹּמּוּ, filete, i. e. ceffate a ftreperis veftris machinationibus, a veftris convitiis calumniisque. Ita ufurpatur de filentio confternatorum et lugentium, veluti de Aarone, Levit. X, 3. Sic Thren. II, 10. III, 28. Exod. XV, 16. Cadet fuper eos terror, יִדְּמוּ כָּאָבֶן tacebunt ficut lapis.

19. תֵּאָלַמְנָה שִׂפְתֵי־שָׁקֶר Obmutefcant labia falfitatis, tua virtute compreffa, debitisque plagis ad filentium ac pudorem redacta. Silentium vero hoc non tantum infert convitiorum paufam, verum etiam infortunii fimul immiffi grave pondus, quod iftorum hominum grandiloquentiam plane intercludat et compefcat. שִׂפְתֵי־שָׁקֶר Labia falfitatis, hoc eft, falfiloqua; pofterius enim fubftantivum adjectivi loco ponitur. Intelligere videtur eos mendaces, qui, cum fe Davidis amicos fingerent, apud Saulem illum fictis criminibus accufabant, quafi contra illum machinaretur et regnum invadere tentaret. הַדֹּבְרוֹת עַל־צַדִּיק עָתָק Loquentia contra juftum faftum, magna ex arrogantia confidentiaque dicta. Nomen עָתָק, quod proprie liberum videtur fonare (docente Arabum عَتَقَ liber fuit, bene habuit, عِتْق, libertas, liberalis vultus, forma bona, conftitutio opum), in codice Hebraeo quatuor, quibus occurrit locis, dicitur in malam partem de verbo liberiore, five faftuofo et infolenti. Ita 1 Sam. II, 3. Nolite tam fuperbe (גְּבֹהָה) loqui, nec egrediatur עָתָק infolens dictum ex ore veftro. Porro Pf. LXXV, 6. Ne exaltetis vires veftras, nec loquamini בְצַוָּאר עָתָק collo faftuofo. Denique Pf. XCIV,

CXIV, 4. *Quousque impii exultabunt, atque* יְדַבְּרוּ עָתָק *infolens proloquentur?* Chaldaeus ubique בִּדּוּפִין, *convitia*, vertit. עַל־צַדִּיק *Contra juftum*, innocentem, qui nullo impios hos facto laceffivit, nec etiam vitio quodam fuo maledicendi anfam dedit. בְּגַאֲוָה וָבוּז *Cum fuperbia et contemtu*, quod neminem verentur, omnes prae fe contemnunt, cunctis fefe fuperbe praeferunt, quicquid eis in buccam venerit contra innocentes eblaterant.

20. מָה רַב טוּבְךָ אֲשֶׁר־צָפַנְתָּ לִּירֵאֶיךָ *Quam magnum eft bonum tuum, quod abfcondifti timentibus te.* אֲשֶׁר־צָפַנְתָּ *Quod abfcondifti*, fervafti, ita ut nondum apparet neque piis, cum premuntur, neque improbis, qui illos affligunt. צָפַן eft *recondidit*, in fuum vel alterius ufum aliquid affervavit. Ita Jova juftis יִצְפֹּן *affervat* bona folida, Proverb. II, 7. Pergit nofter: פָּעַלְתָּ לַחוֹסִים בָּךְ Quod *parafti eis, qui in Te fiduciam ponunt.* Pertinent haec ad defcriptionem boni, piis a Jovae benignitate fperandi. Subaudiendum ante verbum pronomen אֲשֶׁר, quo defectu nil in Pfalmis frequentius. Verbum פָּעַל fignificat *efficere* aliquid, vel *parare*, ut Exod. XV, 17. *fedem* פָּעַלְתָּ *parafti tibi, Deus.* Pf. LXVIII, 29. *Robora, Deus, quod* פָּעַלְתָּ לָנוּ. — נֶגֶד בְּנֵי אָדָם. *Coram hominibus*, palam et frequenti hominum coetu beneficia tua piis in te exhibes, ut eorum innocentia omnibus clara et teftata fit. Lutherus haec verba ad pios retulit: *die für den Leuten auf dich trauen*, qui non clam, et in corde tantum fuo fiduciam in te fuam collocant, verum et eandem verbis factisque profitentur coram aliis. Sed prior fenfus magis videtur convenire. Eundem expreffit Chaldaeus: עֲבַדְתָּ לִסְבִרִין עֲלָךְ לְמִפְרַע לְהוֹן אֲגַר טַב קֳבֵיל בְּנֵי נְשָׁא *Facis fidentibus in te rependere mercedem bonam coram hominibus.*

21. תַּסְתִּירֵם בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ *Abfcondis eos in latibulo vultus tui*, in ipfo tuo domicilio, ubi veluti latet, occultatur, facies tua. Idem haud dubie innuit, quod Pf. XXVII, 5. dixit, בְּסֵתֶר אָהֳלוֹ, ubi vid. not. פָּנֶיךָ *Faciei tuae,*

tuae, h. e. tui ipfius. *Facies* enim frequentiffime loco pronominis reciproci, *ego*, *tu*, *ille*, ufurpatur, non Hebraeis tantummodo (vid. Exod. XXXIII, 14. פָּנַי יֵלֵכוּ *facies mea ibit*, ego ipfe praecedam; 2 Sam. XVII, 11. וּפָנֶיךָ הוֹלְכִים בַּקְּרָב, *tu ipfe inibis proelium*), verum Aethiopibus etiam et Syris. Aliis סֵתֶר פָּנֶיךָ eft *abfconfio faciei tuae*, quam interpretantur de averfione gratiae divinae. Ita Chaldaeus: *Abfcondis eos in latibulo* רוּגְזָךְ בְּעִדָּן *tempore irae tuae.* Quod Aben-Efra fequutus: *abscondis omnes timentes te, et tegumentum eorum eft, quod abfcondis faciem ab hominibus dolofis.* Haud fcio, an durius. Et Kimchi huc refert dictum Jerem. XVIII, 17. *Cervicem et non faciem eis oftendam.* Verum dictioni סֵתֶר פָּנֶיךָ in hemiftichio altero manifefte refpondet בְּסֻכָּה. מֵרֻכְסֵי אִישׁ *A confpirationibus virorum.* Verbum רָכַס fignificat *colligavit*, Exod. XXVIII, 28. XXXIX, 21., confentiente Arabico ركس, *conftrinxit.* Hinc רְכָסִים (quod nusquam alias in Codice Hebraeo recurrit) videntur effe *conjuratorum in aliorum perniciem catervae* (Gallice *Ligue*). Eadem plane ratione etiam verbum קָשַׁר, *ligavit*, ad *conjurandi* fenfum transfertur 1 Reg. XVI, 16. 20. קָשַׁר זִמְרִי, *conjurationem fecit Zimri.* Item Amos VII, 10. קָשַׁר עָלֶיךָ עָמוֹס, *conjuravit contra te Amos.* Vid. et 2 Reg. X, 9. XXI, 24. (הַקֹּשְׁרִים, *conjurati*). In eundem fenfum noftrum רֻכְסֵי אִישׁ interpretatus eft Chaldaeus: גְּדוּדֵי גִבָּרַיָּא *turmas potentium.* Sic etiam Jarchi: חבורי רשעים המתקשרים יחד להרע להם *Confociationes improborum, qui conjurati funt ad malum illis* (piis) *inferendum.* Aliis רְכָסִים funt *perverfitates, conturbationes*; quod Arabum ركس etiam *fusque deque vertit* fignificat. Huc referendus Alexandrinus, qui ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων, *a conturbatione hominum*, vertit, hoc eft, ab hominibus furentibus et concitatis, innocentium hominum fanguinem fitientibus. Syrus etiam ܕܟܘܫܠܐ, *conturbationem*, pofuit. תִּצְפְּנֵם בְּסֻכָּה מֵרִיב לְשֹׁנוֹת *Occultas*

eos

eo quaſi ſub tugurio a contentione linguarum, a jurgiis, a maledictis et probris, quae in eos jactantur, a criminationibus et cavillationibus hominum lingua valentium. *Linguae* hic intelliguntur non indiscriminatim, ſed hominum ferocium, qui *linguas inſtar gladiorum ſolent acuere*, Pſ. LV, 22. Ante בְּסֻכָּה intelligendum eſt *Caph* ſimilitudinis, quod saepiſſime omitti ſolet. Vid. Noldii *Concordantt. Particul.* pag. 378, et Gatackeri *Adverſar. poſth.* pag. 605.

22. בָּרוּךְ יְהוָה כִּי הִפְלִיא חַסְדּוֹ לִי *Laudetur Jova, nam mirabilem fecit gratiam ſuam mihi*, h. e. beneficia mihi Jova exhibuit plane ſingularia et admiranda. Verbum פלא in Niphal ſignificat proprie *ſeparatum eſſe* a rebus aliis, hinc, *ſingulare, mirabile fuit*, et in Hiphil, aliquid *mirificum facere*, ſupra et extra communem aliorum ſortem quaſi elevare, v. g. populum aliquem, Jeſ. XXIX, 14. Sic Uſias ſemetipſum mirandis operibus ſuis הִפְלִיא *reddidit eximium*, 2 Paral. XXVI, 15. Et Pſ. IV, 4. *Jova* הִפְלָה cultorem ſuum. Conf. XVII, 9. Quod ſub finem hujus commatis addidit poeta: בְּעִיר מָצוֹר, *in urbe munitionis*, ſ. munita, nonnulli, Jarchio praeeunte, ad urbem Ceilam referunt, civitatem moenibus cinctam ferisque ac vectibus munitam (ut 1. Sam. XXIII, 7. dicitur), in qua quum Davides commoraretur, Saulus eo facilius ſe eum capturum ſperabat; at ille cum divino oraculo eſſet admonitus, eluſa regis diligentia una cum ſuis evadit. Quod mihi tamen nimis argutum videtur. Comparative potius explicandum fuerit, intellecta ante בְּעִיר particula כ, ut jam Symmachus fecit: ὡς ἐν πόλει περιφραγμένῃ. Senſus igitur eſt, Jovam tam mirifica benignitate ab hoſtium vi defendiſſe Davidem, non aliter, ac ſi in urbe munitiſſima eundem concluſiſſet.

23. וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְחָפְזִי *Dixeram ego in trepidando me*, cum ex nimio periculo anxius hinc inde vacillarem,

rem, nefcius, quo me verterem. חָפַז fignificat ex anxietate *feftinare*, *trepidare*, ut Deut. XX, 3. *ne timeatis et ne* תַּחְפְּזוּ; nec non 2 Reg. VII, 15. בְּחָפְזָם, *dum trepidantes feftinarent Aramaei.* Cf. 2 Sam. IV, 4. Pf. CXVI, 11. Alexandrinus h. l. vertit ἐν τῇ ἐκστάσει μου, de quo vid. Argument. Aquila: ἐν θαμβήσει μου, Symmachus: ἐν τῇ ἐκπλήξει μου, quod Hieronymus expreffit: *in ftupore meo*, hoc eft, cum in tanto discrimine adeo animam defpondiffem, cum adeo tremore et perturbatione mentis trepidarem, ut ignorarem, quod confilii caperem. נִגְרַזְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *Exeifus fum a confpectu oculorum tuorum*, inftar arboris, fecuri, quae גַּרְזֶן dicitur (Deut. XIX, 5. XX, 19. Jef. X, 15.), proftratae, atque e confpectu tuo procul remotae, et projectae (Alexandrinus, fenfum fpectans, ἀπέῤῥιμμαι, *projectus fum*, vertit). מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *A coram*, e confpectu, *oculorum tuorum*, hoc eft de terra, quam tu confpicis. Terram enim illam, in qua arca facra Jovae erat, veteres illi, tanquam ipfius numinis domicilium, adeo magnifaciebant, ut alibi habitare inftar mortis ducerent, de qua re idem ipfe Davides cum Saulo expoftulat (1 Sam. XXVI, 19.), quod ejecerint eum, ut non habitaret in haereditate Jovae. Unde et Jon. II, 5. queritur: נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *expulfus fum a confpectu oculorum tuorum.* „Verbum גרז ἅπαξ λεγόμενον Pf. XXXI, 23., quod recte monent idem effe cum גָּזַר, quanquam hoc ipfum adeo verbum (נגזרתי) feptem codices Kennicottiani habent (totidemque de Roffiani). Arabibus quoque جزر eft *amputavit, refecuit*, plane ut جرز, vere unum idemque, literis modo transpofitis, verbum. *Refecari ab oculis Jovae* phrafis videtur duriuscula; fed meminerimus, *infulam*, *fejunctam a reliquis terram*, גְּזֵרָה, *re ectam*, dici. Forfan ergo mollius fic interpretaberis: v debar mihi in exfilium, in longe fejunctas ab oculis Jovae terras abactus, procul a Palaeftina vitam acturus."

J. D.

D. MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* pag. 352. נִגְרַשְׁתִּי, ut in Jonae loco, ſupra adducto, h. l. exhibent duo codices Roſſiani. אָכֵן שָׁמַעְתָּ קוֹל תַּחֲנוּנַי בְּשַׁוְּעִי אֵלֶיךָ *Verum tu exaudiviſti vocem deprecationum mearum, dum ad Te vociferarer*, exaudiviſti preces meas, cum ego fruſtraneas opinarer ipſe omnes meas vociferationes atque gemitus, et cum me inter homines audire vellet nemo.

24. אֶהֱבוּ אֶת־יְהוָה כָּל־חֲסִידָיו *Diligite Jovam, omnes erga eum pii*, nam אֱמוּנִים נֹצֵר יְהוָה *fidelitatem cuſtodiens eſt Jova*, quod aliqui ita explicant: *ſervat Jova fidem*, omnes ab ipſo ipſiusque promiſſionibus abeſt fucus, ſimulatio, deceptio. Sed videtur abſtractum, *fidelitas*, h. l. pro concreto, *fideles*, ſ. ſinceros, poſitum eſſe, ut Pſ. XII, 2. (vid. not. ad eum loc. Vol. I. p. 305.) et 2 Sam. XX, 19. Ita etiam noſtrum locum Chaldaeus interpretatus eſt: מְהֵימְנַיָּא נָטֵיר מִן בִּישׁ, *fideles ſervat a malo*, homines, qui veritatem et fidem colunt, Jova ab adverſis caſibus tuetur, et ab hoſtibus defendit. Sic JARCHI: שומר יי׳ את האמינים בישועתו וסומכין עליו *Cuſtodit Jova eos, qui in ipſius ſalute confidunt, atque ei innituntur.* וּמְשַׁלֵּם עַל־יֶתֶר עֹשֵׂה גַאֲוָה *Et retribuit abundanter facienti ſuperbiam.* עַל־יֶתֶר *Secundum*, ſ. *juxta abundantiam*, h. e. abunde. Ita particula עַל, plane ut Arabum عَلَى, nominibus praepoſita ſaepius *Adverbia* facit, veluti עַל־שֶׁקֶר *ſecundum falſitatem*, i. e. falſo, Levit. V, 59., עַל־נְקַלָּה, *ſecundum leve*, i. e. leviter, Jer. VI, 14. VIII, 11. Et Graeci eodem modo utuntur ſuo κατὰ e. c. *κατὰ καιρὸν, tempeſtive*, Job. V, 4.; *κατὰ κράτος, valide*, Actor. XIX, 20. Alexandrinus interpres dictionem עַל־יֶתֶר conjunxit proxime ſequenti עֹשֵׂה גַאֲוָה, dum ſic vertit: *καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν, retribuit eis, qui abundanter faciunt ſuperbiam*, ſenſu non ſatis concinno. Sed recte Maſorethae accentu

accentu conjunctivo *Merca*, ultimae vocabuli וּמְשַׁלֵּם literae appoſito, illud conjungendum eſſe cum עַל־יֶתֶר ſignificarunt, quemadmodum eam dictionem accentu ſubdistinctivo, *Rbia gereſchato*, a ſequenti עֹשֵׂה גַאֲוָה ſejunxerunt; ut ita ſit vertendum: *rependit abunde.* Faſtui eorum, qui ſuperbiam uſurpant, rependit cumulate, quod ipſi committunt ad alios. Aliam interpretationem attulit Jarchi: יֶתֶר הוא לשון באוה כמו יִתְרָה עָשָׂה פירוש וּמְשַׁלֵּם עַל־יֶתֶר ומשלם בגאוה לעשה גאוה *Nomen* יֶתֶר *ſuperbiam ſignificat, ut Jeſ. XV, 7., ſenſusque eſt, rependit ſuperbiam illi, qui ſuperbe egit.* Sed יִתְרָה illo Jeſaiae loco *abundantiam* potius i. e. opes ſignificat. Chaldaeus: *retribuit* עַל דְּרַבְּנֵי *magnatibus*, qui *operantur ſuperbiam.* Videtur יֶתֶר ſignificatione *praeminentis dignitatis* accepiſſe, qua Geneſ. XLIX, 3. pollet. Et verbum שִׁלֵּם per עַל conſtruitur quoque Joel III, 4. (al. 9.). Notione *reſidui*, qua יֶתֶר occurrit Exod. X, 5. (de reſiduo, quod a grandine evaſit), nec non Jud. VII, 6. 2 Sam. XII, 28. Jerem. XXIX, 1. Nehem. IV, 8. 13., idem nomen h. l. accepit Aben-Eſra. Verba ejus ſunt haec: יֶתֶר הנותרים מאנשים הגאוה *Nomen* יֶתֶר *denotat eos qui a ſuperbis reliqui ſunt.* Quod et Geiero placuit: „*Rependens reſiduo ſuperbe agenti*, videlicet, ut penitus porro extirpet eos; qui ex plagis praecedentibus adhuc ſunt *reſidui*, neque tamen ſuam inſolentiam deponunt, ſed innocuos porro infeſtare proterve pergunt, his pro merito operum ſumme faſtuoſorum ac crudelium rependit Jova, adeo ut de filiis hominum inſolentium vel pauci vel nulli reſtent ſuperſtites.“ עֹשֵׂה גַאֲוָה *Faciens ſuperbiam*, collective accipiendum de iis, qui faſtuoſe et contemtim alios infirmiores ſupplantant, cf. Vs. 19. *Aben-Eſra* compendioſe haec verba poſita exiſtimat pro his: עֹשֵׂה מַעֲשֵׂה בְּגַאֲוָה. Participium vero ponitur in regimine, pro עֹשֶׂה; nimirum quandoque Participia induunt naturam nominum, ac proinde eorundem imitantur

tantur conſtructionem, ut Pſ. XXVIII, 1. יוֹרְדֵי בוֹר, ubi vid. not.

25. חִזְקוּ וְיַאֲמֵץ לְבַבְכֶם *Confortamini et roboret ſeſe cor veſtrum*, animo forti et intrepido eſtote. Eandem exhortationem vid. Pſ. XXVII, 14. ubi not. conf. כָּל־הַמְיַחֲלִים לַיהוָה *Omnes, qui Jovae confiditis.* Verbum יִחֵל proprie eſt: *exſpectavit* aliquid anxie, ut pluviam, Job. XXIX, 23., hinc ſaepius de iis dicitur, qui auxilium a Jova exſpectant, ſpem ſuam in eum poſuerunt, veluti Pſ. CXIX, 45. 74. 81. XXXIII, 18.

PSAL-

PSALMUS SECUNDUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Docet, beatos illos esse, qui peccatorum veniam obtinuerunt, quod probat ex conscientiae terroribus, quibus, dum in peccato esset, urgeretur, affirmans, se a peccatorum poenis sincera confessione esse liberatum, et veniam assequutum. Inde consilium tribuit, ut, qui a malis liber et immunis esse cupiat, sponte ac libenter divinis monitis obsequatur, improbis enim mala, bona bonis Jovam dispensare.

Scriptum esse hoc carmen post veniam impetratam propter adulterium cum Bathseba et caedem Uriae (2 Sam. XII.), interpretum plurimorum est opinio satis probabilis.

1. De nomine מַשְׂכִּיל vid. Prolegom. Vol. I. p. LXIII. אַשְׁרֵי נְשׂוּי־פֶּשַׁע *Beatitudines absoluti a crimine!* beatus, cui condonatum est crimen. De nomine אַשְׁרֵי ἐπιφωνη-

ματικῶς ufurpato, vid. ad Pf. I, 1. Verbum נָשָׂא, *elevavit,* quandoque, ubi de peccatis dicitur, idem eſt, ac *condonavit,* vel, reatum aut poenam ab eo qui deliquit, abstulit, removit, veluti Num. XIV, 19. נָשָׂאתָה לָעָם הַזֶּה, item Ezech. IV, 5. 6. נָשָׂאתָ אֶת־עֲוֹן *abstulisti,* condonasti, *iniquitatem domus Judae.* Exod. XXXIV, 7. Num. XIV, 18. Mich. VII, 18. נֹשֵׂא עָוֹן. Hinc Participium Paul נָשׂוּא, quod Jef. XXXIII, 24. reperitur, et נְשֻׂוּי, mutato א in י, more verborum tertiae radicalis ה, (ut frequenter verba quiefcentia tertia litera א et tertia litera ה formas fuas ex viciſſitudine literarum אהוי folent permutare, vid. T. F. Stange *Anticritica in locos quosdam Pfalmor.* P. I. p. 159. 60.), *condonationem confequutus,* quod utrobique ponitur in regimine, more fcillicet nominum, qua ratione et dicitur בְּרוּךְ יְהוָה Genef. XXIV, 31., בְּזוּי עָם Pf. XXII, 7. חֲגֻרַת־שַׂק Joel I, 8. Conferenda eum noſtra dictione formula illa, qua Davidem abfolvit Nathan, 2 Sam. XII, 13. יְהוָה הֶעֱבִיר חַטָּאתְךָ. Oppoſitum eſt *κρατεῖν, retinere,* peccata, Joh. XX, 23. Ex quibus omnibus fponte apparet vanitas conjecturae, a Michaele propoſitae, pro נְשׂוּי reponendum eſſe נְשׁוּי, a verbo נָשָׁה, *oblivifci,* ut ſignificetur is, *cujus delicta oblivione fint tradita.* Sed recte monuit Stange l. c., formulae נָשָׁה פֶּשַׁע, *oblitus eſt delicti,* nec volam nec veſtigium in codice Hebraeo occurrere; contra vero עָוֹן et נָשָׂא פֶּשַׁע creberrime reperiri, et formulam eſſe Hebraeis inprimis folennem. Cf. praeterea infra Vs. 5., ubi eaedem quae hoc Verſu, dictiones, recurrunt, mutatis tamen perfonis. כְּסוּי חֲטָאָה *Tecti,* f. operti, *quoad peccata,* qui tegumentum veluti peccatorum eſt confecutus coram irato Jovae vultu, ne huic fcelera ulterius bilem concitent, eumque ad vindictam impellant. Eodem fenfu verbum כסה in Piel ufurpatur Pf. LXXXV, 3. כִּסִּיתָ *omnia eorum peccata.* Eadem ratio eſt phrafeos כִּפֶּר עָוֹן, de qua vid. *Excurf. II, ad Levitic.* Vol. II. Scholiorum in Pentateuch.

2.

2. אַשְׁרֵי־אָדָם לֹא יַחְשֹׁב יְהוָה לוֹ עָוֺן *Beatitudines hominis, cui non imputat Jova peccatum.* Eſt hoc loco ellipſis pronominis relativi אֲשֶׁר, qualem deprehendimus Pſ. IV, 8. VII, 16. IX, 16. XVI, 4. Verbum חָשַׁב *cogitavit*, cogitando *reputavit*, quandoque cum ל conſtructum ſignificat aliquid alteri *imputavit*, vel de ipſo cogitavit, aut cogitando *annumeravit* (ut Germani ajunt *zurechnen*, et חָשַׁב eſt *ſupputavit, numeravit*), ut 2 Sam. XIX, 20., ubi Simei ad Davidem: אַל־יַחֲשָׁב־לִי אֲדֹנִי עָוֺן, et mox ſequitur phraſis aequipollens, אַל־תִּזְכֹּר, *ne recorderis* etc., quod ipſum convenit cum Latinorum *ignoſcere*, quod eſt quaſi *non noſcere*. Geneſ. XV, 6. וַיַּחְשְׁבֶהָ לוֹ *reputavit ei* in juſtitiam. Sic in Niphal Levit. VII, 18. לֹא יֵחָשֵׁב לוֹ *non imputabitur ei* (offerenti). Jam vero *alicui non imputare peccatum*, eſt, ſic cum eo agere, ac ſi non peccaſſet, et, cum commeritus ſit poenam, non tamen illum punire, neque exigere, ut poenae poſtea ſit obnoxius. וְאֵין בְּרוּחוֹ רְמִיָּה, *Nec in cujus ſpiritu eſt dolus*, cujus animus expers eſt omnis fraudis. רוּחַ h. l. *mens*, *animus*, ut Dan. VII, 15. אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי *horruit animus meus.* Prov. XXIX, 11. *Stultus profert* כָּל־רוּחוֹ *omnem animum*, ſ. voluntatem ſuam. Ille autem, cujus animus *doli* eſt *expers*, h. l. talis eſt, qui non aliud fovet in corde, aliud profitetur ore, ſed qui ſerio et ſincere coram Jova ſua exponit delicta. Vel, qui non alium ſe ſimulat coram Deo ac hominibus, quam qualis eſt revera, qui non ſimulat ſe innocentem, quum ſit malorum ſibi conſcius. Nomen רְמִיָּה enim ſignificat *dolum*, cum aliud prae ſe fert externa ſpecies, aliud vero reconditum eſt interius, quomodo v. c. tribuitur linguae, blanda proloquenti verba Job. XIII, 7. XXVII, 4. Pſ. LII, 4. Mich. VI, 12. Alii haec ſic interpretantur, in eo *non eſſe dolum*, qui propoſitum redeundi ad peccata non habeat, animo non tegat peccandi ſtudium.

3. כִּי הֶחֱרַשְׁתִּי בָּלוּ עֲצָמָי בְּשַׁאֲגָתִי כָּל־הַיּוֹם *Cum conticui, contabuerunt oſſa meo rugitu meo toto die.* Particula כִּי ſaepiſſime quidem conjunctio cauſalis eſt, ſed

ſed tamen non raro pro adverbio temporis, בַּאֲשֶׁר, quando, *dum*, ponitur, ut Jud. XX, 22., *quando venient parentes earum;* Pſ. XXIII, 4. כִּי *quando ambulo.* הֶחֱרַשְׁתִּי *Tacui*, nimirum peccata confiteri nolens, *Vatablus* paullo aliter: dum tacitus apud me reputavi peccatorum multitudinem et gravitatem. בָּלוּ *Contabuerunt*, vigorem omnem et ſuccum nativum ex moerore diuturno amiſerunt. Verbum בָּלָה primo et proprie ſignificare videtur, *tritus, attritus fuit*, plane ut Arabum بَلِيَ, ut monuit A. Schultensius *ad Harir.* T. I. p. 47. Hinc utrumque verbum non de iis tantum, quae *uſu ac vetuſtate attrita veteraſcunt*, ut veſtibus, calceis (v. g. Deut. VIII, 4. XXIX, 5., Joſ. IX, 13., Jeſ. L, 9. LI, 6.), et aliis (ut de Sara Geneſ. XVIII, 12.) vulgo frequentatur, verum etiam de iis, quae *detrita plane abſumuntur et intereunt* adhibetur. Sic Arabum بَلِيَ de *oſſibus putredine et vermibus corroſis et abſumtis* occurrit in carminis ſatyrici, quo Mauzoun Ibn Omair perſtringit Dahmanem Celabitam, verſu hoc (a Joh. Guil. Schroedero in *Obſervatt. Philolog. Crit. in difficiliora quaedam Pſalmorum loca* Lugd. Batavor. 1781. p. 72. prolato):

تبلي عظام بني سكن اذا دفنت
تحت التراب ولا تبلي مخازيها

Conſumuntur oſſa Sacanitarum ſepulta ſub pulvere, ſed numquam conſumta interibunt eorum dedecora. Et رِمَّة بالية *os putredine abſumtum*, extat in *Hiſt. Timuri* T. II. p. 508. ed. Manger. Similiter Hebraeum בָּלָה de *homine, putredine abſumto* Job. XIII, 28., item de *carne et cute abſumta* Thren. III, 4. uſurpatur. עֲצָמַי *Oſſa mea*, praecipua vitae meae virtus et ſtabilimen. „Nimirum quia oſſa ſunt quaſi corporis humani fundamentum praecipuum,

cipuum, quibus laefis laeditur etiam corporis totius compages et motio quam maxime; ideo eadam contabefcentia funt fignum imbecillitatis infignis, imo mortis vicinae, quippe indicatur, humidum radicale ex medullis effe abfumtum, partim ex dolore praefentium, partim metu futurorum. Facit huc locus Prov. XVII, 22. *fpiritûs triftis exficcat offa*; Pf. CII, 4. *offa mea ficut cremium aruerunt.*" Geier. Cf. not. ad Pf. XXII, 16. De שְׁאָגָה vid. ad Pf. XXII, 2.

4. כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה *Nam die et nocte*, h. e. indefinenter, fine requie, תִּכְבַּד עָלַי יָדֶךָ *gravis eft manus tua fuper me*, caftigatio tua, inftar graviffimi oneris, me quotidie magis deprimebat. *Manus Jovae* h. l. denotat ejusdem plagas, tanquam ab irato patre aut hero inflictas, cujusmodi metaphora Job. XIII, 21. *manum tuam a me elonga*. Cf. Pf. XXI, 9. Pergit: נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ *everfus eft fuccus* f. humor *meus* tanquam *in ficcitatibus aeftatis*, fuccus meus vitalis adeo abfumtus eft, non aliter atque aeftivo tempore diuturnis caloribus exficcari folent plantae, ut foliis marcefcentibus et pendulis miferam prae fe ferant fpeciem. Idem queritur vates Pf. CII, 5. *Percuffum eft cor meum*, וַיִּבַשׁ כָּעֵשֶׂב *et herbae inftar exaruit*, et Vs. 12. כָּעֵשֶׂב אִיבָשׁ. Nomen לְשַׁד praeter noftrum locum femel tantummodo, Num. XI, 8., reperitur, ubi tamen ad Arabum لشد videtur referendum. vid. not. ad eum locum. Hoc noftro autem, quod extat לְשַׁד ad لَسَدَ, *fuxit*, haud dubie eft referendum, ut *fuccum* denotet. Bene Aben-Efra hanc vocem exponit הליחה החמה שבה חיי האדם *humorem calidum, in quo vita hominis confiftit*. Optime Chaldaeus: אִתְהַפִּךְ רוּטְבֵי חַיַי שַׁרְבָא דְקַיְטָא, *everfus eft humor*, f. vigor *meus ficcitate aeftiva*. Sed reliqui veteres in alia omnia abeunt. Alexandrinus ita vertit: ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν, *converfus fum in aerumnam mea* *dum*

dum configitur fpina, ut Vulgatus reddidit. Apparet, Graecum interpretem *Participium* נֶהְפַּךְ pro אֲנִי נֶהְפַּךְ accepiſſe, et לְשַׁדִּי pro לְשָׁדִי, a nomine שֹׁד, quod et Pf. XII, 6. ταλαιπωρίαν reddiderunt, ficut verbum שָׁדַד frequentiſſime per ταλαιπωρέω. Atque hoc fenfu R. *Menachemum* vocem hanc explicaſſe, monet Jarchi ad h. l. Idem fequutus eſt Symmachus, qui διαφθορὰν, et Aquila, qui προνομὴν vertit. Porro quod Alexandrinus pro בְּחַרְבֹנֵי ἐν τῷ ἐμπαγῆναι μοι pofuit, vel ideo fecit, quod dictionem Hebraeam בְּחַרְבוֹנֵי legendum exiſtimaret, mutuata fignificatione a nomine חֶרֶב, *gladium, cultrum, lanceam*, aut tale quid linguis Hebraeae affinibus, notante, vel חַרְפוֹנֵי, afcita fignificatione Syriaca *acuendi*, a nomine ܚܪܝܦܐ, *acies*. Tandem pro קַיִץ legit קוֹץ, quod ubique Graece exprimunt per vocem ἄκανθα. Syriaca hujus loci interpretatio ita fe habet: ܘܐܬܗܦܟ ܒܥܘܒܝ ܟܐܒܐ ܠܡܩܛܠܢܝ *volutus eſt in pectore meo dolor ad occidendum me.* Accepit et is literam ל in לְשַׁדִּי pro fervili, et ipfum nomen idem putavit fignificare, quod שַׁד vel שֹׁד, *uber*, in duali שָׁדַיִם, *ubera.* Ceterum videtur Alexandrinum fequutus eſſe, niſi quod fenfum hujus interpretis paullo liberius expreſſerit.

5. חַטָּאתִי אוֹדִיעֲךָ וַעֲוֹנִי לֹא־כִסִּיתִי *Peccatum meum notum tibi facio, neque operui culpam meam*, אָמַרְתִּי, *dixi*, cogitavi mecum, אוֹדֶה עֲלֵי פְשָׁעַי לַיהוָה, *confitebor Jovae delicta mea.* Verbum יָדָה in Hiphil alias femper fere de laudum divinarum celebratione dicitur, conſtruiturque modo cum nomine nudo, ut אוֹדֶה יְהוָה, Pf. VII, 18. IX, 2., modo per accuſativi notam אֶת, ut Genef. XXIX, 35. (אוֹדֶה אֶת־יְהוָה), modo per particulam ל, ut Pf. LXXV, 2. הוֹדִינוּ לְךָ *celebramus te*, Jova, nec non 2 Par. VII, 3. Pf. XXX, 5. De confeſſione proprii delicti uſurpatur praeter hunc locum tantum Proverb. XXVIII, 13. *Qui tegit peccata fua, numquam profperabitur*, וּמוֹדֶה *fed*

confitens, et derelinquens illa, mifericordiam confequetur. Conftruitur vero h. l. per praepofitionem עֲלֵי, cum qua hoc verbum in Hithpael politum reperitur eodem quo hic fenfu Nehem. I, 6. אֲנִי מִתְוַדֶּה עַל־חַטֹּאות בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל *Confiteor peccata Ifraelitarum*, et IX, 2. וַיִּתְוַדּוּ עַל־חַטֹּאתֵיהֶם *confeffi funt peccata fua.* Defignatur itaque ea particula confeffionis *objectum*, ut poftea *fubjectum*, cui fit confeffio, notatur praefixo ל. Alexandrinus pro עֲלֵי pofuit κατ' ἐμὲ *adverfus me*, ut Vulgatus reddidit, quafi עָלַי fcriptum effet. Sed inaudita Hebraeis locutio: *confiteri adverfus fe ipfum peccata.* נָשָׂאתָ עֲוֹן חַטָּאתִי *Abftulifti iniquitatem peccati mei*, h. e. juxta verfionem Symmachi, ἄνομον ἁμαρτίαν, *peccatum meum iniquiffimum*, cujusmodi exaggerationem inferre folet conjunctio fynonymorum, quam ipfam quoque peccati gravitatem hic indicari putat Kimchi, allegans *lutum coeni* (טִיט הַיָּוֵן), h. e. profundum Pf. XL, 3. Cf. Glassii *Philolog. Sacr.* pag. 84. ed. Dath. Alii: ignovifti mihi *reatum peccati mei*, poena me liberafti. In Alexandrina verfione pro verbis Hebraeis legitur ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου, unde Cappellus concludit, Graecum interpretem aliter in codice Hebraeo legiffe. Sed bene monuit Buxtorfius in *Anticrit.* p. 622., vocem καρδίας librarii haud dubie errori deberi, et reponendum effe ἁμαρτίας, quod ipfum Grabius quoque recepit. Illum errorem tamen jam longe olim in graecae verfionis codices irrepliffe neceffe eft, quum et Aethiopicus et Arabicus interpres, qui fuas verfiones ex Alexandrina fecerunt, *cordis* exprimant.

6. עַל־זֹאת יִתְפַּלֵּל כָּל־חָסִיד אֵלֶיךָ *Propterea te fuppliciter orabunt omnes pii.* Pronomen femininum זאת neutralem habet fenfum, facitque cum praepofitione על conjunctionem ratiocinativam, *quapropter, propter hanc rem*, quod ego poenitens tam benigne a te fui fusceptus. Alii: *propter hoc*, quod fequitur, ne calamitatum diluvio inundentur. יִתְפַּלֵּל *Orabit fupplex* coram te, tanquam judice,

gra-

gratiam tuam implorando; nam verbum הִתְפַּלֵּל vocabulum eſt juridicum, cum quis pronus quaſi coram *judice*, פְּלִיל, procidit, ejusque gratiam implorat, ſemper vero de precibus ad Deum uſurpatur. Vid. Pſ. V, 3. 1 Sam. II, 25. Dan. IX, 4. Verba לְעֵת מְצֹא *tempore inveniendi* Jarchi recte ita exponit: בהמצאך לְקַבֵּל תפילתו *cum tu temet inveniendum praebes ut exaudias preces ejus.* Aliter Kimchi: לעת שימצא לבו פנוי שהיה לבו שלם בתשובה *tempore quo invenitur cor ejus purgatum ita ut ſit perfectum in ſua converſione* a malo. Geierus: „tempore gratiae, dum adhuc inveniendum te praebes quaerentibus, juxta illud Jeſ. LV, 6. *quaerite Dominum* בְּהִמָּצְאוֹ *in inveniri eum*, dum inveniri adhuc poteſt." Ex quo loco tamen Schnurrerus (in *Animadverſſ. ad quaedam loca Pſalmor.* in *Diſſertatt. Philologico-Criticc.* p. 135.), intelligi putat, hebraice tum dicendum fuiſſe ſive לְעֵת הִמָּצְאָךְ, ſive לְעֵת מְצֹאוֹ אוֹתְךָ. Moleſtum praeterea eſſe illud רַק, quod, ſi pro particula habeas, quemadmodum alias uſurpatur, ſenſum minus concinnum fundat. Quam diſſicultatem Nicol. Guil. Schroeder, in *Inſtitutt. ad Fundamenta Ling. Hebr.* Syntax. Reg. XCIII. p. 402. ita removere tentavit, ut רַק hoc loco vim *nominis* proprie *tenuitatem* (ut Prov. XIII, 10. רַק בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה *tenuitas*, h. e. pauculum, *cum protervia dabit rixam*), tum, ut hic, *teneritudinem* ſignificantis, obtineat, ut verba לְעֵת מְצֹא רַק ita ſint vertenda: *ad tempus inveniendi teneram clementiam.* Quam explicationem calculo ſuo probavit Schnurrerus commendavitque hac obſervatione, Arabibus verbum رقّ, quod proprie dicitur de *re tenui* et *ſubtili*, transferri ad *teneritudinem animi*, et nomen رِقَّةٌ, רִקָּה, denotare *miſericordiam*, animique clementiam. Phraſin מְצֹא רַק itaque eodem prorſus ſenſu hic capiendam eſſe, quo alias adhiberi ſolet uſitatior formula מְצֹא חֵן, ut hoc di-

 cat

cat vates: *propterea orabunt cultores tui omnes ad te tempore impetrandae gratiae.* Attamen quum nullum aliud veftigium appareat, radicem רָקַק apud Hebraeos mifericordiae notionem obtinuiffe; praeftet, רַק et hic pro Particula habere, fed quae hic *certe, profecto*, valeat, ut Genef. XX, 11. Deut. IV, 6. et locis aliis haud paucis (vid. Noldii *Concordantt.* p. 588. ed. Tymp. No. 2.), eamque verbis proximis jungere, hoc modo: לְשֵׁטֶף מַיִם רַק רַבִּים *fane inundationem aquarum magnarum quod attinet* (ita praefixum לְ etiam ufurpatur Pf. XVI, 3. in לִקְדוֹשִׁים, vid. Vol. I. p. 378.). h. e. quando infortunia vel afflictiones vehementes ingravefcent. Per *aquas* innuuntur pericula fubita, rapida, evafionem praecludentia, quaeque aliquem infperato et penitus abfumere minantur, vid. Pf. XVIII, 17. LXVI, 12. LXIX, 1. 2. Jef. XXVIII, 2. Ezech. XXVI, 19. Nomen שֶׁטֶף denotat *inundationem* fubitam ac vehementem, ut Nah. I, 8. Jova iratus בְּשֶׁטֶף *inundatione confummationem faciet loci ejus.* Cf. Job. XXXVIII, 25. Proverb. XXVII, 4. Dan. IX, 27. — אֵלָיו לֹא יַגִּיעוּ *Ad eum non pertingent;* fi ad Jovam confugerit pius ejus cultor, non modo non punietur ob peccata, quae imprudens commiferit, fed, etiamfi orbis diluvio quafi calamitatum inundaretur, liber tamen ipfemet evadet, tanquam in rupe inacceffa collocatus.

7. אַתָּה סֵתֶר לִי *Tu latibulum mihi es*, parem mihi praeftas ab omnibus adverfitatibus immunitatem, qualem ab aeftu folis vel impetu irruentium turbinum, imbrium aut aquarum praeftat סֵתֶר, *latibulum*, contra ejusmodi tempeftates probe communitum, Jef. XXXII, 2. Pf. XXVII, 5. — מִצַּר *Ab hofte*, vel hoftili anguftia, utrumque enim hoc nomine exprimitur. Pofterius elegit Chaldaeus, qui מִמְעִיקָא pofuit. תִּצְּרֵנִי *Cuftodis me*, ne mihi, qui protectioni tuae, ceu afylo, confido, vim queat aliquis inferre, five qua corpus, five qua animam, famam aut bona cetera. Nota paronomafiam in *mizzar tizzereni;* fic Pf. XXVI, 16. וְעָנִי אָנִי. Alexandrinus: σὺ μοῦ εἶ

κατα-

καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με, *tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me*, ut Vulgatus reddidit, contra interpunctionem Hebraeam, ubi Sarka primam facit inciſionem: *tu refugium mihi es*, hinc ſequitur demum: *ab hoſte me cuſtodis.* Pro תִּצְּרֵנִי vero Alexandrinus enuntiavit תְּצָרֵנִי, a צוּר, *preſſit.* רָנֵּי פַלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי *Cantionibus* ſ. jubilis *liberationis circumdas me*, auxilium mihi exhibendo, copioſam ſimul ſuggeris undiquaque materiam, pluribus te concelebrandi jubilis ac hymnis. Vel: ferendo opem ſingularem, facis, ut gratulationibus populi jubilantis ſaluter. Forma nominis רָנֵּי pluralis nusquam alias in V. T. reperitur; ſingularis ad praeceptum regulae eſſet רֹן, *jubilum*, a רָנַן, *jubilavit*, Pſ. V, 12. Convenit cum רִנָּה, *cantus*, Pſ. C, 2. LXIII, 6. *Iubila* vero פַּלֵּט, *liberationis*, ſunt talia, quae liberationem e magno periculo ſequi ſolent. Infinitivus *Piel* hic iterum induit naturam nominis, ut מְצֹא Vs. 6. Senſus: gaudiis, quibus gaudere ſolent e manibus hoſtium elapſi, me afficis. תְּסוֹבְבֵנִי *Circumdas me*, largis me circumfundis gaudiis, ut ex omni parte, quocunque me vertam, amplam te celebrandi habeam materiam. Alexandrinus: τὸ ἀγαλλίαμά μου λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με, quod Vulgatus reddidit: *exultatio mea, erue me a circumdantibus me*, ac ſi in Hebraeo hoc modo ſcriptum eſſet: רָנִּי פַלְּטֵנִי מִסּוֹבְבָי. Sed noſtrum textum bene expreſſit Chaldaeus: בְּיִצְרַת שֵׁיזָבוּתָא תְּחוֹרְנַנִי *exultatione evaſionis me circumdas.* Dehinc, interpoſita pauſa, סֶלָה (vid. Prolegom. Vol. I. p. LX.), aut modulationis muſicae mutatione, ad aliam formam ſermonis tranſit, et benevoli monitoris perſonam aſſumit.

8. אַשְׂכִּילְךָ *Erudiam te*, „ſcilicet peccatorem, qui in pari mecum haerens impoenitentiae periculo, non vis ad Deum humiliter confitendo appropinquare. Loquitur vero David hoc loco tanquam de venia jam certus, adeoque, gratitudinis loco, a Deo benigno ſe convertit ad proximum, cujus ſe informatorem conſtituit, quod patet

inter

inter cetera ex loco parallelo Pf. LI, 15., ubi in fimili poenitentiali Pfalmo informatorum fe dicit praevaricantes. Minus commode proinde alii haec dici cenfent in perfona Dei ipfius." Geier. וְאוֹרְךָ בְּדֶרֶךְ־זוּ תֵלֵךְ *Et monftrabo tibi viam, qua ambules*: De formula הוֹרָה בְּדֶרֶךְ vid fupra Pf. XXV, 8. 12. זוּ h. l. *illa, quam*, pronomen enim hoc demonftrativum quandoque inclufum geftare relativum, vel pro eo poni, monuimus fupra ad XXXI, 5. — אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי *Confulam* tibi et ponam *fuper te oculum meum*, ipfe difpiciam, quid tibi conducat, quo iter tuum dirigas. Verbum יָעַץ cum עַל junctum alias *adverfum* f. *inimicum confilium* denotat, quod contra aliquem capitur (vid. 2 Sam. XVII, 21. Jef. VII, 5. XIX, 17. XXIII, 8. Jerem. XLIX, 30. Pf. LXXXIII, 4.); fed h. l. illo verbo includitur fignificatio verbi שׂוּם, *pofuit*, et verba ita funt accipienda, ac fi plene fic effet fcriptum: אִיעָצְךָ וְאָשִׂים עָלֶיךָ עֵינִי. Suffixum perfonae fecundae in עָלֶיךָ fimul ad verbum אִיעֲצָה eft referendum (id quod Maforethae eo, quod utramqae vocem accentu *Tiphcha* conjunxerunt, fignificare voluerunt, dicitur enim אִיעָצְךָ, *confulam tibi* Exod. XVIII, 19. Num. XXIV, 14. Jerem. XXXVIII, 15.), et verbum שׂוּם latet in praepofitione עַל, qua quidem dicendi formula nil ufitatius eft apud Hebraeos. Ita Exod. XXVII, 20. Num. XIX, 2. *Praecipe Ifraelitis* וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ *ut fumant* (et *adducant*) *ad te*, ubi *adducendi* fignificatio in praepofitione אֶל latet. 2 Paral. XXXII, 1. וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו, *juffit perfringi*, expugnari, *eas* (urbes munitas) *ad ipfum*, h. e. juffit expugnari urbes et adjungi ad ipfius imperium (add. Jef. VII, 6.). Jerem. XLI, 7. וַיִּשְׁחָטֵם אֶל־תּוֹךְ הַבּוֹר *Jugulavit eos* et projecit (vid. Vs. 9.) *in foveam*. Exempla fatis multa conftructionis hujus praegnantis, quam et *metalepfin* vocant, feu *fynthefin*, reperies in Glassii *Philol. S.* p. 185. ed. Dath. J. A. Danzii *Interpr. Ebraeo-Chald.* pag. 418. §. 181. ed. Tympe, et in Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* pag.

pag. 425., quorum tamen nullus noftri loci meminit, quem omnes adhuc interpretes mire detorferunt, quod obliti erant, illam dicendi formulam hic locum habere. Sed rectam interpretationem vel Chaldaeus eos docere poterat: אֲמַלְכִנָּךְ וְאֲשַׁוֵּי עֲלָךְ לְטָבָא עֵינַי *Confulam tibi et ponam fuper te benigne oculum meum*, h. e. benigne te refpiciam, tui curam geram. Id enim denotatur locutione: *oculum fuper aliquem ponere.* Plena phrafis extat Genef. XLIV, 21. ubi Jofephus de Benjamine: אָשִׂימָה עֵינִי עָלָיו. Jerem. XXIV, 6. Jova Ifraelitis promittit: וְשַׂמְתִּי עֵינִי עֲלֵיהֶם לְטוֹבָה, *benigne eos refpiciam.* Et Jer. XL, 4. Nebufaradan prophetae dicit: *Veni mecum Babylonem,* וְאָשִׂים אֶת־עֵינִי עָלֶיךָ *tui curam geram.* Alexandrinus pofterius verfus noftri incifum fic reddidit: *ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου, firmabo fuper te oculos meos*, ut Vulgatus vertit. Vocis אִיעֲצָה radicem fecerunt עָצָה, et ei hanc fignificationem attribuerunt. Sic Proverb. XVI, 30., ubi in Hebraeo legitur עֹצֶה עֵינָיו, quod noftri reddunt, *claudens oculos fuos ad excogitandum perverfitates*, Alexandrini habent: *στηρίζων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, firmans oculos fuos cogitat perverfa*; folemus enim cum quidpiam attentius animo volvimus et cogitamus, premere oculos et palpebras contrahere. Quare et hoc loco *claudere oculos* Graeco interpreti eft, *firmare oculos* in aliquam rem vel perfonam ideo, ne mens variis objectis in alia vagetur, fed in rem praefentem tota fit intenta.

9. אַל־תִּהְיוּ כְּסוּס כְּפֶרֶד *Ne fitis inftar equi, inftar muli*, vos peccatores, quos criminum admiflorum non poenitet. Eft hic enallage numeri; praeceflerat enim fingularis, fequitur pluralis, cujusmodi numeri permutationem frequentiffimam effe poetis Hebraeorum, faepius jam vidimus, e. g. Pf. XIV, 1. Praeterea h. l. eft afyndeton, quale Pf. XXXV, 14. כְּרֵעַ כְּאָח לִי *quafi amicus quafi frater mihi fuifti.* Cum *equis* autem et *mulis*, qui

qui nonnumquam recalcitrant, et vix domari poſſunt, poeta comparat homines ferocientes, qui negligunt ſuum herum, Deum, neque ei obtemperare et parere volunt. אֵין הָבִין Quibus *non eſt intellectus*, qui ratione carent, atque recti et honeſti nullum habent ſenſum, admonitionibus nullum relinquunt locum. Infinitivus, הָבִין, nominis vicem h. l. gerit (ut Vs. 6. מְצֹא, et Vs. 7. פַּלֵּט), ac ſi ſcriptum eſſet: אֵין בִּינָה לָהֶם; deeſſe enim pronomen relativum, per ſe patet. Sic Pſ. XL, 6. *Opera tua mirifica*, אֵין עֲרֹךְ *quae recenſeri nequeunt.* בְּמֶתֶג־וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם Qui *cum freno et capiſtro, ejus ornatu conſtringi, ſive obturari debet*, h. e. apparatus talium brutorum ſemper ſecum habere neceſſe eſt dura ſrena aut lupata, quibus os probe conſtringendum, ut facilior ſit horum ſubjugatio. עֲדִי *Ornatus* h. l. ſignificat omnem illum apparatum (חִקּוּן. ut recte Chaldaeus vertit, quum ea vox non ſolum *ornatum*, ſed omnem omnino *apparatum* deſignet), quo equi aut muli inſtruuntur, ephippia, lora, clitellas, tegmina, in quo ornatu tamen numquam deeſſe debent et ea inſtrumenta, quibus ferox illorum brutorum natura domari poſſit, hoc eſt *frenum*, מֶתֶג (vid. Prov. XXVI, 3. 2. Reg. XIX, 28. Jeſ. XXXVII, 29.), et *capiſtrum*, רֶסֶן, quod alii *lupatum* vertunt, minus recte. Arabibus رَسَنَ, *eſt capiſtro*, ſive, *fune, qui naſo incumbit, conſtrinxit equum*, et رَسَنٌ in Lexico, cui *Camus* (Oceanus) nomen, explicatur الحبل وما كان من زمام على انف; *funis, et praeſertim quod de capiſtro incumbit in naſum.* Extat praeter noſtrum locum Job. XXX, 11. XLI, 4. Jeſ. XXX, 28. — לִבְלוֹם *Conſtringendum eſt*, ſcil. os, alioquin mordens, quippe equus non modo non obſequitur, ſed et trahere volentem mordendo vel calcitrando laedit. „Verbum בָּלַם, *ligavit*, ἅπαξ λεγόμενον, ſoli ſub hac ſignificatione habent

habent Aramaei, Arabes fub aliis. *Ligandi* generalem fignificationem, huic loco egregie aptam, Judaei ex lingua Mifchnica fumferunt, a Judaeis Lexicographi; recte, ut mihi videtur, confirmat enim eam Syriafmus, cui verbum ܒܠܡ eft *obligare os* bovis triturantis (Deuter. XXV, 4.), indeque *ad filentium redigere,* Marc. I, 25. in Philoxeniana verfione, nomenque ܒܠܡܐ, pro *freno labiis indito* ponitur 2 Reg. XIX, 28. Jef. XXXV 29, itemque pro חָח *annulo per nafum cameli aut bubali trajecto,* Ezech. XIX, 4." J. D. MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. Hebr.* pag. 184. ל Infinitivo praemiffum hic ut alias haud raro, *debitum* exprimit, ut Jerem. LI, 49. גַּם־בָּבֶל לִנְפֹּל *etiam Babel debet cadere,* Vid. et Jef. V, 4. Hof. IX, 13. בַּל קְרֹב אֵלֶיךָ *In non appropinquando ad te,* quando non appropinquare vult ad *te,* renititur tibi. Eft ante בַּל praefixum ב fubaudiendum, quod ante ב faepe omittitur: *ob,* vel *in non* accedere, i. e. *dum,* vel, *quod non accedunt ad te.* Alii, ut Kimchi, Aben-Efra, Salomo Melechides in Michlal Jophi, et poft eos BUXTORFIUS in *Thefauro Grammat.* p. 545. et GLASSIUS in *Philolog. S.* 407. ed. Dath. praefixum ל ante בַּל omiffum putant, atque phrafin לְבַל־קְרֹב explicant שֶׁלֹּא יִקְרוֹב, *ne appropinquet ad te,* laedendi caufa. Addunt, hoc modo Infinitivum per enallagen poni pro futuro, quum alias particula בַּל Infinitivo non foleat praeponi. Sed recte Geierus monet, priorem fenfum magis convenire cum fcopo vatis, qui fit, fuadere obfequentem appropinquationem ad Deum, voculam בַּל autem faepe tantumdem valere ac בְּלִי, *absque,* et fortius negare, veluti Jef. XLIII, 17. *jacebunt,* בַּל־יָקוּמוּ *nequaquam refurgent,* vid. Pf. XXX, 7. Proverb. XXIII, 7. 35. Atque fic et hoc loco: quibus os conftringere cogeris quum nequaquam appropinquare vult ad te. Frenum praeterea et capiftrum equorum mulorumque ori non tam in hunc finem in-

induuntur, ne mordeant, quam ut regi et domari poffint. Ceterum אֵלֶיךָ imperfonaliter dictum effe, vix eft, quod moneamus. Alii hunc Verfum aliter explicant, verba vel diverfa, ac Maforethae fecerunt, ratione diftinguendo, vel vocibus quibusdam novas fignificationes affingendo. Ex quibus interpretationibus potiores tantummodo memoraffe fufficiet. Schnurrerus in *Animadverff. ad quaedam loca Pfalmorum* in *Differtatt. Philologico-Criticis junctim editis* p. 139. hujus Verfus verba hoc modo cenfet ordinanda:

אַל תִּהְיוּ כְּסוּס כְּפֶרֶד
(אֲשֶׁר) אֵין הָבִין בְּמֶתֶג
וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם
בַּל קְרוֹב אֵלֶיךָ:

Ne ftis inftar equi mulique, qui freno numquam eruditus, aut capiftro ornatus ad conftringendum, haud cuiquam appropinquare audet. „Hoc fenfu fi verba accipiantur," pergit V. C., „facile apparet, fermonem non effe de univerfo equorum genere, fed tales praecipue innui, qui cum in agris fint, feroces, nondum domiti mafuefactique, reformident homines, eorumque confpectui fefe fubducant. Atque fic demum lucet elegantia ac fummâ proprietas imaginis a facro poëta adhibitae. Dixerat enim, fe peccatorum confcientia perterritum extimuiffe Deum atque ab eo refugiffe, non fine incredibili animi angore cruciatuque; poftea vero, cum ad eum acceffiffet humiliter culpam confeffurus veniamque petiturus, clementiffime ab eo habitum, moxque in priftinam gratiam receptum fuiffe. Hujus igitur tanti beneficii gratiffimo fenfu perfufus monere inftituit homines, nolint Deum cum maximo fuo damno refugere et reformidare, utiturque hac in re fimilitudine equorum mulorumque, quorum vetat imitari mores atque indolem. Ejusmodi itaque equos intelligat neceffe eft, quales diximus; alienos nempe ab hominum confuetudine, et frenum numquam expertos, quibus profecto nihil

cogi-

cogitari poteft ad hanc rem accommodatius.“ Eadem diftinctio et fententia placuit Dathio, nifi quod is nomini עֶדְיוֹ poft *Aben-Efram et Kimchium* fignificationem *maxillae* tribuat, ex Pf. CIII, 5., quae metonymice pro *ore* dicatur. Verfionem exhibet hanc: *Ne fitis inftar equi aut muli, qui aut freno numquam domitus, aut capiftro ori injecto, conftrictus, tractari nullo modo poteft.* Verum illa *maxillae* notio ficta prorfus eft, et omni caret ufu linguarum cognatarum. J. D. Michaelis in *Supplemm. ad Lexx., Hebrr.* p. 1835. hebraeum עֶדְיוֹ explicandum cenfet ex Arabico غَدَا (pro غَدَوَ), quod cum derivatis fuis de *matutino tempore* dicitur, a quo Hebraeis pro *juventute* ufurpatum credit, quemadmodum et שַׁחֲרוּת *diluculum*, Cohel. XI, 10., de *juvenili aetate* dicatur (ex quorundam opinione). Hinc verba בְּמֶתֶג וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם ita reddit: *quorum juventus freno et capiftro coercenda eft.* Praeeuntem habet Syrum interpretem, qui pariter vertit: *quos freno domant* ܡܢ ܛܠܝܘܬܗܘܢ *a juventute fua.* De qua tamen interpretatione recte, noftro judicio, Schnurrerus l. c. hanc dixit fententiam: „illud ipfum loquendi genus, quo dicitur עֶדְיוֹ סוּס לִבְלוֹם *juventus equi freno coërcenda*, parum elegans videtur et congruum; fi vero עֶדְיוֹ dictum effe debeat pro בְּעֶדְיוֹ, five מִן־עֶדְיוֹ, veremur, ne durior fit ejusmodi ellipfis, quam ut facile admitti poffit.“ Sed multo longius a recepta legendi et diftinguendi ratione difcedit Muntinghe, qui verba Hebraea disponit et interpretatur hoc modo:

אַל תִּהְיוּ כְּסוּס כְּפֶרֶד
אֵין הָבִין בְּמֶתֶג וָרֶסֶן עֶדְיוֹ
לִבְלוֹם בַּל קְרֹב אֵלֶיךָ׃

Ne fis inftar equi mulive, qui in curfu fuo nec frenum curat, neque capiftrum, et prae libidinis fervore ad te appropinquare recufat. Nomen עֶדְיוֹ confert cum Ara-

Arabico عَلْوٌ *curſus equi*, בְּלוֹם vero cum بلم, *libidine fervens admiſſarium appe'ivit camela.* Verum quum עֲדִי ceteris, quibus occurrit, locis indubitato *ornatum* valeat (vid. 2 Sam. I, 24. Jerem. II, 32. IV, 30. Ezech. XVI, 7. Exod. XXXIII, 4.), בְּלוֹם vero multo aptius ex Aramaea dialecto explicetur; retinenda omnino videtur ea, quam ſupra dedimus, textus recepti interpretatio, quae ſenſum adeo concinnum fundit, ut appareat, lectionem et receptas vocabulorum ſignificationes plane praeter neceſſitatem turbari. Patronum praeterea noſtrae interpretationis habemus Chaldaeum, qui integrum Verſum ſic vertit: לָא תֶהֱוֹן כְּסוּסְיָא וְהֵיךְ כוּדְנָא דְלֵית לְהוֹן בִּיוּנָא בִּזְמָמָא וּבִפְרוּמְבְיָא תַקּוּנֵיה לְאִתְחַסָּמָא כַחֲדָא לָא יִתְקְרֵב לְוָתָךְ: *Ne ſitis inſtar equi et inſtar muli, quibus non eſt intellectus; cum freno et capiſtro apparatus ejus ad conſtringendum, ſimulac non appropinquat ad te.*

10. רַבִּים מַכְאוֹבִים לָרָשָׁע *Multi dolores impio*, multis doloribus impius excruciatur, partim in animo, conſcientiae morſibus, partim in corpore, poenis a Deo vindice immiſſis. וְהַבּוֹטֵחַ בַּיהוָה חֶסֶד יְסוֹבְבֶנּוּ *Sed ſperantem in Jovam gratia cinget. Sperans in Jovam* h. l. ſignificat hominem, qui quum a Jova ſolo omnia bona exſpectet, omnem impietatem averſatur. *Fiducia* in Jovam igitur per ſynecdochen totum complecitur ejus cultum, quemadmodum alias *timor Jovae.* Nominativus הַבּוֹטֵחַ hic rationem habet membri integri, q. d. *ſperantem in Jovam* quod attinet, *gratia complectetur ipſum*, vel affixum redundat, cujus conſtructionis exempla vidimus Pſ. XI, 4. X, 5. 14.

11. שִׂמְחוּ בַיהוָה *Laetamini de Jova*, patrono et protectore veſtro, de cujus gratia certi eſtis. וְגִילוּ צַדִּיקִים *Et exultate, probi!* gaudio ſcilicet inſigni, ubi non tantum cor internus hilaritate repletum eſt, verum et externa corporis membra laetabundis geſtibus eandem exprimunt.

primunt. וְהַרְנִינוּ *Et cantate*, Dei tam gratiofi et mirabilis laudes hymnis depraedicando. Verbum רָנַן (de quo conf. ad Vs. 1. Pf. fequ.) in Conjugatione Hiphil quandoque eft tranfitivum, ut Job. XXIX, 13. *cor viduae* אַרְנִין *cantare faciebam*; Pf. LXV, 9. תַּרְנִין, *facis, ut canlent egreffus matutini.* Aliquando tamen fignificationem conjugationis Cal retinet, ut Deut. XXXII, 43. הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ *Celebrant gentes populum ejus*; Pf. LXXXI, 2. הַרְנִינוּ לֵאלֹהִים *Laudate Deum, fortitudinem noftram.* Sic כָּרַת et הִכְרִית eft *exfcidit*; בָּזָה et הִבְזָה *contemfit.* כָּל־יִשְׁרֵי־לֵב *Omnes recti corde*, h. e. qui fincere Deum colitis, non animo duplici vel fucato; opponuntur hi illis, *in quorum corde dolus*, fupra.

PSAL-

PSALMUS TERTIUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Hymnus eſt, qui celebrat laudes Jovae Opt. Max. Principio poeta pios homines hortatur ad Jovam laudibus celebrandum, tribus primis verſiculis. Deinde exhortationis ſuae rationes reddit, easque potiſſimum petitas ex conſideratione naturae Dei ipſius, et ex virtutibus ejus, fidelitate, juſtitia, bonitate; qua in re ſequentes duos verſiculos conſumit. Inde traducit animum ad contemplationem potentiae Numinis, quae laudum uberem materiam, timoris atque reverentiae cauſſam apertam ac vehementem ſuppeditat. Potentiae autem illius argumentum ducit ex creatione rerum, quae ſolo verbo Dei facta eſt. Verſu decimo et undecimo de providentia Dei diſſerere incipit, et ejus conſilia cum conſiliis hominum comparat, ac divinis quidem immotae firmitatis laudem tribuit, humanorum vero, cum ea Deo diſſipare libet, vanitatem et imbecillitatem oſtendit.

dit. Poſt ea paulo de eadem providentia ſpecialius tractat, cum quatenus verſatur in procuratione hominum generatim, tum quatenus ſingularem quandam curam eorum ſuſcipit qui in Deo fiduciam ſuam collocant; atque id perſequitur usque ad Verſum decimum nonum. Denique profitetur, et reliquos pios populi Iſraëlitici eſſe in eo numero, quocirca ſperat, omnia bona ſibi obventura eſſe ex bonitate Dei, cujus beneficia vehementer expoſcit.

Eſt hic Pſalmus ita planus per ſe, ut prorſus ſupervacaneum videatur, auctorem atque occaſionem illius propriam quaerere. Eorum tamen in gratiam, quibus ejusmodi conjecturae placent, apponam, quae Esrom. Rudingerus hanc in rem diſſerit. „In hebraeo, inquit, nihil eſt praeſcriptum tituli loco, et inſuper clauſulam praecedentis Pſalmi initio reſumit, neque tamen ideo peculiaris et a praecedente diſtinctus Pſalmus eſſe deſinit, ſicut ſupra de decimo perperam ratiocinati ſunt aliqui. Quia vero titulo caret, ideo pro Davidico an habendus ſit, fortaſſe dubitaverit aliquis, cum quidem quid inſcriptionibus tribuendum ſit, de multis argumentis appareat. Ne quid tamen diſſimulem, recedere nonnihil videtur a formula Davidica. Habet quaedam communia, vel eadem prorſus cum Pſalmo CXLVII., itemque cum LXXXIX., quorum et ipſorum neuter eſt Davidicus. Itaque

que ſuſpicor, victoriae alicujus partae hoc eſſe epinicium, ſive Joſaphaticae illius magnae adverſus Ammonitas, quo tempore apud poſteritatem maxime floruiſſe, vel refloruiſſe potius Pſalmodiae videntur, vel Machabaeae alicujus, Antiochico tempore, Judae et ſucceſſorum. Poſſemus et de templo ſecundo ſuſpicari, quando hoc conſecratum, et arca inſtaurata in ea collocari coepit factum Pſalmum eſſe. Ita eſſet σύγχρονος XCVI, usque ad CI., et omnibus qui ſunt a CXLVI. usque ad finem libri Pſalmorum. Videtur tamen veriſimilius victoriae alicujus occaſione factum eſſe, ut aggregetur Pſalmo XCII., XCIII., et XCV., item ad LXXV., LXXVI., et LXXVII. (ex quibus tamen alicui etiam Davidici eſſe poſſunt). Sed videtur Joſaphatici potius temporis eſſe hic, quam Machabaei. Graecus liber tamen Davidis nomen huic Pſalmo praeſcribit, cujus qui eſſe eum credit, is quaerat, cui tempori et victoriae ejus Pſalmum accommodet, et an Abſalonicis ſeditioſis victis iſta canere potuerit, et an ſit Davidicae formulae, etiamſi inter Abſalonicos hoc loco ſuo ponitur."

---

1. רַנְּנוּ צַדִּיקִים בַּיהוָה *Canite, o boni, Jovam.* Verbum רָנַן eſt *fortiter exclamavit* (Arab. رَنَّ *vociferatus fuit*), ſive ex tripudio, gratulatione et laude, ſive ex moerore; quomodo etiam R. *Nathan* in *Concordant. Hebr.*

'Hebr. ait, usum ejus esse לשיר או לזעקה וכרוז או לאבל, *ad cantum aut vociferationem, aut proclamationem, aut ad luctum.* De *luctu* namque usurpatur Thren. II, 19., de *laude* vero ac *jubilis* laetantium, cf. Jes. XLIX. 13., Job. XXXVIII, 7. de coelis laetantibus, cf. Jes. LXV, 14. Zephan. III, 14. Unde et Alexandrini reddiderunt modo *εὐφραίνομαι, χαίρω, laetor, γαυριάω, glorior,* (Job. XXXIX, 23.), modo *ἀγαλλιάω*, ut hoc loco. Chaldaeus: שַׁבַּחוּ, *laudate.* Aben-Esra: השמיעו קול, *edite vocem.* בַּיהוָה Chaldaeus recte vertit קֳדָם יְיָ, *coram Jova*, particula ב enim haud raro *coram* interpretanda est (utpote quae determinat objectum actionis, ad quod dirigitur, ut eandem *in* se recipiat), veluti 2 Reg. IV, 16. אַל־תְּכַזֵּב בְּשִׁפְחָתֶךָ *Ne mentiaris coram ancilla tua;* Zach. III, 6. וַיָּעַד מַלְאַךְ יְהוָה בִּיהוֹשֻׁעַ *et testatus est angelus Jovae coram Josua, dicendo,* etc. — לַיְשָׁרִים נָאוָה תְהִלָּה *Rectos decet laudatio.* יְשָׁרִים, *recti*, sunt illi, qui Jovam animo sincero colunt, qui supra Ps. XXXII, 11. יִשְׁרֵי־לֵב dicuntur.

2. הוֹדוּ לַיהוָה בְּכִנּוֹר *Celebrate Jovam cum cithara,* ut tanto gratior auribus hominum fiat haec celebratio, ut eo potentius etiam spiritus in auditoribus excitentur, adhibete insuper instrumenta musica, quale est כִּנּוֹר, „quod nomen cum ipsa re, instrumento musico Asiatico, in Graecam linguam receptum: *κινύρα*. Sic et vertere solent Alexandrini in libris Regum ac Nehemiae; in aliis, Jobo, Psalmis, Jesaia, plerumque *κιθάραν*, quae synonyma sunt. Pro chordis, ut copiose docuit Spanhemius in notis ad Callimachum, fila olim ex lino fuerunt, hinc et nomen dictum videtur, a Syriaco ܩܢܒܐ, *cannabis;* cannabinis forte filis Asia primum usa. A *Psalterio* (עֻגָּב) quomodo differat cithara, optime disces ex *Spanhemii* Observationibus in Callimachum, a pagina inde 466.; *cithara* plectro pulsatur, Psalterium digitis psallitur. Sic et Josephus, nisi quod et aliud discrimen

 addit

addit (*Antiqq.* VII, 12, 3.): ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξεμμένη, τύπτεται πλήκτρῳ, ἡ δὲ νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται. De chordarum numero diverſo quae habet, ſuspecta; utrumque inſtrumentum jam plures habebat, jam pauciores, ut ex Spanhemio diſces: *nablium* certe *decachordum* Pſ. XXXIII, 2. CXLIV, 9. (נֵבֶל עָשׂוֹר, ſecundum Alexandrinos ψαλτήριον δεκάχορδον) Joſephi aſſerto contrarium." Haec J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1314. Plura vide in A. F. Pfeifferi libro *de veterum Hebraeor. re muſica*, vernacule ſcripto (Erlang. 1779. 4.) pag. XXVII—XXXII. Quod autem Michaelis noſtro loco נֵבֶל עָשׂוֹר ita conjungit, ut unum utroque nomine inſtrumentum ſignificetur, in eo falſus eſſe videtur, nam diſtincta haec fuiſſe inſtrumenta, נֵבֶל et עָשׂוֹר, conſtat ex Pſ. XCII, 4., ubi dicitur: עֲלֵי־עָשׂוֹר וַעֲלֵי־נָבֶל. Itaque quod hic נֵבֶל עָשׂוֹר ponitur, aſyndeton eſt, quale obſervavimus ſupra Pſ. XXXII, 9., et quale in his ipſis nominibus occurrit Pſ. CXLIV, 9. בְּנֵבֶל עָשׂוֹר *cantabo tibi.* Atque נֵבֶל quidem *utris* figuram habuiſſe, non ſine veri ſimilitudine colligunt ex ipſo nomine, quod *utrem* ſignificat; chordis vero inſtructum fuiſſe, aſſerit Joſephus, in loco ſupra a Michaële allato. Et plura hujusmodi inſtrumenta muſica, quibus utraque haec nota convenit, tam apud Graecos memorata, quam hodienum ab illis, qui regiones auſtrales inviſere, deſcripta reperiri, oſtendit Pfeifferus, l. c. p. XXIII. ſequ. עָשׂוֹר nomen eſt numerale, ſignificans *Decem*; ter tamen accipitur pro inſtrumento muſico, Pſ. XCII, 4., CXLIV, 9., et hoc loco. עָשׂוֹר vero a נֵבֶל ita differre exiſtimant, ut hoc duodecim, illud decem chordis inſtructum fuerit. Cf. Pfeifferum l. c. pag. XXVI.

3. שִׁירוּ־לוֹ שִׁיר חָדָשׁ *Canite ei canticum novum*, quod aliqui intelligunt quaſi renovatum, inſtauratum, et conſequenter continuum. Alii vero, quos probabilius ſentire puto, *novum*, admirabile, non adhuc auditum, inſolitum, interpretantur. Cf. Pſ. XCVI, 3., CXLIX, 1.

Sie

Sic Apocal. V, 9. XIV, 3. *Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν, καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδήν.* At vero Cap. XV, 3. qui vicerunt beftiam *ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως δούλου τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου*, quafi et vetus canticum, et novum. הֵיטִיבוּ נַגֵּן *Benefacite pulfare*, h. e. bene, fuaviter et diligenter pulfate. Prius verbum adverbii naturam induit, ut Hof. XI, 9. אָשׁוּב לְשַׁחֵת, *redibo ad perdendum*, h. e. iterum perdam. Genef. VIII, 21. et Jon. II, 5. לֹא אוֹסִיף לְקַלֵּל *non ulterius maledicam.* Referendum huc 1 Sam. XVI, 18. אִישׁ מֵיטִיב לְנַגֵּן, *vir benefaciens pulfando*, pro, optime pulfans. בִּתְרוּעָה *Cum clangore*, h. e. ut dulcis ille fonus audiatur eminus, tantoque magis afficiat alliciatque audientes. Cf. de voc. תְּרוּעָה ad Pf. XXVII, 6. Alexandrinus: *καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ*, *bene pfallite ei in vociferatione*, ut Vulgatus vertit. *Vociferationem* autem intellexiffe videtur populi acclamantis et refpondentis fonum (id enim proprie fignificat *ἀλαλαγμός*), cum illud bene pfallere et fcite citharam pulfare, cantorum effet. Exemplum hilaritatis hujusmodi fonorae ac devotae eft Efrae III, 10. 11. feqq., cum fundato templo Levitae decantaffent inter inftrumenta mufica Jovae laudes eadem verba repetens populus vociferatus eft.

4. כִּי־יָשָׁר דְּבַר־יְהוָה *Nam rectum eft verbum Jovae.* דְּבַר־יְהוָה Aben-Efra et Kimchi interpretantur *decreta Dei*, quibus orbem adminiftrat, quaeque tanquam principis edicta Angelorum minifterio perficiuntur. Alii *verbum Dei* ejus refponfa et oracula interpretantur, in quibus perverfum et iniquum nihil eft. וְכָל־מַעֲשֵׂהוּ *Et omne opus ejus*, omnis agendi ratio, qua cum hominibus verfari folet, eft בֶּאֱמוּנָה *in veritate*, convenit cum ejus promiffionibus aut comminationibus, caret omni fraude et dolo. Deut. XXXII, 4. Pf. CXLV, 17.

5. אֹהֵב צְדָקָה וּמִשְׁפָּט *Diligit juftitiam et judicium* h. e. executionem fententiae juftae, reddentis cuique, nullo perfonarum refpectu habito, juxta merita, five bo-

 na,

na, five mala. Sic haec vox accipitur Jef. LIX, 11, *Exſpectavimus* מִשְׁפָּט *et non eſt*, et Vs. 7. *elongavit ſe* מִשְׁפָּט *a nobis*. Vel צְדָקָה, *juſtitia*, fumitur pro eo judicis officio, quo innocuos abſolvit, et juris beneficia iisdem impertitur, מִשְׁפָּט, *judicium*, vero pro reorum condemnatione et poena, ut 2 Sam. VIII, 15. וַיְהִי דָוִד עֹשֶׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה לְכָל־עַמּוֹ *Exercuit Davides judicium et juſtitiam omni populo.* Poſſit tamen per ἐν διὰ δυοῖν *juſtitia et judicium* exponi *judicium juſtum*, quemadmodum Jer. XXII, 3. regi ejusque miniſtris dicitur: עֲשׂוּ מִשְׁפָּט וּצְדָקָה *facite judicium juſtum, et oppreſſum eripite e manu raptoris.* Ejusdem generis ἐν διὰ δυοῖν eſt Pf. LXVI, 20. *non recedat a me* תְּפִלָּתִי וְחַסְדּוֹ *preces meae*, petitum meum, *et gratia ſua*, i. e. gratia ſua a me expetita. Conf. Storrii *Obſervatt.* pag. 241. חֶסֶד יְהוָה מָלְאָה הָאָרֶץ *Gratia Jovae repleta eſt terra*, ſummae Jovae beneficentiae manifeſta ubique monumenta deprehenduntur, quomodo ſimili phraſi, ſed in ſenſum contrarium dicitur מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס *terra plena eſt violentia;* Ezech. VII, 23. הָאָרֶץ מָלְאָה מִשְׁפַּט דָּמִים *terra repleta eſt ſanguinariis judiciis.* Cf. Pf. CIV, 24. Jef. XI, 9. Jerem. XXIII, 10.

6. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם נַעֲשׂוּ *Verbo Jovae facti ſunt coeli*, וּבְרוּחַ פִּיו כָּל־צְבָאָם *et ſpiritu oris ejus omnis illorum exercitus.* דְּבַר יְהוָה et רוּחַ פִּיו, uti Dathius monet, unum idemque ſignificant, nempe juſſum aut mandatum Dei, quo vult ut aliquid fiat. Sic Jef. XI, 4. רוּחַ שְׂפָתָיו *ſpiritus labiorum ejus* dicitur, et LV, 11. אֲשֶׁר יֵצֵא מִפִּיו, *quidquid ex ore Dei egreditur.* Cf. Matth. IV, 4. *Exercitus* vero *coelorum*, צְבָאָם, ſunt aſtra et ſtellae, quae inſtar aciei inſtructiſſimae procedunt ſingulis diebus, maximae ordinatae, ſub ſolis et lunae, tanquam ducum, moderamine, Genef. I, 16. De צָבָא vid. not. ad Pf. XXIV, 10.

7. כֹּנֵס כַּנֵּד מֵי הַיָּם *Colligit quaſi cumulum aquas maris*, immenſam diffuſamque aquae multitudinem redigendo in locum unum, quum antea toti terrae ſuperficiei

ciei undique effet fuperinfufa, vid. Genef. I, 9., ubi aquae fub coelis collectae dicuntur in locum unum, ut appareret arida terra. כנס eft *congerere* aliquid, five *congregare* rem difperfam in locum unum, v. c. lapides Coh. III; 5. (ubi opponitur difperfioni), aurum et argentum, II, 8.; Judaeos, Efth. IV, 16. Nomen נֵד convenit cum Arabum نَدّ, *collis cumulusve in altum affurgens*, unde Jef. XVII, 11. de acervo frugum meffarum dicitur. ‚Etenim mare eminus profpicientibus, inquit Michaelis in *Supplemm.* p. 1599., altum videtur et tumidum, ac tanquam aliquis tumulus, aut fluctuans collis aquae. Veteres omnes raro confenfu *utrem* reddunt, ac fi נאד (Jud. IV, 19. IX, 4. 14. 1 Sam. XVI, 20.) in Hebraeo fcriptum effet. Etenim Alexandrinus: συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα· Vulgatus: *congregans ficut in utrem aquas maris;* Symmachus: ὡς ἐν ἀσκῷ· Chaldaeus: דִמְכַנֵּס הֵיךְ זִיקָא, *congregat ficut utrem.* Syrus: ܟܢܫ ܐܝܟ ܒܙ̈ܩܐ, *collegit tanquam in utribus aquas maris.* Atque lectio נאד quidem Ludov. Cappello in *Crit. S.* L. IV. Cap. XVII. p. 724. edit. Vogel-Scharfenb. convenientior videtur. „*Sequitur enim,*" inquit, „*et dat abyffos in thefauris.* Hoc enim vult Pfaltes, Deum marinas aquas in maris alveo conclufiffe, atque condidiffe, quomodo nos folemus vinum, aquam, aliumve liquorem utre concludere, et in cellis ad ufum quotidianum affervare." Dathio quoque adeo haec lectio placuit, ut eam in verfione exprimeret: *congregat tanquam in utre aquas marinas.* Quod vix ab eo factum putem, fi meminiffet eorum, quae in Cappellum optime monuit Jo. Buxtorfius Fil. in *Anti-Critica* p. 554. „Lectio נֵד, *cumulus,* aptiffime convenit, et quoad fenfum, et quoad ftylum fcripturae. *Quoad fenfum:* Annon convenienter dicitur Deus *congregare aquas maris* in locum fcil. unum, *ficut acervum,* in fuos alveos? *Quoad ftylum fcripturae:* quia

quia alibi haec phrafis etiam occurrit. Exodi XV, 8. וּבְרוּחַ אַפֶּיךָ נֶעֶרְמוּ מַיִם נִצְּבוּ כְמוֹ נֵד *Spiritu naris tuae evacervatae funt aquae* (quafi in cumulum, עֲרֵמָה), *fteterunt ficut acervus fluenta.* Jof. III, 13. *Aquae defcendentes defuper.* וְיַעַמְדוּ נֵד אֶחָד *confiftent in acervum unum;* et Vs. 16. קָמוּ נֵד אֶחָד *fteterunt in camulum unum.* Pf. LXXVIII, 13. וַיַּצֶּב מַיִם כְּמוֹ נֵד *Et ftare fecit aquas velut acervum.* Ubi in V. T. dicitur alibi Deus aquas maris *in utrem* collegiffe? Ad haec, ubi נֵד, fine Aleph in medio, reperitur pro *utre?* Nuspiam.“ נֹתֵן בְּאוֹצָרוֹת תְּהוֹמוֹת *Reponit tanquam in receptaculo fluctus.* נֹתֵן, *Dans,* h. e. collocans, reponens; verba enim שׂוּם, שִׁית, נָתַן, promifcue apud Ebraeos ufurpari folent. אוֹצָר, *thefaurus,* fumitur tam pro bonis, repofitis in ufus futuros, ut 1 Reg. XIV, 26. 2 Reg. XXIV, 13.; quam pro receptaculo ejusmodi pretioforum, in quod bona omnis generis reconduntur, pro cellis, horreis (ut Syriacum ܐܘܨܪܐ, *horreum, thefaurus, repofitorium*), veluti Ezech. XXVIII, 4. Joel I, 17. Atque ea notione אוֹצָר etiam h. l. eft accipiendum, nempe pro vaftis illis terrae voraginibus; in quibus tanta aquarum copia a Jova affervatur recondita, ut illinc exire nequeat, nec umquam fundus hujusmodi receptaculi immenfi patefiat oculis humanis. Ita Chaldaeus: *reponit eas* בְּאַפּוֹתִיקֵי תְּהוֹמַיָּא *in apothecas fluctuum.* Jarchi interpretatur: תחת הארץ, *fubter terram,* nimirum refpicit occultos terrae meatus, in quibus tanta aquarum multitudo concluditur, ut undiquaque in terrae vifceribus diffufa, materiem praebeat fontibus ac fluminibus. Genef. VII, 11. VIII, 2.

8. יִירְאוּ מֵיְהוָה כָּל־הָאָרֶץ *Timeat Jovam omnis terra,* omnes omnium regionum incolae, numini tam potenti omnem cultum merito referre tenentur. Verbum יָרֵא, *timuit,* generatim quandoque complectitur omnem Deo debitum cultum, et quae ab eodem dependent, cujus fynecdochicae locutionis exempla funt Jes. XXIX, 13.

וַתְּהִי

וְתְּהִי יִרְאָתָם אֹתִי, *eſt eorum erga me religio humanae doctrinae diſciplina*, Matth. XV, 9. redditur σέβονται. 2 Reg. XVII, 28. *Docebat eos* אֵיךְ יִירְאוּ אֶת־יְהוָה, *quomodo timerent*, recte colerent, *Jovam*. Pſ. XXXIV, 12. יִרְאַת יְהוָה *modum recte colendi Jovam vos docebo*. Jon. I, 9. *Creatorem coeli et terrae* אֲנִי יָרֵא *ego colo*, σέβομαι, ut recte ibi Alexandrinus vertit. מִמֶּנּוּ יָגוּרוּ כָּל־יֹשְׁבֵי תֵבֵל *Revereantur eum omnes incolae orbis*. De verbo גּוּר, cum מ poſt ſe habet, *metuendi* ſignificatione accipiendo, vid. not. ad Pſ. XXII, 24. De תֵּבֵל et אֶרֶץ vid. ad Pſ. XXIV, 1.

9. כִּי הוּא אָמַר וַיֶּהִי *Nam ipſe dixit, et factum eſt*, quum tanta hujus numinis ſit poteſtas, ut ad ſolum ejus juſſum mox exſiſterent omnia, merito etiam homines talem huic domino ſuo obedientiam et cultum exhibebunt, ut ejus praeceptis obtemperent. Reſpicere videtur vates his verbis Geneſ. I, 3. 7. 8. 9. 11. 14, 20., ubi continuo וַיֹּאמֶר et וַיְהִי, *dixit, et factum eſt*, ſe mutuo ſolent excipere. הוּא צִוָּה וַיַּעֲמֹד *Juſſit ipſe et ſtetit*, exſtitit illud, quod fieri juſſit. Verbo autem *ſtandi* videtur exprimere promtam rerum creatarum obſequutionem, quomodo miniſtri juſſa alicujus promte exequuturi dicuntur עָמַד, *ſtare*, ut Joſeph coram Pharaone, Geneſ. XLI, 46. pueri coram rege Babyloniae Dan. I, 5. Repetitur eadem ſententia, quae priore hemiſtichio expreſſa erat, verbis paulo fortioribus; nam plus eſt *jubere* (צִוָּה), quam nude *dicere*, et plus eſt *conſiſtere*, nempe promte ad obſequendum, quam *eſſe*.

10. יְהוָה הֵפִיר עֲצַת־גּוֹיִם *Jova irritum facit conſilium gentium*. Praeteritum הֵפִיר h. l. irritum *facere ſolet* interpretandum eſt, ut Pſ. I, 1., ubi vid. not. Verbum פּוּר, *disrumpi*, in Hiphil eſt *disrumpere* aliquid, *invalidum et inutile reddere, invertere*, quomodo v. g. aliquis irritum facit foedus, Jeſ. XXXIII, 8.; mandatum, negligendo id ipſum, Num. XV, 31.; votum, illud revocando Num. XXX, 9.; de conſilio Achitophelis irrito facto, 2 Sam.

2 Sam. XV, 34. XVII, 14. Senfus eft: Jovam adeo effe et fapientem, et potentem, ut confilia magnarum etiam gentium, licet callidiffima ac prudenter plane excogitata, tamen eludat, fperatoque fruftretur fucceffu. *Confilium* autem, עֵצָה, intelligitur faftuofum, poteftatis et eminentiae ftabiliendae caufa conceptum. הֵנִיא מַחְשְׁבוֹת עַמִּים *Infringit cogitationes populorum.* Verbum נוא, in Hiphil tantum ufitatum, fignificat, inftitutum aliquod *facere irritum,* quomodo v. g. pater irritum poteft reddere filiae votum, Num. XXX, 6. 9. 12. Sic XXXII, 7. *Quare* תְּנִיאוּן *irritum reddetis propofitum Ifraëlitarum, ne transeant?* fic et Vs. 9. ibid. In Alexandrina verfione additum eft: *καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων,* quod additamentum J. Buxtorfio in *Anti-Crit.* p. 688. fatis verifimile videtur irreptitium effe, ad marginem a quodam explicationis loco adfcriptum, et poftmodum in textum illatum. Nulli Hebraei codices, nec Paraphraftes Chaldaeus aut Syrus agnofcunt hoc additamentum.

11. עֲצַת יְהוָה לְעוֹלָם תַּעֲמֹד *Confilium Jovae perpetuo ftabit,* decreta ejus quaelibet immutabilia permanent, eventus refpondent confiliis certiffime, quidquid modo fieri vult, non poteft ab ullo homine inhiberi vel irritum reddi, quomodo hominum confilia, quae, utut prudenter exafciata, faepe tamen aliter cadunt. Verbo עָמַד h. l. innuitur conftantia immobilis, qua aliquid fubverti aut loco moveri nequit. Sic Coh. I, 4. terra dicitur עֹמָדֶת, *ftare,* quod non ita mutationibus eft obnoxia, ut genus humanum, quotidie nafcens et moriens; eodem fenfu fapientia quoque *ftare* dicitur Coh. II, 9. — מַחְשְׁבוֹת לִבּוֹ לְדֹר וָדֹר *Cogitationes cordis ejus,* quaecunque fecum ftatuit, *ftabunt* (hoc enim verbum ex priori hemiftichio eft repetendum, ut Pf. XVII, 9. *abfcondas me,* ex Vs. 8., et Vs. 14. *eripe,* ex Vs. 13.) *in generationes et generationes,* h. e. per infinitas generationes, fibi invicem fuccedentes, five, durant ab una generatione ad aliam, quando una generatio abiit, et nova venit, ftant tamen adhuc

adhuc Dei decreta. Similem phrafin vid. Pf. X, 6. Cf. Cohel. I, 4.

12. אַשְׁרֵי הַגּוֹי *Felicia illius gentis*, beatus merito habendus eft ille populus; vid. de hac formula not. ad Pf. I, 1. Cf. XXXII, 1. CXII, 1. — אֲשֶׁר יְהוָה אֱלֹהָיו *Cujus Deus eft Jova*, quae non Molochum, Camos, Aftharotam, fed Jovam, coeli et terrae conditorem, agnofcit pro uno et vero numine, et quam viciffim Jova protegit, feque tanquam illius Deum gerit. Opponit vates populum Ifraeliticum reliquis gentibus, quarum dii funt fictitii. Conf. Genef. XVII, 7. Pf. LXV, 5. CXLIV, 15. Ceterum obfervanda tironibus conftructio relativi אֲשֶׁר, cui fubjungi folet affixum pleonafticum, ubi relativum ipfum poni debet in cafu obliquo, v. g. *quorum os*, dicitur Ebraice, *quorum os illorum*, אֲשֶׁר פִּיהֶם Pf. CXLIV, 8.; אֲשֶׁר אֵלָיו *quem ad eum*, ad quem, Jer. I, 2. Sic et hoc loco redundat latino interpreti pofterius affixum (*ejus*). הָעָם בָּחַר לְנַחֲלָה לוֹ *Et populus*, fcil. beatus eft, repeti enim ex antecedente membro ante hoc nomen debet אַשְׁרֵי, *felicia*, et poft hoc nomen עַם, fubaudiendum eft pronomen אֲשֶׁר אוֹתוֹ, *quem elegit fibi in haereditatem*, quem peculiari modo amat, tuetur, auget, quemadmodum aliquis bona haereditario accepta folet ftudiofe curare iisque praeeffe. Vid. ad Pf. XXVIII, 9.

13. Dixit, quanta fit Jovae potentia, nunc ad illius fcientiam et providentiam transit. מִשָּׁמַיִם הִבִּיט יְהוָה רָאָה אֶת־כָּל־בְּנֵי הָאָדָם *De coelo intuetur Jova et adfpicit homines*. In coelo, tanquam in alta regia fedens inducitur Jova; non opus habet, ut modo hunc, mox alterum fingulatim infpiceret, ac vifionem notitiamque fuam pro diverfitate rerum, quae infpiciendae funt, divideret, fed uno obtutu omnes et fingulos intuetur, ut nihil effet in fingulis, quod unicum illius adfpectum fugeret.

14. מִמְּכוֹן־שִׁבְתּוֹ הִשְׁגִּיחַ אֶל כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ *De ſede habitationis ſuae proſpicit ad omnes incolas terrae.* מָכוֹן eſt *locus* vel *ſedes parata et firmiter ſtabilita* (a כּוּן, *parare, ſtabilire*), ſic templum Jovae Hieroſolymis Exod. XV, 17. 1 Reg. VIII, 13. Jeſ. IV, 5. vocatur מָכוֹן *locus fixus ad habitandum* Jovae; item coelum ipſum 1 Reg. VIII, 39. 43. 49. 2 Paral. VI, 33. 39. — שִׁבְתּוֹ *habitationis ſuae*, h. e. ubi certam fixamque habet ſedem, numquam illinc recedens, ſicuti forte in terris de gente ad gentem ſuum ſolet transferre habitaculum. Metaphora iterum eſt petita a regibus, qui in palatio certam ac peculiarem ſedem figere ſolent. Vox autem שֶׁבֶת proprie eſt Infinitivus verbi יָשַׁב, *ſedit* vel *manſit*, et ſaepius uſurpatur nominis inſtar, ſicut דַּעַת eſt *ſcire* et *ſcientia*. Sic מְקוֹם שֶׁבֶת 1 Reg. X, 19. appellatur locus ſolii regii; item מָרוֹם שִׁבְתֶּךָ *altitudo habitationis tuae*, Obad. Vs. 19. Verbum הִשְׁגִּיחַ bis tantummodo praeter h. l. in Codice Hebraeo, Cant. II, 9. de ſponſo מַשְׁגִּיחַ *proſpiciente* per feneſtras, et oſtendente ſe per cancellos; Jeſ. XIV, 16. *qui te vident* (in orcum deſcendentem) יַשְׁגִּיחוּ *contemplabuntur te;* ex quo poſteriore loco colligi poſſit, verbum hoc plus ſignificare, quam ſimpliciter *videre*, nempe, accurate, cum cura et diligentia aliquid conſiderare. Chaldaeus certe tam h. l. quam Jeſ. XIV, 16. אוֹדִיק, *attente conſideravit*, reddidit. In locis, noſtro parallelis, Pſ. XIV, 2. et LIII, 2. pro הִשְׁגִּיחַ poſitum eſt, הִשְׁקִיף, *deorſum proſpexit*, qui ipſe ſignificatus et tribus illis, quibus הִשְׁגִּיחַ occurrit locis, optime convenit.

15. הַיֹּצֵר יַחַד לִבָּם *Ipſe omnium pariter corda finxit.* Cauſam addit his verbis rerum humanarum ſcientiae, qua Jova pollet. Quandoquidem enim fictor cordis humani eſt ipſe, quid illum non operum modo, ſed et cogitationum hominis lateret? Simile habet Pſ. XCIV, Vs. 9. *An qui plantavit aurem, non audiat, an qui finxit oculum, non videat?* Cf. Zachar. XII, 1. יַחַד *Pariter*, nullo excepto; quomodo eadem particula etiam accipienda eſt

eſt Pſ. LXII, 10. *Vani ſunt homines* יַחַד. Alexandrinus *κατὰ μόνας*, *ſeorſim*, l. *ſingillatim* ut Vulgatus reddidit. הַמֵּבִין אֶל־כָּל־מַעֲשֵׂיהֶם *Attendens omnia eorum opera*, nimirum quoad omnes rationes, cauſas, effecta. Etenim verbo בִּין, *intelligere*, deſignatur cognitio acurata, ubi quis non ſimpliciter videt, verum etiam *intelligit*, de cujusque facti ratione et conſilio judicare poteſt. Conſtructum cum אֶל ſignificat *attendere*, ut ſupra XXVIII, 5.

16. In iis, quae ſequuntur, ſpem hominum opibus, copiis, viribus confidentium vanam eſſe, eamque in ſolo Jova collocandam docet. אֵין הַמֶּלֶךְ נוֹשָׁע בְּרָב־חָיִל *Nullus rex ſervatur multo robore.* נוֹשָׁע, *Salvatus*, h. e. periculis ſe ſuumve regnum eripere, inque felicem auguſtumve ſtatum collocare, inibique conſervare poteſt; haec enim omnia verbo יָשַׁע comprehenduntur, ut patet ex Pſ. III, 8. VII, 2. XXII, 22. LXXXVI, 2. בְּרָב־חָיִל, *in multitudine roboris*, per multum ſuum robur, aut magnas ejus vires; prius enim nomen naturam induit adjectivi. חַיִל denotat in genere *vires*, quibus aliquis prae alio pollet, ſive ſint vires mentis, ut virtutes, ſive corporis, ſive bona fortunae, ut Zeph. I, 13. Obad. Vs. 13. Mich. IV, 13. Pſ. XLIX, 7. LXXIII, 12. Quare et hoc loco comprehenduntur omnis generis praeſidia, quibus confidere ſolent reges, ut ſunt aerarium amplum, armamentaria inſtructa, copiae numeroſae, munitiones et propugnacula invicta. גִּבּוֹר לֹא־יִנָּצֵל בְּרָב־כֹּחַ *Heros non eripitur* periculis, vel discrimine, quod ipſi imminet, *multo robore.* גִּבּוֹר *Heros*, qui ſcilicet aliis praevalet robore. Etenim deſcendit a verbo גָּבַר, *praevaluit*, *viribus antecelluit*, et adjective uſurpatur Dan. XI, 3. מֶלֶךְ גִּבּוֹר, *rex validus*; 1 Sam. XIV, 54. אִישׁ גִּבּוֹר. Sic Nimrod dicitur גִּבּוֹר צַיִד *praevalens venatione*, Geneſ. X, 8. 9.; et Gideon גִּבּוֹר הֶחָיִל *praevalens viribus*, vel virtuoſus Jud. VI, 12., item Jephta XI, 1.

17. שֶׁקֶר הַסּוּס לִתְשׁוּעָה *Falſitas ad ſalutem eſt equus*, h. e. equus ad opitulandum plane eſt impotens, ita ut ve-

vehementer fallatur ille, qui in multitudine equorum, feu equeftri exercitu confidit. Quod autem abftractum, *falfitas*, pofitum eft pro concreto, *fallax*, hoc exprimit *fuperlativum*, quafi dicatur, fummopere fallitur, qui robur aliquod invictum in equis fibi pollicetur. Sic homo appellatur הֶבֶל, *vanitas*, h. e. fumme vanus ac fragilis, Pf. XXXIX, 6. Conf. Pf. V, 10. XIX, 10. XXII, 7. XXXI, 12. Et gratia, vel externa morum venuftas dicitur שֶׁקֶר *falfitas*, vel *fallax*, Proverb. XXXI, 30. — הַסּוּס, *equus*, collective intelligendum de equorum in exercitu copia, quibus tum pro equitibus, tum pro curribus bellicis vehendis utebantur. לִתְשׁוּעָה, *ad falutem*, h. e. ut falvus aliquis evadat e periculo ab hoftibus imminente, non juvabitur equitum numero, vel equi, quo ipfemet portatur, velocitate aut robore. Nomen hoc defcendit a יָשַׁע; *falvavit*, ita tamen, ut ratione formae radix potius videatur שׁוּעַ, cum alias litera fervilis ת ob fequentem primam radicalem Jod, quae hoc loco plane deeft, non poffet habere Schva, fed vocalem requireret longam. Ita et verba חול et יָחַל, *exfpectavit*, טוב et יָטַב, *bonus fuit*, סוד et יָסַד, *fundavit*, confundere folent formas. וּבְרֹב חֵילוֹ לֹא יְמַלֵּט *Nec multitudine virium fuarum eripiet equus*, utut equi a robore fuo fint commendati, attamen non poterunt prodeffe domino fuo, Jova non annuente, de quo mox fequitur.

18. הִנֵּה עֵין יְהוָה אֶל־יְרֵאָיו *Ecce oculus Jovae ad timentes eum*, ad eos, qui pio et fincero animo ipfum colunt (vid. fupra ad Vs. 8.), attentus eft. *Oculo Jovae* provida ac benigna ejusdem cura feu providentia defignatur. Ita Efr. V, 5. עֵין אֱלָהֲהֹם הֲוָת עַל־שָׂבֵי יְהוּדָה, *oculus Jovae fuit fuper fenes Judaeae*. Cf. Pf. XXXIV, 16. Job. XXXVI, 7. — לַמְיַחֲלִים לְחַסְדּוֹ *Ad exfpectantes gratiam ejus*, qui non confidunt viribus propriis, fed foli gratiae Jovanae, ab hac auxilium exfpectant omne.

19. לְהַצִּיל מִמָּוֶת נַפְשָׁם *Ad eripiendum* directus eſt Jovae oculus, ita ut non ſolum intueatur, ſed magno cum effectu et commodo inſpectionem ſuam comprobet, *e morte animam ipſorum*, h. e. vitam. Vel ſynecdochice *anima* pro tota ponitur perſona. Inſtituitur vero his verbis antitheſis inter herois robur, quod *non eripit* (Vs. 16.), et inter Jovae curam, qui facile non modo eripit, verum et ereptum ſuſtentat, additur enim, וּלְחַיּוֹתָם בָּרָעָב, *et ad ſuſtentandum eos in fame*, h. e. omnis generis periculis ac anguſtiis, ubi de vita noſtra agitur; ſynecdoche ſpeciei pro genere. חָיָה, *vixit*, in Piel חִיָּה, *in vita conſervavit*, vel, vitam cum adimi poſſet, non adimendo; vel, alimenta, vitam conſervantia, ſuppeditando, Exod. I. 17. Deut. XX, 16. Joſ. II, 13. Neh. IX, 6. Pſ. XXX, 4.

20. נַפְשֵׁנוּ חִכְּתָה לַיהוָה *Anima noſtra ſperat in Jova:* Verbum חָכָה, *exſpectavit*, in Piel ſignificat, magno cum deſiderio in aliquid ferri, praeſtolari aliquem ferme impatienter, quomodo Job. XXXII, 4. Elihu impatientiſſime exſpectabat (חִכָּה) finem verborum *Jobi*; aut quomodo anxie exſpectatur mors, Job. III, 21. Sic 2 Reg. IX, 3. *Fugies* וְלֹא־תְחַכֶּה *nec exſpectabis*, unde apparet, oppoſitum huic verbo eſſe *fugere*. 2 Reg. VII, 9. ajunt leproſi: *ſi exſpectaverimus* (וְחִכִּינוּ) *ad mane usque*. Hinc de ſpe in Jovam conſtante ſaepe uſurpatur, ut Zephan. III, 8. חַכּוּ לִי *ait Dominus;* Habac. II, 3. *ſi tardaverit*, חַכֵּה לוֹ Pſ. CVI, 14. לֹא־חִכּוּ *non exſpectaverunt conſilium ejus*. Conf. Jeſ. VIII, 17. LXIV, 4. — עֶזְרֵנוּ *Auxilium noſtrum*, opitulator noſter longe optimus ac potentiſſimus, וּמָגִנֵּנוּ הוּא *et clypeus noſter ipſe*, h. e. qui nos potentiſſime, ac undiquaque, inſtar clypei impenetrabilis ac latiſſimi, protegit ac tuetur, vid. Pſ. III, 4. VII, 11. XVIII, 3. 31. 36. XXVIII, 7.

21. כִּי־בוֹ יִשְׂמַח לִבֵּנוּ *Num in eo*, propter eum, *laetabitur cor noſtrum*, non fruſtrabitur nos exſpectatio noſtra, ſed certae laetitiae fructus in ipſo percipient animi

animi noſtri. כִּי בְשֵׁם קָדְשׁוֹ בָטָחְנוּ *quod in nomine ſanctitatis ejus fiduciam poſuimus.* שֵׁם, *nomen,* metonymice pro nominato collocatur; *ſanctum* vero (poſterius enim nomen קָדְשׁוֹ adjectivi loco ponitur) dicitur hoc nomen quia a nominibus aliis, tum dominorum, tum Deorum: longiſſime eſt ſeparatum, et ſingulari plane reverentia dignum.

22. יְהִי־חַסְדְּךָ יְהוָה עָלֵינוּ *Sit benignitas tua, Jova, ſuper nos,* i. e. nobis eveniat, nobis quaſi ſuperincumbat ac manifeſto deprehendatur, quemadmodum in contrarium ſenſum Geneſ. XXVII, 13. Rebecca ait: עָלַי קְלָלָה *ſuper me ſit maledictio,* h. e. mihi eveniant ea, quae tibi forte imprecabitur parens. כַּאֲשֶׁר יִחַלְנוּ לָךְ, *Quemadmodum in te ſperamus;* reſpondeat eventus ſpei noſtrae, quam de te concipimus indubitatam, quia a te toti pendemus.

PSAL-

PSALMUS QUARTUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Liberatus a ſummo discrimine vates, gratias agit Jovae, cujus beneficio atque praeſidio ſe conſervatum profitetur. Exultans igitur laetitia ſecum gaudere etiam jubet alios, et ſe atque exemplum liberationis ſuae proponit piis omnibus, in quo ſpectent benignitatem Jovae, et fructus pietatis et invocationis fidelis. Ideoque ad commune pietatis ſtudium et fiduciam omnem in Jovam collocandam hortatur, quod, qui haec ſequuntur, ex omnibus malis eripiantur, et bonis univerſis cumulentur.

Qua occaſione ſit editus Pſalmus, primus ejus Verſus indicat. Hiſtoria autem, quae in titulo notatur, extat 1 Sam. XXI, 10. ſeqq. Quum David, monente Jonatha, fugeret Saulis, regis, infeſtiſſima arma ac ſaevitiem, relicta Judaea venit in Palaeſtinam, quae regio Syriae tum incolebatur a Philiſthaeis, et quidem in ditionem regis Achis, et ſedem regiam hujus, Ga-

Gatham, ut videtur, ut ibi exulans lateret. Sed agnitus a ministris regiis ad regem pertractus est, indicio facto, eum esse, qui totius provinciae regnum affectaret, totque Philisthaeos, ipsumque Goliath, Gethaeum, cecidisset. In tantum ille vitae periculum adductus, fictione sibi effugium invenit. Simulabat dementiam, et ita quidem, ut acceperit etiam motus aliquid epileptici aut siderationis. Itaque inter manus, vel stipantium, vel etiam ducentium aut trahentium ad regem, gestibus et motibus corporis alienis, et committendo, quae sani non solent, et spumas ore actas in barbam demittendo, hoc perfecit, ut Achis, qui ista viderat, pro insano et misero homine eum haberet, atque vel non crederet ministris suis, Davidem eum esse, aut non esse amplius judicaret eum, in quo ulla vindicta recte exerceretur, quippe qui contemnendus potius esset, quam ulciscendus. Itaque cum indignatione eum a se ejecit atque expulit, et Davides hoc modo conservatus ab eo discessit. Ad idem vitae Davidis tempus pertinet Psalmus LVI., qui tamen a nostro in eo differt, quod petit et sperat auxilium, adeoque statim postquam a Gathitis comprehensus esset, compositum fuisse necesse est, quum hic quartus et tricesimus Psalmus auxilium ipsi praestitum celebret, quo singulari beneficio motus, Dei erga suos curam et bonitatem in universum magnifice praedicat, simul

ad

ad innocentiae et pietatis ſtudium hortans, quod qui eo praediti ſunt, ex omnibus malis eripiantur, et bonis univerſis cumulentur, cujus praeclarum in ſe ipſo exemplum conſiderandum offert. „Hoc tamen," inquit RUDINGERUS, „diſſimulare non poſſumus, niſi Hebraeorum inſcriptio ei tempori, et quae cum Achi Gathae Davidi acciderunt, Pſalmum tribueret, vix futurum fuiſſe, ut poſterorum aliquis hoc faceret, et ſunt ſaepe pericula et tempora ejus alia, quibus non minus, vel aliquanto etiam magis, congrueret talis pro liberatione gratiarum actio. Quum tamen et Graecorum liber adſtipuletur, et antiquitas; nemo libenter novando architectabitur aliquid."

Habet hoc etiam carmen *ἀκροστιχίδας* ad ordinem literarum alphabeti hebraici, ſicut aliquot alia, veluti XXV., in cujus Argumento de hoc artificio plura diximus.

---

1. לְדָוִד בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת־טַעְמוֹ לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ *Davidis* Pſalmus, *cum coram rege Abimelecho ſimularet; ſe mente captum eſſe.* בְּשַׁנּוֹתוֹ *In immutando ſuo*, h. e. dum ipſe immutaret. Verbum שָׁנָה, *iteravit, ſecundo aliquid fecit*, in Piel ſignificat aliquid *mutare*, et altera quaſi vice reformare, quomodo v. g. rex Babyloniae שִׁנָּה, *mutavit* veſtes carceris, ſive captivitatis, regis Joiachin, Jerem. LII, 33. et 2 Reg. XXV, 29.; et quomodo Ahasverus יְשַׁנֶּהָ *mutavit* Eſtheram, regias ipſi veſtes conferendo, Eſth. II, 9. Eodem ſenſu dicitur Jerem. II, 36. de *via*, quae

mutatur; item Ps. LXXXIX, 35. de *sermonibus*, qui revocantur; de *judicio*, cum justitiae administratio invertitur, Proverb. XXXI, 5. Atque sic usurpatur 1 Sam. XXI, 15. et hoc loco de Davide, insanum se coram Achis simulante, dum priorem suum *immutabat* habitum atque mores, assumtis ineptis atque ludicris. Sunt, qui verbum ad Deum referant, et sic vertant: *et mutavit eum*, Davidem, scil. Deus, *quoad mentem suam*, et putent, mirabili Dei providentia factum esse, ut ad momentum David per timorem fuerit mente motus ut revera egerit insanum, quo manus Philisthaeorum evaderet. אֶת־טַעְמוֹ Alexandrinus vertit *πρόσωπον*, quod sequutus Vulgatus, *vultum suum*, Lutherus, *Geberde.* Junius: „*speciem suam*, h. e. dum referret gesticulationes atque mores quales sunt insanientium; dum fingeret, se esse prorsus immutatum, priorique rationis usu plane privatum." טַעַם proprie est *sapor* alicujus rei, v. g. vitelli ovorum Job. VI, 6., mannae, Num. XI, 8., vini Jer. XLVIII, 11.; hinc transfertur ad illam *animi* facultatem, qua veluti gustamus aut discernimus rerum differentias, h. e. designat judicium hominis, vel *rationem*, qua aliquid dijudicat, consulit aut decernit, quomodo v. g. David inquit 1 Sam. XXV, 33. בָּרוּךְ טַעְמֵךְ *laudatum judicium*, vel consilium, *tuum, Abigail!* Ps. CXIX, 66. טוּב טַעַם *bonitatem judicii* (*εὐγνωμοσύνην*) *et scientiam doce me.* Sic Proverb. XI. 22. אִשָּׁה סָרַת טַעַם, *mulier aversans rationem.* Job. XII, 20. *Privat viros disertos eloquentia*, וְטַעַם זְקֵנִים יִקָּח *atque aufert intellectum senibus.* Rectius itaque Alexandrino Chaldaeus nostro loco טַעְמוֹ vertit מַדְעֵיהּ, *intellectum ejus.* לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ *coram rege Philisthaeorum*, cujus nomen proprium erat *Achis* (1 Sam. XXI, 10.), qui ipse tamen pro more regum illius gentis, nomine eis communi, et *Abimelech* (h. e. *pater regis*, sive *pater regius*, minime *filius regis*, *Königssohn*, ut nuper Vir quidam Celeberrimus hoc nomen Genes. XX, 2. germanice reddidit) cognominari solebat, ceu colligere licet ex histo-

hiftoria Abrahami, Genef. XX., XXI.; XXI., et Ifaaci, Cap. XXVI. Sic Aegyptii reges prifci *Pharaones*, et pofteriores *Ptolemaei* cognominabantur, et Ponti reges *Mithridatae*, cum nomina ipforum propria extent ab his cognominibus alia; et Romanis Imperatoribus *Caefaris* et *Augufti* nomen commune eft. וַיְגָרְשֵׁהוּ *Et expulit eum* per miniftros fuos, quos ob infani hominis introductionem increpabat; 1 Sam. XXI, 14. 15. — וַיֵּלַךְ *Ebabiit*, fcil. incolumis et falvus, cum carceres aut mortem metueret; recepit vero fe poftmodum ad fpeluncam Odullam, 1 Sam. XXII, 1.

---

2. אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה *Benedicam Jovae*, laudibus eum extollendo, veluti mox exponitur per תְּהִלָּה, *laudem*. Ita enim בֵּרַךְ, *bene precari*, cum ab hominibus dirigitur ad Deum, explicandum effe, vidimus Pf. XXVI, 12. XXVIII. 2. 11. XXVIII, 9. — בְּכָל־עֵת *Omni tempore*, ut Job. XXVII, 10. — תָּמִיד תְּהִלָּתוֹ בְּפִי, *Continuo laus ejus in ore meo erit*.

3. בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי *Jova gloriatur anima mea*, glorior tali ac tanto protectore, ejus potentiam atque favorem depraedicando. Verbum הָלַל, *laudavit*, in Hithpael eft *gloriari*, vel *jactare fe*, h. e. laudare propriam fortem ob hanc illamve peculiarem praeeminentiam, atque tunc caufa gloriationis defignari folet praefixo ב, ut Prov. XXV, 14. Jerem. IX, 23. Pf. XCVII, 7. CV, 3. CVI, 5. — יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים *Audiant miferi*, qui fimilibus in anguftiis periculisve haerent, quibus ego adhuc fui conftrictus, atque jam Jovae ope rurfus liberatus. *Miferi* aut *manfueti* opponi videntur fuperbis illis et furibundis Davidis perfecutoribus, qui de ejus liberatione nequaquam laetabantur. Alias עָנָו (ab עָנָה, *afflictus fuit*) fignificat *manfuetum*, *humilem*, qui multarum miferiarum perpeffione faftum didicit deponere, ac proinde promifcue folent poni עֲנָוִים, *miferi*, et עֲנָיִים, *manfueti*; vid. Pf. IX, 13. X, 12. 17. XXII, 27. XXV, 9. — וְיִשְׂמָחוּ *Et lae-*

laetabuntur ob ſpei fideique ſuae in Jova poſitae per hoc meum exemplum confirmationem.

4. Hortatur depreſſos ac miſeros, quorum meminerat Verſu proximo, ut ſecum Jovam laudibus efferant. גַּדְּלוּ לַיהוָה אִתִּי *Magnificate mecum Jovam*, potentiam et magnitudinem ejus praedicate. Nam גִּדֵּל, a גָּדַל, *magnus fuit, crevit*, eſt, *magnum aliquem facere*, cibum et alimenta v. g. ſubminiſtrando, h. e. aliquem educare, ut Jeſ. I, 2. XLIX, 21. LI, 18., 2 Reg. X, 6.; hinc de cucurbitae enutritione hoc verbum legitur Jon. IV, 10.; item ſignificat aliquem magnum facere dignitatis et potentiae collatione, ut Joſ. III, 6. IV, 14. *Deus* גִּדֵּל *Joſuam*; Eſth. III, 1. V, 11. X, 2. *Ahasverus* גִּדֵּל *Hamanum*; 1 Paral. XXIX, 12. *in manu Dei* לְגַדֵּל וּלְחַזֵּק *magnum facere et corroborare.* Quodſi vero uſurpetur de hominibus, reſpectu habito ad Deum, tunc denotatur, Deum optimum ac maximum agnoſci, afferi ac celebrari apud omnes, ut ejus magnitudo laudibus noſtris innoteſcat, unde Pſ. LXIX, 31. additur: *magnificabo ipſum* בְתוֹדָה, *concelebratione*. וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ *Et exaltabimus nomen ejus*, ipſum (vid. ad Pſ. XXXIII, 21.), ſive famam ejus (vid. ad Pſ. XXV, 11.). יַחְדָּו, *Pariter*, conjuncto et unito ſtudio. In יַחְדָּו, ſive, ut tribus vicibus (Jer. XXXI, 13. XLVI, 12. 21.) ſcribitur, יַחְדָּיו, *Vav* paragogicum, plane ut adfixum Pronomen ad nomen plurale, per Cametz accedit ad veterem formam pluralem יְחָדִים, quae venit a ſingulari יַחַד, *unitio*, et hinc, uſu Particulae, *una.* Ita יַחְדָּיו proprie eſt, *unitionibus ſuis*, atque etiam ipſum ut Particula, valens *una conjunctim*, uſurpatur, ut h. l.

5. דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה *Quaeſivi Jovam precibus meis*, ejus opem invocavi, quo ſenſu hoc verbum ſaepe dicitur, veluti Pſ. IX, 11., LXIX, 33., CV. 4. וְעָנָנִי *Et reſpondit mihi*, exaudivit me. Verbum עָנָה, *reſpondit*, quandoque uſurpatur cum effectu, idemque valet, ac, *reſpondit ipſo opere*, invocantem exaudivit: ut Jeſ. LVIII, 8. 1 Sam. XII, 9. Pſ. III, 5. Vid. de hoc verbo Dathii

Ob-

Obſervatt. Lib. V. Cap. VI. וּמִכָּל־מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי *Et ex omnibus pavoribus meis me eripuit,* ex multifariis aerumnis et periculis, quae tum a Saule, tum ab Achiſo imminebant. De nomine מָגוֹר vid. ad Pſ. XXXI, 14.

6. הִבִּיטוּ אֵלָיו *Reſpiciunt ad eum,* nempe עֲנָוִים *miſeri,* qui cum Davide debent laetari, Jovamque ob praeſtita auxilia extollere, Vs. 3. Sic etiam infra Vs. 18. ad verbum צָעֲקוּ nominativus צַדִּיקִים ex Vs. 16. eſt repetendus. Poteſt tamen ante verbum הִבִּיטוּ pronomen אֲשֶׁר ſubaudiri, Praeteritum vero h. l. eodem ſignificatu accipiendum eſt, ut Pſ. XXXIII, 10. הֵפִיר, de quo vid. ibi not. Verbum הִבִּיט, *proſpicere,* h. l. eſt *ſperare;* unde enim ſperamus aut exſpectamus aliquid boni, eo crebro reſpicimus. Sic Jeſ. XXXI, 1. *Vae illis, qui confidunt in humanis praeſidiis neque reſpiciunt ad Venerandum Iſraelis,* qui opem non exſpectant a Jova. Cf. Jeſ. XVII, 7. XXII, 11. Mich. VII, 7. Quod ſequitur, וְנָהָרוּ, vulgo vertunt, auctore Kimchio: *et confluunt,* ſcil. ad Te, h. e. illorum, qui tuum quaerunt auxilium, magna non ſolum eſt copia, verum et inſignis in quaerendo fervor atque impetus, nam verbum נָהַר quandoque ſignificat in magna copia ac vehementi cum impetu *adcurrere,* inſtar נָהָר, *fluvii,* quomodo accipitur Jeſ. II, 2. Jerem. XXXI, 11. et Mich. IV, 1. de confluxu gentium ad templum Jovae; et Jerem. LI, 44. de gentibus Babelem confluentibus. Sed ſenſum multo elegantiorem Chaldaei interpretatio fundit, qui totum hoc hemiſtichium ita reddidit: אִסְתַּכָּלוּ לְוָתֵהּ וְאִתְנְהָרוּ, *reſpiciunt ad eum, et illuminantur.* Nimirum accepit verbum נָהַר ſignificatione *ſplendendi,* qua apud Chaldaeos pollet, unde Arabicum نهار deſignat *lumen, quod ab ortu aurorae usque ad occaſum ſolis durat,* ut Phiruzabadius in Lexico ſuo, quod Camus inſcripſit, illam vocem exponit. Hinc Job. III, 4. וְאַל־תּוֹפַע עָלָיו נְהָרָה *non radiet ſuper eum lumen diurnum.* Et verbum נָהַר ſimili notione occurrit

currit Jef. LX, 5. אָז תִּרְאִי וְנָהַרְתְּ *Tunc videbis et splendebis*, prae gaudio et laetitia, cui in hemistichio altero respondet וְרָחַב לְבָבֵךְ *cor tuum se dilatabit.* Cf. J, D, MICHAELIS *Supplemm.* p. 1607. feq. Sic itaque et nostro loco vertendum: *intuentur eum et splendebunt*, erunt vultu sereno et splendido, quia non fallet eos sua spes; quod significat alterum hemistichium, וּפְנֵיהֶם אַל־יֶחְפָּרוּ, *et facies eorum non suffundentur pudore*, pudescunt enim et rubore suffunduntur, qui ferunt repulsam, aut spe sua excidunt, Hebraeum חָפַר duo comprehendit verba, sono diversa, quae Arabes etiam scriptione discernunt, حَفَرَ, *fodit*, qua significatione חָפַר dicitur Pf. VII, 17. Cohel. X, 8. Jof. II, 2., et خَفِرَ, *multi pudoris fuit, pudore ductus fuit*; unde in Codice Hebraeo saepe cum בּוֹשׁ conjungitur, ut Jerem. XIV, 9. בּוֹשָׁה וְחָפְרָה, *erubuit et confusa est*; Pf. LXXI, 24. כִּי־בֹשׁוּ כִּי חָפְרוּ; vide etiam Jef. I, 30., XXIV, 23., Jerem. L, 12., Mich. III, 7., Pf. XXXV, 4. 26., XL, 15., LXX, 3., LXXXIII, 18. Veteres omnes, Chaldaeo excepto, verba hoc Versu occurentia in Imperativo exprimunt, et pro פְּנֵיהֶם, quod in textu Hebraeo nunc extat, פְּנֵיכֶם exhibent, Graecum Alexandrinum sequuti, cujus interpretatio ita sonat: Προςέλθατε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ κατασχυνθῇ, *Accedite ad eum et illuminamini, et facies vestrae non confundentur*, ut Vulgatus Graeca reddidit.

7. זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ. *Hic miser clamavit, Jova exaudivit, et liberavit eum ex omnibus angustiis.* Suarum rerum exemplo confirmare studet afflictos, quos ad sperandum est exhortatus. Se ipsum enim exempli loco, tanquam alium, adducit, ac si diceret: videte me, Davidem, quum varie fuerim miser et afflictus, et quam mirandum in modum a Jova benignissimo e tot pavoribus fuerim ereptus.* Dicebat itaque haec, se ipsum ostendens.

*8. Jam

8. Jam tutelam Jovae erga quoslibet, ipſum recte colentes celebrat, ſed a ſua liberatione occaſionem accipiens: חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו *Jovae angeli caſtra ponunt circum eos, qui ipſum timent.* חֹנֶה, *Caſtra ponens*, h. e. caſtra ponere ſolet; ſic enim Praeſens efferri ſolet per Participium, vid. Schroederi *Inſtitt. ad fundamm. Ling. Hebr.* Syntax. Reg. LV. c. et Gesenii *Lehrgeb.* §. 214. p. 791. חָנָה eſt verbum militare, notans *caſtra metari*, poſitis in agro tentoriis copiisque certa ſerie diſtinctis, ac vallo probe munitis undique, ut 1 Sam. XXVI, 5. Jeſ. XXIX, 3. Num. II, 34. Itaque h. l. Jovae miniſtri impiorum caſtris opponere ſiſtuntur ſua caſtra, ut iſti pios nequeant perdere. Sic cum exercitus regis Syrorum cinxiſſet Dothanam, oppidum, in quo Eliſa erat, et puer ejus id videns conterritus eſſet, propheta vero exoraſſet, ut ei oculi aperirentur, vidit ille equites et currus igneos circum Eliſam, 2 Reg. VI, 17. Conf. Geneſ. XXXII, 2. Nomen מַלְאָךְ, quod in genere quemvis *nuncium* aut *legatum*, alterius vice miſſum, ejusque nomine negotium aliquod expedientem ſignificat, ut 1 Reg. XIX, 2. nuncium Jeſabelis; praeſertim ad ſpiritus illos adminiſtratorios, πνεύματα λειτουργικὰ (Ebr. I, 14.), deſignandos adhibetur, quibus Deus ad mandata ſua exſequenda utitur, veluti 1 Reg. XIX, 5. 2 Paral. XXXII, 21. Ceterum ſingularis numerus, מַלְאָךְ, collective poſitus eſt pro מַלְאָכִים, quum ſequatur: *in circuitu timentium eum*, ut Exod. XXIII, 28. *miſi* אֶת־הַצִּרְעָה *crabronem ante te.* Vid. Glassii *Philol. S.* p. 55. ſequ. ed. Dath. סָבִיב eſt alias nomen, *circuitum* aut *ambitum* notans, hic tamen adverbiaſcit, vel potius fit praepoſitio, *circa*, quae regit nomen, mediante לְ, ut Exod. XVI, 13. XL, 33. Additur: וַיְחַלְּצֵם *Et eripit eos*, Futurum pro Praeſente, ob actum conſuetum et continuum. חָלַץ, *extrahere*, veluti calceum, Deut. XXV, 9., in Niphal ſignificat *extrahi ex anguſtia*, vel coarctatione, Prov. XI, 8. 9. Pſ. LX, 7. CVIII, 7.; in Piel eſt *cum conatu eruere*,

eruere, v. g. lapidem e pariete Levit. XIV, 43., animam a morte Pſ. CXVI, 8., ex hominibus malis Pſ. CXL, 2., ex aerumnis Pſ. VI, 5., L, 15., LXXXI, 8., XCI, 15.

9. טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה *Guſtate et videte*, experientia cognoſcite, *quam bonus ſit Jova.* Metaphora ducitur ab externo ſenſu ad internum hominis intellectum, adeoque *guſtare* idem eſt ac intelligere, experiri, frui, ut Proverb. XXXI, 18. de muliere operoſa et ſtrenua dicitur, טָעֲמָה *experitur*, quod bona ſit negotiatio ſua. Cf. 1 Petr. II, 3. כִּי־טוֹב יְהוָה, *Quam bonus ſit Jova*, h. e. quam benigne adſit ſuis. Hinc vero accenſus amplius velut exclamat: אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ *Felicia viro, qui confidit in eum*, felix ille vir, qui illius fidei ſe committit. גֶּבֶר, quod proprie *virum validum* ſignificat (a גָּבַר *praevaluit*), h. l. ponitur in univerſo pro *homine*, ut אִישׁ, Pſ. I, 1., ubi eadem, quae hic, loquendi formula. Ante verbum יֶחֱסֶה ſubaudiendum pronomen relativum אֲשֶׁר, ut Pſ. VII, 16. XVIII, 1. 44. XXV, 12. XXXII, 2.

10. יְראוּ אֶת־יְהוָה קְדֹשָׁיו *Timete Jovam, ſancti ejus*, vos, qui ex communi hominum ſegregati, atque cultui ejus addicti, vitae morumque puritati ſtudent. Ita populus Iſraeliticus Exod. XIX, 6. vocatur גּוֹי קָדוֹשׁ, h. e. gens ab aliis populis, cultum veri Dei non ſequentibus, ſegregata. Vid. et Deut. VII, 6. XIV, 2. Hinc Naſiraeus, Jovae et divinis peculiarem in modum addictus, Num. VI, 5. ſeqq. קָדוֹשׁ vocatur. De ſacerdote uſurpatur Num. XVI, 5. 7. De forma vocis יְראוּ vid. Schroederi *Inſtit. ad Fundamm. Ling. Hebr.* Reg. LXXXI, d. כִּי־אֵין מַחְסוֹר לִירֵאָיו, *Nihil enim iis deerit, qui eum venerantur*, tanquam protectorem ſuum colunt.

11. כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא יַחְסְרוּ כָל־טוֹב *Leunculi egent et eſuriunt, ſed qui Jovae ſtudent, nullo bono carent*, h. e. videbitis leunculos, qui praedam vi ſibi comparare poſſunt, interdum egere, et fame laborare, nec illis quicquam prodeſſe ſuam vim (quomodo Job.

IV,

IV, 11. dicitur: *leo perit inopia praedae et filii leaenae difperguntur)*, pios vero numquam egere. Ita *Kimchi* hunc Verfum interpretatur. *Aben-Efra* כְּפִירִים, *leunculorum*, nomine, divites aliorum oppreffores, potentes impios et violentos fignificari cenfet, ut haec fit fententia, injuftum, ferum et violentum genus hominum non femper rapinas reperire; fed qui ab omni vi atque injuria abstineant, eos plus proficere ad victum reperiendum, quod pafcat eos Jova. Pro כְּפִירִים Graecus etiam Alexandrinus πλούσιοι, *divites*, pofuit, quod fequutus eft Syrus. Sed eft nihil in Pfalmis frequentius, quam ut David vel hoftes fuos, vel in genere quosvis impios *leones* indigitet, quia immanitate, truculentia et ferocia certare videbantur cum leonibus atrociffimis, vid. Pf. VII, 3. X, 9. XXII, 22. XXXV, 17. LVIII, 7. XCI, 13., quorum locorum tribus pofterioribus כְּפִיר, ut noftro loco, pofitum eft, quod proprie fignificat catulum leonis, a lacte depulfum, qui praedari incipit, et fibimet victum quaerere fine matris opera. Vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. III. C. I. Tom. II. p. 4. 5, edit. Lipf. Verba Verfus poftrema: לֹא יַחְסְרוּ כָל־טוֹב, ad verbum ita funt reddenda: *non egebunt* quoad *ullum bonum*, vid. de hac conftructione verborum, quae dicuntur copiae et inopiae Schroederi *Inftitt.* Syntax. Reg. LXX. b.

12. לְכוּ *Ite*, agite! Etenim Imperativus verbi יָלַךְ faepius adverbii exhortantis vicem gerit, ut Genef. XIX, 32. Hof. VI, 1, Coh. II, 1. IX, 7. Pf. XCV, 1. — בָנִים, *Filii*, h. e., ut recte *Aben-Efra* explicat, vos mei auditores vel fubditi, qui eruditione indigetis. Sic *filiorum* nomine faepiffime, apud Salomonem potiffimum, v. g. Proverb. I, 8. 10. 15. fignificantur *difcipuli*. Ita 2 Reg. II, 3. 1 Reg. XX, 35. בְּנֵי־הַנְּבִיאִים *difcipuli prophetarum*. שִׁמְעוּ לִי, *Obtemperate mihi*. Verbum שָׁמַע cum לְ aut בְּ conftructum, praeter *auditionem attentam*, infert etiam *affenfum* feu *obfequium*, veluti Genef. III, 17. כִּי שָׁמַעְתָּ לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ *quia obtemperafti voci uxoris tuae*.

Plura

Plura autem Hebraeis ſunt verba, quae duplicem admittant conſtructionem, ita ut modo nomen in Accuſativo regant, modo id ſibi jungant praepoſitione intercedente, qualis diverſitas conſtructionis ſaepe immutat ſignificationem plus minusve; exempla vide in J. A. DANZII *Interprete*, §. 86. pag. 164. ſeq. ed. Tymp., atque in SCHROEDERI *Inſtit.* Syntax. Reg. LXXVII, a. יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם *Timorem Jovae*, i. e. modum et rationem rite colendi Jovam, *vos docebo.*

13. מִי הָאִישׁ *Quis vir iſte?* Interrogatione hac exclamatoria allicere vult poeta ſingulos, ut quicunque modo pr ſperitatem vitae ſibi exoptet, ad ipſum accedat praeceptorem. Hujusmodi interrogationibus etiam alias David uti ſolet, v. g Pſ. XV, 1. et XXIV, 3. *Quis adſcendet montem Jovae?* Pſ. XXV, 12. *Quis eſt, qui timet Jovam?* Vid. et Pſ. CVII, 43. Et quidem interrogatio haec, ſubjunctam mox habens reſponſionem, aequipollet enunciato connexivo, ubi interrogatio rationem gerit antecedentis, reſponſio vero conſequentis, hoc modo: *ille, qui diligit vitam, cuſtodiat linguam ſuam* etc. הֶחָפֵץ *Qui diligit*, exoptat, deſiderat. ה demonſtrativum, per ellipſin pronominis relativi אֲשֶׁר, uſum etiam accipit relativum, quo verbis, ut h. l. חָפֵץ, praeponitur, veluti Eſr. X, 14. הַהוֹשִׁיב *hic qui duxit uxores peregrinas;* הַנִּמְצְאוּ *illi qui inventi ſunt*, 1 Chron. XXIX, 17.; הֶחָפֵץ *qui voluit modo, implevit manum ſuam.* Vid. et infra Pſ. XXXV, 27. — חַיִּים *Vitam* ſcilicet proſperam et tranquillam, ut Pſ. XVI, 11. XXX, 6., ubi not. vid. אֹהֵב יָמִים *Amans dies*, h. e. vitam, *dies* enim *alicujus* ſaepe vitae ejus tempus deſignat, ut Pſ. CII, 12. CXVI, 2. בְּיָמַי *in diebus meis*, quamdiu vixero, *Jovam invocabo.* Conf. Job. XXVII, 6. — לִרְאוֹת טוֹב, *Ad videndum bonum*, h. e. ut, quamdiu vixerit, bonis fruatur. *Videre* ſaepius pro *frui*, a viſu, qui acutior eſt reliquis ſenſibus, ad ſenſum in genere, et experientiam, metaphora

trans-

translata, vid. Pſ. IV, 7. XVI, 10. XXVII, 13. XLIX, 11. Cf. Glassii *Philol. S.* p. 1168. ſeq. ed. Dath.

14. Sequitur jam reſponſio, quomodo quis cupitam illam felicitatem poſſit conſequi: נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע *Cuſtodi linguam tuam a malo*, diligenter obſerves ſermones tuos, ne mali quid iisdem proferatur. Peculiarem autem circumſpectionem indigitat verbum נָצַר, *ſedulo quidquam obſervare, cuſtodire*, veluti quomodo obſervare ſolemus pupillam oculi, ne eidem adverſi aliquid obveniat, Deut. XXXII, 10., item quomodo vigiles excubare ſolent pro vineis, ne iisdem noxam inferant vel fures, vel beſtiae, Job. XXVII, 18. Jeſ. XXVII, 3. Prov. XXVII, 18., hinc de cuſtodia oris Prov. XIII, 3. atque h. l., nimirum quia et hic cauta requiritur circumſpectio, ne ullo modo, ſive per incuriam, ſive per affectuum praepollentiam, noxium inde aliquod excidat verbum, quod Siriacides XXVIII, 25. appellat, *valvas obicesque ori ponere, ſermoni ſtateram adhibere* (καὶ τοῖς λόγοις σου ποίησον ζυγὸν καὶ σταθμὸν, καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θύραν καὶ μοχλόν). וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה *Et labia tua a loquendo dolum*, a ſermonibus fraudulentis, ſive, ab injuria, dolo obtruſa.

15. סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה טוֹב *Recede a malo et fac bonum*, בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם *Quaere pacem*, ſi ea per diſſidia aut injurias illatas turbata forte fuerit inter te et alios, ſedulo inſtauranda ac requirenda concordia, וְרָדְפֵהוּ *et perſequere illam*, ſi pax et mutua concordia non ſtatim facileque poſſit reſtaurari, cave, ne mox reconciliationem tentare prorſus deſinas.

16. עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים *Oculi Jovae ad rectos*, ejusdem favor benignus et provida cura ſemper pro piis excubant, vid. Pſ. XXXIII, 18. Subaudiendum vero hic eſt verbum commodum: *directi ſunt*, aut ſimile quid, ut in dictione proxima, וְאָזְנָיו אֶל־שַׁוְעָתָם *et aures ejus ad vociferationem*, preces *eorum* inclinatae et apertae ſunt, vid. Pſ. X, 17. XVIII, 7. XXXI, 3.

17. פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע *Sed in patrantes malum facies Jovae*, ſcilicet irata et ultrix, quando inſtar judicis ſeveri oculis flammantibus intuebitur maleficos, quomodo Levit. XVII, 10. dicitur: וְנָתַתִּי פָנַי *Ponam faciem meam adverſus eum, qui ſanguinem comederit*, cf. Pſ. IX, 4. et ibi not. לְהַכְרִית *Ad exſcindendam*, h. e. penitus tollendam, quemadmodum extirpari ſolent aut radicitus evelli arbores aut plantae, de quibus non raro verbum hoc uſurpari ſolet, ut 2 Reg. XXIII, 14., cf. Pſ. XII, 4. — מֵאֶרֶץ זִכְרָם *e terra memoriam ipſorum*, ut intereant una cum poſteris, careantque omni laude et fama. Cf. Pſ. IX, 7. Exod. XVII, 14. אֶמְחֶה אֶת־זֵכֶר עֲמָלֵק *delebo memoriam Amalek*, eosdem una cum omni progenie exſtirpabo. Vid. etiam Deut. XXXII, 26. Jeſ. XXVI, 14. Pſ. CXI, 15. Job. XVIII, 17. Coh. IX, 5.

18. צָעֲקוּ *Clamant*, ſcil. צַדִּיקִים, *pii*, quorum clamoribus aperta eſt Jovae auris, Vs. 16., ex eo enim Verſu, licet remotiori, repetendus huc eſt Nominativus, ut fecit Alexandrinus, ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι vertens, atque Chaldaeus, צַלִּין צַדִּיקַיָּא, *orant juſti*; quod enim proxime antecedit nomen, עֹשֵׂי רָע, minime aptum eſſe, ſponte patet. Et quidem Kimchi probat ex ſimilibus V. T. locis, ultima non ſemper cohaerere cum proxime praecedentibus, ſed cum remotioribus. Affert locum Exod. XXI, 11. *Et ſi tria iſta non fecerit* etc., qui non cohaeret cum proxime praecedente Verſu 10., ſed cum remotioribus. Exempla plura attulit J. Buxtorfius in *Anticritt.* p. 614. Uſurpatur autem verbum צָעַק ſaepius de clamore anxio ob malum premens, aut jamjam imminens, vid. 1 Reg. XX, 39. 2 Reg. VIII, 5. Thren. II, 18. Exod. XXII, 22.

19. קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־רוּחַ יוֹשִׁיעַ *Propinquus eſt Jova iis, qui ſunt corde confracto, et ſervat contritos ſpiritu*, hoc eſt, ab aliis oppreſſos, atque inde graviter afflictos, animoque ſaucios et conſternatos; tales enim ſignificantur *fractis corde*, vid. Pſ. LI, 19. CXLVII,

CXLVII, 3. Jef. LVII, 15., atque *attritis fpiritu* Jef. LVII, 15. His igitur קָרוֹב *propinquus* effe Jova dicitur, h. e. praefto, ut eos exaudiat atque ab aerumnis liberet; quafi enim *longe* eft cum diutius in miferia verfari finit, et clamorem afflictorum quodammodo negligit, cum vero illico ab aerumna vindicat, quafi proximus effe videtur, quemadmodum Jova per prophetam pollicitus eft Jef. LVIII, 9. *Tunc*, inquit, *invocabis, et Jova exaudiet; clamabis, et dicet, ecce adfum.*

20. Quam diverfa fit piorum et fceleratorum fors, nunc pluribus exaggerat. רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָֹה *Multa mala jufti*, et fi plurima incidunt pio mala, *ex omnibus illis tamen Jova eum eripiet*, ita ut nulla in re prorfus laedatur. Vocabulum רַבּוֹת, *multae*, habet h. l. rationem Praedicati. Adjectivum enim praepofitum judicat transpofitionem fubjecti fubftantivo praedicati, ita ut enunciatio fit talis: *mala jufti funt multa.* Et רַבּוֹת non pro nudo Adjectivo fequentis fubftantivi רָעוֹת habendum effe, indicat etiam accentus diftinctivus (*Tiphcha anterior*) voci רַבּוֹת appofitus. In dictione מִכֻּלָּם, *ex univerfitate eorum*, affixum mafculini generis, ם, refertur ad femininum, רָעוֹת, de qua generis enallage vid. Buxtorfii *Thefauri Grammat.* L. II. Cap. VIII. pag. 414. feq., atque N. G. Schroederi *Inftitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* Syntax. Reg. XXXIV.

21. שֹׁמֵר כָּל-עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נִשְׁבָּרָה *Omnia offa ejus cuftodit, ut ne unum ex iis confringatur. Offium* meminit, quia haec funt corporis humani veluti fundamentum, cui tota innititur ftrues, quibus laefis mox etiam periclitatur tota corporis moles, ut annotat *Aben-Efra;* inde etiam Chaldaeus fynecdochice offa accepit pro *membris*, reddens: אֵבָרוֹי. Ceterum videntur haec verba proverbialis quid habere, quo fingularis Dei cura et providentia erga fuos indicetur, ut fimili effato Chrifti Matth. X, 30.

22. תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה *Interficiet infortunium impios*, quum pii ex tot tantisque malis (Vs. 20.) a Jova eruantur, ſcelerati contra peribunt, nullum nacti ſoſpitatorem, vel mali lenimentum, poſtquam Jovae ira ſemel exarſerit. וְשֹׂנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ *Qui pium oderunt, damnabuntur*, reos ſe damnationis ex immiſſa poena cognoſcent. Sic Chaldaeus, qui יִתְחַיְבוּן, *damnabuntur*, poſuit. Alii: *delinquent*, a conſilio et ſcopo ſuo aberrantes, ut Pſ. V, 11., ubi plura de hoc verbo vide.

23. פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו *Redimit*, liberat e periculis *animam*, vitam, *ſervorum ſuorum*. De verbo פָּדָה vid. ad Pſ. XXV, 22. — וְלֹא יֶאְשְׁמוּ כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ *Nec punientur*, vel delinquent, ſpe ſua excident (vid. Vol. I. p. 131.) *confidentes in eum.*

PSAL-

PSALMUS QUINTUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Orat Deum, ut ſibi adverſus inimicos, a quibus per ſummam injuriam oppugnatur, praeſidio ſit; eorumque mores, inſidias, malignitatem, ſuperbiam deſcribit. Poſtremo ſe tanti beneficii memorem, laudes illi per totam vitam relaturum ſpondet.

Ex illorum numero hunc quoque Pſalmum eſſe, quos de fuga a Saule David compoſuit, atque de illius aſſentatoribus, qui ipſum obtrectabant et calumniabantur malitioſiſſime, atque ſic regem et populum contra ſe irritabant, plerique aſſerunt; quorum ſententiae illud ſuffragatur, quod eadem paene verba, quae initio poſita ſunt, tum a Davide dicta legimus, cum in ſpelunca nactus occaſionem Saulem interficiendi, abſcidiſſe oram chlamydis ſatis habuit, et injuriam ſuam querela et incuſatione regis inhumani perſequi maluit, quam ſerro vindicare. Vid. 1. Sam. XXIV, 16. Rudingerus vero

vero contra Achitophelem, Simei, Mephibosethum et seditiosos proceres ac Benjaminitas aliquos dici pleraque, vel omnia potius existimat, ut Absalonci temporis Psalmum esse non dubitet, etiam propter Versum sextum, cum mentis et consiliorum perturbationem et in historia sacra, et in aliquot synchronis Psalmis, imprecetur Achitopheli et proceribus Absalonicis.

Sunt, qui ad Christum Psalmum referant, et prophetiam de cruciatibus ejus et odiis Judaeorum erga ipsum putent, sicut et Psalmi CIX. imprecationes adversus gentem Judaicum dirigi putantur. Sed, recte ait RUDINGERUS, „haec typica sunt et absque hoc Davidis omnia Christum referunt, quum sit David perpetuus typus Christi et ecclesiae, quodque a suis hostibus David est perpessus, hoc idem a gente Judaica Christo accidit, ut temere et sine causa eum odissent. Ideo et Christus apud Joannem XV, 25. citat ex Versu 19. hujus Psalmi: *oderunt me temere et sine causa*, et de se interpretatur, quae et causa fuit allata interpretibus talibus, ut totum Psalmum de Christo interpretentur."

---

1. רִיבָה יְהוָֹה אֶת־יְרִיבַי *Litiga, Jova, cum litigatoribus meis*, instar justi judicis aut fidelis patroni suscipe causam meam, atque me, injuste ab hominibus oppressum et misere a cunctis amicis desertum, in tuam recipe

tute-

tutelam; cauſam meam tu ipſe agas. Similis metaphora, a judiciis forenſibus petita, reperitur Jerem. L, 33. 34., ubi hoſtis dicitur retinere Iſraelitas captivos, ſed Jova יָרִיב רִיבָם *cauſam eorum aget*, advocatus ipſis erit. Item Pſ. CXIX, 154. רִיבָה רִיבִי *litiga litem meam et libera me.* Sic Pſ. XLIII, 1., nec non 1 Sam. XXIV, 16. Davides Sauli dicit: *Jova ſit judex inter me et te*, וְיָרֵב אֶת־רִיבִי, *et litiget litem meam*, patrocinium juſtae meae cauſae ipſe ſuſcipiat, innocentem me publice declarando, ac contra iniquos tuos impetus ac perſequutiones defendendo. אֶת־יְרִיבַי *Cum litigatoribus meis*, h. e. cum adverſariis meis, qui tum verbis calumnioſis ac conviliantibus, tum factis hoſtilibus me tanquam hominem ſceleratiſſimum inique perſequuntur, accuſant apud alios, et ubicunque modo poſſint, in faciem dira quaeque objiciunt. Nomen eſt יָרִיב a רִיב, *litigare, contendere*, formatum per י ab initio (ſicut יָפֵחַ, *efflator*, a פּוּחַ, *flare*, Pſ. XXVII, 12.), et praeter hunc locum bis tantummodo occurrit, Jerem. XVIII, 19. שְׁמַע לְקוֹל יְרִיבָי *Attende voci adverſariorum meorum*, et Jeſ. XLIX, 25. אֶת־יְרִיבֵךְ אָנֹכִי אָרִיב, *cum adverſario tuo ego contendam.* Notetur autem in hoc et ſequenti membro *polyptoton*, quando vox eadem alia ſub flexione recurrit, ſeu quando verbum cum nomine verbali conſtruitur, vid. et Pſ. III, 2. — Poſt metaphoram forenſem ſequitur jam in hemiſtichio altero phraſis bellica: לְחַם אֶת־לֹחֲמָי *Pugna cum iis, qui me oppugnant.* Verbum לָחַם, quod proprie ſignificat *comedere, veſci* (unde לֶחֶם *panis*), ut Prov. IV, 17. IX, 5. Pſ. CXLI, 4., aliquando idem eſt, ac *depaſcere* aliquid et *devorare, deſtruere, oppugnare*, quomodo in Conjugatione Niphal נִלְחַם ſignificat *pugnare, bellum gerere*, unde מִלְחָמָה, *bellum*, tanquam omnia depaſcens et abſumens. Sic Arabum مضغ, quod in prima Conjugatione *manducavit* ſignificat, in ſecunda denotat: *vehementer cum aliquo in pugna conflixit.* Oppugnandi notione verbum לָחַם in conjuga-

 tione

tione *Cal* femel tantum occurrit praeter hunc locum, Pf. LVI, 2. 3. Recte Chaldaeus noftra verba reddidit: סַדַּר קְרָב *inftrue aciem contra oppugnatores meos*, atque Syrus: ܐܬܟܬܫ *dimica cum illis, qui dimicant mecum;* quod ipfum verbum interpres Syriacus Luc. XIV, 31. ufurpat de rege ad proelium prodeunte.

2. הַחֲזֵק מָגֵן *Apprehende clypeum*, inftar herois bellicofi capeffe arma. Nomen מָגֵן, quod unum eft ex Hebraeis *clypeorum* nominibus, defcendit a radice גָּנַן *tegere, protegere*, aeque ac apud Arabes مِجَنّ, quod originem trahit a جَنّ, *texit.* *Clypeo* autem nomine مِجَنّ infignito Arabes formam attribuunt frontis, uti colligitur e verbis Poetae apud Reiskium in Notis ad *Taraphae Moall.* pag. 84. ubi inter laudes puellae formofae:

لها جبهة كسراة المجنّ الصابغ المتقدم

Cui frons, ut dorfum clypei, quod rotundavit artifex potens.

Unde Jac. v. Bosveld in *Differtat. de Armis Veter. Hebraeor.* (Praef. Seb. Ravii, Trajecti ad Rhen. 1781.) P. I. p. 46. colligit, מָגֵן formam habuiffe non quidem plane rotundam, fed paulisper oblongam et inflexam, nulla cufpide inftructam. Quod autem hoc loco nofter cum מָגֵן jungit, צִנָּה, *fcutum* fuiffe videtur, cui infixa effet cufpis, ita ut non tantum inferviret repellendis hoftibus, fed etiam ipfis, fi propius accederent, vulnerandis. Ejusmodi cufpide inftructum fuiffe talem clypeum, nomen ipfius innuere exiftimant, quippe quod dictum fit ab *acuendo*, quae vis eft verbi צָנַן, unde צֵן *fpina*, Num. XXXIII, 55. Jof. XXXIII, 13. Cf. Differtat. laudat. p. 38. 45. וְקוּמָה בְּעֶזְרָתִי *Surge in auxilium meum.* Particula ב ponitur hic pro ל, quomodo in fimilibus locis,

cis dicitur לְעֶזְרָתִי, Pf. XXII, 20. XXXVIII, 23. XL, 14. LXX, 2.

3. וְהָרֵק חֲנִית *Et exfere lanceam*, perinde ac fi diceret, non folum mea caufa indue te clypeo et fcuto, quae funt arma propugnantia, fed etiam deprome lanceam ad feriendos et impetendos hoftes. Pingit vates Jovam pro fe pugnaturum, quafi ftrenuum aliquem ducem, utrisque armis, et propulfantibus, et oppugnantibus munitum, ut adverfariis ultionis metum injiciat. Verbum רוּק, five רִיק, in Hiphil tantummodo ufitatum, denotat *evacuare*, veluti faccos, Genef. XLII, 35., vafa vini, Jerem. XLVIII, 12.; vaginam gladio, i. e. gladium protrahere e vagina, ut Exod. XV, 9. Levit. XXVI, 33., Ezech. V, 2. 12. XXVIII, 7. XXX, 11. Sic igitur et h. l. e vagina quafi vel armamentario dicitur expromenda lancea, חֲנִית a חָנָה, *inclinavit*, dicta haud dubie, quod *inclinatur* in eum, qui ea eft transfigendus. Breviores autem fuiffe has lanceas, atque ad vibrandum idoneas, inftar telorum oblongorum, colligi poteft ex 1 Sam. XVIII, 11. XIX, 10. XX, 33., ubi Saul narratur lanceam חֲנִית in Davidem vibraffe, eo confilio, ut eum parieti affigeret. Chaldaeus vocem מוּרְנִיתָא h. l. adhibuit, quae tam *baculum, fcipionem* denotat (unde Jonathan eandem pro Hebraeo מִשְׁעָן ufurpavit Exod. XXI, 19.), quam *haftam, lanceam.* Alexandrinus ῥουφαίαν pofuit, quod vocabulum Hefychius explicat: μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρὸν, *gladius, enfis, vel jaculum oblongum.* Vulgatus: *frameam.* וּסְגֹר לִקְרַאת רֹדְפָי *Et occlude in occurfum perfecutorum meorum*, intercipe viam, meis hoftibus prodi obviam, et in me irruentibus oblifte ac moram objice, ne me affequantur. Jarchi: הגן ביני וביניהם במחיצה *Protege tanquam faciens fepimentum me inter et illos*, interpofito velut muro vel aggere objecto hoftes a me probibe, ita ut omnis his ipfis intercludatur aditus. Kimchi: יש לפרש כלומר סגור הדרך לקראתם שלא יעברו וירדפו אחרי *Quidam fic interpretandum cenfent, ac fi*

 diceret

diceret: claude viam occurfui eorum, ne me ulterius perfequantur. Nomen דֶּרֶךְ h. l. fubaudiendum effe, quemadmodum in fimili phrafi Exod. XIV. 3. (סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר, *conclufit illis defertum*, ne exitum reperire potuerint), vult quoque C. T. Waltherus in *Ellipff. Hebrr.* p. 43, ed. Schulz., ubi plura exempla funt adducta, quibus nomen illud omiffum eft. Geierus: „Undiquaque munitionem circa me conftitue, eidemque me velut include, contra perfequutorum furorem." Aliis סְגֹר, five ut in multis codicibus plene eft fcriptum, סְגוֹר, nomen vifum, teli aliquod genus fignificans. Cujus fententiae jam Kimchi mentionem facit: סְגוֹר חשוב מכלי המלחמה יקרא סגור h. e. סְגוֹר *putatur effe armorum aliquod genus, cui illud nominis effet.* Quod ipfum poft Drusium in *Quaeft. Hebr.* Lib. I. Qu. 74., Vitringam in *Obfervatt. Sacr.* L. I. p. 80. not., Joh. Christ. Clodium in *Lex. Hebr. Sel.* p. 351., etiam placuit J. D. Michaeli in *Supplemm.* p. 1717., qui, „duae, ait, fe offerunt fatis probabiles explicationes: 1) *hafta lignea*, a شُجَار, *lignum*, unde verbum شَجَر eft *hafta confodit*, quin generatim, *pugnavit.* 2) Σάγαρις, fecuris genus, quo Scythae, Perfae, Amazones pugnabant. Vide *Herodotum* L. VII. §. 64. *Xenophontem* de expeditione Cyri, L. IV. p. 734. (σάγαριν, οἵνπερ αἱ Ἀμάζονες ἔχουσιν), *Strabonem*, L. XV. p. 1067. (vel 734.). Camillae etiam fuae, utpote Amazoni, bipennem dedit Virgilius. Nomen non Graecum, fed Afiaticum, quod et fupereffe in lingua Armenica, *Sacr*, monuerunt Whiftoni fratres p. 5. Praefationis ad Mofis Chorenenfis hiftoriam. Forte et Perficum سُكَر, *longis fpiculis erinaceus*, ejusdem ftirpis. Saulis Davidisque tempore gravia Ifraelitis cum rege Nefibis, cui Armenia fubfuiffe videtur, bella, potuerunt ergo et nomina armorum Armenica recipere." Haec Michaelis

Sed

Sed licet nomen hujus formae ufitatum effet Hebraeis, nimirum Hof. XIII, 8., alium tamen ibi habet fignificatum: *dilacerabo* סְגוֹר לִבָּם *claufuram cordis eorum*, Adjectivi vicem gerit Job. XXVIII, 15. 1 Reg. VI, 20. 21. VII, 49. 50. X, 21., quibus locis de *auro conclufo*, five in thefauris habito dicitur. Noftro autem loco veterum interpretum nullus de nomine cogitavit. Alexandrinus: *καὶ σύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν καταδιωκόντων με*, Hieronymus: *praeoccupa ex adverfo perfequentes me;* Chaldaeus: טְרוֹק לְאוּרְעוּת רָדְפַי *claude in occurfum perfequutorum meorum*. Syrus, fuum potius fenfum, quam verborum Hebraeorum vim exprimens: ܘܐܪܝܩ ܠܘܩܒܠ ܪܕܘܦܝ *et vibra* (gladium) *ante perfequutores meos*. Et quum poeta eorum, qui ipfum perfequuntur (רֹדְפָי), mentionem faciat, nonne aptiffime Jovam orabit, velit objectu armorum fuorum prohibere, ne propius ifti ad ipfum accedant et affequantur? Acquiefcendum itaque omnino in ea, quam fupra initio propofuimus, interpretatione, cenfemus. Accedit ad eam commendandam, quod poeta non dixit לִפְנֵי רֹדְפָי, *in confpectu*, five *coram iis, qui me perfequuntur*, verum לִקְרַאת רֹדְפָי, *in occurfum perfequentium me*, quod infert obviam prodeuntem, ut viam illis intercludat. Nomen effet קְרָאָה, *occurfus*, quod tamen nusquam nifi in forma ragiminis reperitur. Sic Genef. XV, 10. *Pofuit partem* לִקְרַאת רֵעֵהוּ *e regione alterius;* XLVI, 29. *Jofephus ivit* לִקְרָאת *in occurfum*, vel obviam, *patri fuo*. Conf. Exod. IV, 27. Jof. VIII, 14. XI, 20. Sed non tantum propugnationem, verum etiam verbis fe confirmari petit, et ut fentiat in corde fuo, Jovam velle ei adeffe, ideo fubjicit: אֱמֹר לְנַפְשִׁי יְשֻׁעָתֵךְ אָנִי, *dic animae meae: falus tua ego*; fac, ut fentiam te animae vitaeque meae curam gerere, et iftis me periculis erepturum. Perfeverat enim in imagine hominis, fe in auxilium alterius parantis et armantis. Solet namque ejusmodi eum, cui ferre auxilium parat et verbis in bonam fpem erigere, opemque diligenter promittere.

4. More

4. More ſuo pudefieri hoſtes orat, ita ſcilicet fruſtratis eorum conatibus, ut illi ipſis cedant exitio. יֵבֹשׁוּ *Erubeſcant*, ob ſpei ſcilicet et conatuum fruſtrationem, ob ignominioſam ſui tractationem, ob honorificam mei exaltationem. Sic namque *erubeſcere* aliquis dicitur, quando cogitata aliter plane cadunt, quam ipſe putarat, cum quis ſpe ſua excidit, ut vidimus Pſ. VI, 11. XXV, 2. XXXI, 2. וְיִכָּלְמוּ *Et ignominia afficiantur*, tum a Te, Jova, juſto judice, graviter ipſos puniente, tum ab hominibus, ſceleratos iſtos contemtim tractantibus. Verbum נִכְלַם, quod in conjugatione Cal non occurrit, ſignificat *ignominioſe tractari, ignominia affici*, ut 2 Sam. X, 5. 1 Paral. XIX, 5., ubi legati barba ſua veſtibusque mutilati dicuntur נִכְלָמִים, *ignominia affecti*. מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי *Quaerentes animam meam*, qui vitae meae inſidiantur, quomodo Saul dicitur egreſſus eſſe לְבַקֵּשׁ אֶת־נַפְשׁוֹ *ad quaerendum Davidis animam*, 1 Sam. XXIII, 15. XXV, 29. נֶפֶשׁ, *Anima*, igitur in hac phraſi ponitur pro *vita*, per metonymiam efficientis, ut Pſ. XXXIII, 19. — יִסֹּגוּ אָחוֹר *Vertantur retrorſum*, cogantur dare terga, potentia tua procul a me depulſi et in fugam verſi turpiter. Verbum סוּג, *retrocedere*, in Niphal ſignificat *retroagi, terga dare*, ut Jeſ. XLII, 17. נָסֹגוּ אָחוֹר יֵבֹשׁוּ, *averſi ſunt retrorſum, pudore ſuffuſi ſunt*; item XLVI, 5. de pavidis, converſis retrorſum, fugientibus, nec prae metu retro ſpectantibus occurrit. וְיַחְפְּרוּ *Et pudore ſuffundentur*, vid. de hoc verbo not. ad Pſ. XXXIV, 6. חֹשְׁבֵי רָעָתִי *Cogitantes malum meum*, h. e. illi, qui ſolliciti ſunt, variasque ſecum volutant machinationes, quomodo mihi parent aliquod infortunium. Conf. Geneſ. XXXI, 52. Participium, quod ſaepe ſolet nominaſcere, ſubſtantivi inſtar ponitur in regimine. רָעָה ſumitur hic pro *infortunio*, ut Pſ. XXXIV, 22. Affixum vero י non mali auctorem, ſed eum, qui incommodum aut cladem patitur, deſignat.

5. Jam

5. Iam mira *αὐξήσει* caſum in perniciem illis imprecatur, et primo quidem, ut paleae, vento expoſitae, ſimiles ſint, יִהְיוּ כְּמֹץ לִפְנֵי־רוּחַ, hoc eſt, ut nusquam queant conſiſtere, nulla certa conſilia ſequi, ſed continuo de malo in malum praecipitentur, de qua ſimilitudine plura vid. ad Pſ. I, 4. — וּמַלְאַךְ יְהוָה דּוֹחֶה *Et Jovae angelus impellens*, angelo Jovae propulſatore. Duo enim Nominativi, quorum alter ſubjectum exprimit, alter praedicatum, abſolute poni ſolent, eadem ratione, qua duo Ablativi Latinorum, et duo Genitivi Graecorum, ut דָּוִד בָּא *Davide veniente*, 2 Sam. XV, 32.; הָמוֹן חוֹגֵג, *turba tripudiante*, Pſ. XLII, 5.; הֵמָּה עוֹלִים, *illis aſcendentibus*, 1 Sam. IX, 11. Plura vid. in Schroederi *Syntax. Nomin.* Reg. XXXII, et in Storrii *Obſervatt.* pag. 391. Verbum דָּחָה ſignificat *trudere* (ut Arabum دَحَوَ), *protrudere, ad lapſum aliquem impellere*, quomodo quinquies in Cal uſurpatur, veluti bis in Pſ. CXVIII, 13. דָּחֹה דְּחִיתַנִי *impellendo impuliſti me ad cadendum;* Pſ. LXII, 4. גָּדֵר הַדְּחוּיָה *maceria convulſa;* Pſ. CXL, 5. *Cogitarunt* לִדְחוֹת פְּעָמַי *impellere greſſus meos;* et denique hoc loco. Hinc in Niphal uſurpatur de expulſis et undique diſperſis, v. g. Iſraelitis, Pſ. CXLVII, 2. Jeſ. XI, 12. LVI, 8., et in Pyal de propulſis, qui ſtare vel reſurgere nequeunt, Pſ. XXXVI, 13. Hoc autem loco tam vehemens impiorum propulſatio et praecipitatio verbo illo indicatur, ut ii, quos angelus Jovae protrudit, perſiſtere amplius nequeant, utut omnibus id intendant modis. Veterum interpretum plerique majoris perſpicuitatis cauſſa ſupplerunt pronomen *ipſos*, ſcil. adverſarios meos, unde tamen minime colligi poteſt, illos דּחָם in ſuo codice legiſſe.

6. Eandem rerum perturbationem et jactationem alia imagine deſcribit, nempe inſiſtentis viae lubricae, et omni luce deſtituti, denique a perſequente angelo Jovae exagitati. יְהִי דַרְכָּם חֹשֶׁךְ *Sit via eorum caligo*, viae, qua ingre-

ingrediuntur, obfitae fint tenebris, ut, quo fe vertant nefciant; fit fumme caliginofa: Abftractum enim, five fubftantivum pro adjectivo ponitur ut Pf. XXXIII, 17. שֶׁקֶר הַסּוּס, ubi cf. not. וַחֲלַקְלַקּוֹת *Et lubricitates*, h. e. fumme lubrica, adeo ut pedem figere prorfus nequeant, velut cum quis incedere cogitur in via argillofa luti tenaciffimi, ubi ad quemvis paffum nutat aut procidit. Similis metaphora Pf. LXXIII, 18. *in locis lubricis pofuifti eos;* nec non Jer. XXIII, 12. *erit via eorum lubricitatum inftar.* Conditionem autem perquam periculofam hoc nomine innui, patet partim ex geminatione duarum radicalium (radix enim eft חָלַק, *mollis, laevis, lubricus fuit*), partim ex numero plurali. Prioris exempla funt חַלְחָלָה *dolor vehemens,* Nehem. II, 10., צַפְצָפָה, *circumfpectu accuratiffima,* Ezech. XVII, 5.; חַתְחַתִּים *terrores* Coh. XII, 5. Cf. Storrii *Obfervatt.* pag. 190. not. Pofterioris exempla, ubi fcilicet pluralis exaggerandi caufa adhibetur, funt Coh. V, 6. *in multitudine fomniorum* הֲבָלִים, *vanitates;* Dan. XII, 2. וְאֵלֶּה לַחֲרָפוֹת, *et illi ad ignominias atque ad miferiam aeternam.* Pf. XLV, 16. שְׂמָחוֹת *laetitiae,* XXII, 4. תְּהִלּוֹת *laudes.* Occurrit autem hocce חֲלַקְלַקּוֹת praeter hunc locum tribus vicibus, nimirum Jerem. XXIII, 12. de via lubrica, et Dan. XI, 21. 34. de blanditiis linguae. וּמַלְאַךְ יְהוָה רֹדְפָם *Et angelus Jovae perfequatur eos,* in fugam jam converfos, ut prae tenebris et viae lubricitate nemo iftorum valeat effugere, fed facillime profternantur finguli. Latet hic talionis poena; nam qui perfequuti funt Davidem injufte, Vs. 3., hos angelus vindex rurfus perfequetur.

7. כִּי־חִנָּם טָמְנוּ־לִי שַׁחַת רִשְׁתָּם *Quoniam immerito abfconderunt mihi foveam retis fui,* nulla mea culpa infidias mihi pofuerunt, ut apertos hoftes fugiens, in occultos et in infidiis fubfidentes inciderem. Adverbium חִנָּם, formarum in fine per ם (ut יוֹמָם, *interdiu,* רֵיקָם, *fruftra,* אָמְנָם, *vere*), defcendens a חָנַן, *gratiofe et citra meritum dedit,* accipi folet pro *immerito* 1 Sam. XIX,

XIX, 5., XXV, 31. 1 Reg. II, 31. — טָמְנוּ *Occultarunt*, operiendo nimirum istud בקש *stramine*, aut terra, ne animadvertat praeteriens, ut Jarchius notavit. שַׁחַת רִשְׁתָּם *Foveam*, sive *perniciem retis sui*, exitiosissimas mihi meaeque vitae struxerunt insidias. Similis metaphora Ps. IX, 16. XXXI, 5. CXL, 6. Jerem. XVIII, 22. Translatio a venatione ferarum desumta; ad quas capiendas super desossam foveam laqueus et plaga conditur, terraque operitur, ut incaute gradiens bellua irretiatur, et in foveam cadat. Sic enim שַׁחַת de *fovea*, qualis a venatoribus solet parari ursis lupisve capiendis, usurpatur Prov. XXVI, 27. Ps. VII, 16. IX, 16. Alii vero hoc nomen h. l. pro *pernicie*, *exitio* accipiendum existimant, ut Ps. XVI, 10. ubi not. cf. Ita *pernicies retis* positum erit pro *reti pernicioso*. חִנָּם חָפְרוּ *Immerito foderunt*, scil. foveam, quod nomen ex *fodiendi* verbo subaudiendum est; לְנַפְשִׁי *animae*, vitae *meae*, ad eam mihi eripiendam.

8. Orat igitur, ut Deus adversarios suos subita calamitate, quam minime exspectaverint, de qua ne quidem in mentem eis venerit, opprimat, et in id mali praecipitet, quod pararunt sibi. תְּבוֹאֵהוּ *Eveniat iis*, vel, *veniat super ipsum*. Affixum verbum hujus intransitivi ita est resolvendum: תָּבוֹא לוֹ. Mutatio numeri (quum antea pluralis esset usurpatus), sive syllepsis, indicat distributionem, q. d. *unicuique eorum* veniat hoc. Vid. Schroederi *Instit.* L. H. Syntax. Reg. XXXVI. b. Nomen שׁוֹאָה usurpatur tum de horrenda urbis vel regionis alicujus devastatione, ut Ps. LXIII, 10. Job. XXX, 3. 14. XXXVIII, 27., tum de re ipsa, vastationem istam adducente, quae subito et cum fremitu vel tumultu quasi perrumpit, (شَأَي *rupit cum fragore*), et obvia quaevis prosternit, quomodo solent facere aquarum subita inundatio, ex qua non datur emergere, vel nimbus nube velut disrupta prolapsus, Ezech. XXXVIII, 9., vel pro-

procella Prov. I, 26. Jef. X, 3. — לֹא יֵדָע, *Non cognofcat*, h. e. abripiet fceleratos iftos exitium, ut antequam illud advenire fentiant, aut conjiciant, fe eodem jam abreptos atque excifos animadvertant. Omiffa eft particula *Vav*, quae in hujusmodi locutionibus folet poni pro conjunctione, *ut* (non cognofcat); v. g. Thren. I, 19. *quaerunt efcam*, וְיָשִׁיבוּ *ut reficiant animam;* vid. Pf. XVIII, 39. XXIV, 7. XXVIII, 1. Vel quod eodem recidit, deeft relativum אֲשֶׁר, veniat fuper eum calamitas, *quam* non advertit. Locus huic fimilis eft Jef. XLVII, 11. (al. 13.) *Eveniet tibi malum, cujus ortum ignorabis, accidet tibi* הֹוָה *calamitas; quam non poteris averruncare*, וְתָבֹא עָלַיִךְ פִּתְאֹם שֹׁאָה לֹא תֵדָעִי *eveniet de improvifo tibi nec opinanti vaftitas.* וְרִשְׁתּוֹ אֲשֶׁר טָמַן תִּלְכְּדוֹ *Et rete ejus, quod abfcondidit, capiat eum.* Verbum לָכַד iterum venatoribus eft proprium, ut patet ex Coh. VII, 26. Prov. III, 26. Pf. IX, 16. Affixum autem ו peculiari modo hic eft fubjunctum, cum alias effet תִּלְכְּדֶנּוּ. Similia exempla funt יִקְרָאוֹ Jerem. XXXIII, 6. תִּתְּנוֹ Exod. XXII, 30. Addit: בְּשׁוֹאָה יִפָּל־בָּהּ *Cum pernicie incidat in illud.* Aliqui voculam בָּהּ accipientes pro affixo pleonaftico (vid. Schroederi *Synt.* Reg. XXXVII. a.) ita reddunt: *in vaftitatem*, calamitatem, *hanc ipfam incidat*, quae repetitio vehementiam imprecationis indicaret. Sed poteft illud בָּהּ etiam referri ad *rete*, ut hic fit fenfus: *cum exitio incidat in illud rete*, quod antea non fine oblectatione et fpe damni alieni pararat innocenti.

9. Tum vero, cum hoftibus meis evenerit, quod merentur, et ego liber ero, וְנַפְשִׁי תָּגִיל בַּיהוָה *anima mea gaudebit de Jova*, fervatore, ut ftatim fubjicit: תָּשִׂישׂ בִּישׁוּעָתוֹ *laetabitur ob falutem*, quam tribuit.

10. Nunc eum canit affectum, quo praevidens fuam de lato auxilio laetitiam, jam cogitabat, ut totis viribus effet Jovae in fe bonitatem laudaturus. *Omnia*, inquit, *offa mea*, כָּל עַצְמוֹתַי, i. e. omnia intima mea, תֹּאמַרְנָה יְהוָה מִי כָמוֹךָ, *dicent: Jova quis tui fimilis?* h. e. ego ita

ita dicam ex intimis affectibus et cúnctis viribus meis, eo quod incomparabilis tuae bonitatis admiratio omne corpus et totam animam meam pervaſura ſit, ſtudioque laudandi te ſummopere accenſura. מַצִּיל עָנִי מֵחָזָק מִמֶּנּוּ *Qui eripis afflictum ab eo qui illi praevalet.* עָנִי וְאֶבְיוֹן מִגֹּזְלוֹ *Afflictum et inopem ab eo, qui illum diripit.*

11. Redit jam denuo vates ad deſcriptionem adverſariorum, contra quos divinam imploraverat opem Vs. 1. ſeqq., exaggeratque illorum vim et crudelitatem. Sunt autem quae inde ab hoc Verſu usque ad Vs. 17. exſtant ita conjungenda, ut periodum compoſitam efficiant, cujus protaſis eſt Vs. 11 — 16. *quia tam indigne tractor;* apodoſis Vs. 17. *noli tu, Deus, diutius hoc ferre.* Sed plus affectus eſt in eo, quod deſcriptione utitur injuriarum, quibus afficitur, eoque ad Deum directa, Deoque rem quaſi exponente (Vs. 11 — 16.), quam apoſtrophe ad Deum claudit (Vs. 17.). Eſt praeterea in illa malorum, quae ipſi toleranda ſunt, deſcriptione, expoſtulationis et admirationis aliquid, quaſi dicat: ſurgantne igitur teſtes violenti? — rependant mihi malum pro bono? — quum ego tamen ipſorum mala luxerim? — vel. o Deus, quo usque talia adſpicies? יְקוּמוּן עֵדֵי חָמָס *Aſſurgant teſtes violentiae,* h. e. teſtes violenti ac iniqui, qui apertam mihi inferunt injuriam, et mecum litigant ſine cauſa, Vs. 1. Cf. 1 Sam. XXIV, 10., ubi hujusmodi falſorum teſtium vel calumniatorum ſit mentio, qui Sauli perſuadere conabantur, Davidem quaerere ipſius exitium. אֲשֶׁר לֹא־יָדַעְתִּי יִשְׁאָלוּנִי *Quae non cogitaram rogant me,* talium factorum accuſor, et accuſatus poſtulor; quae ne in mentem quidem mihi venerunt.

12. יְשַׁלְּמוּנִי רָעָה תַּחַת טוֹבָה *Rependunt mihi maleficium pro beneficio,* שְׁכוֹל לְנַפְשִׁי *orbitatem animae meae,* pendet Accuſativus. a verbo יְשַׁלְּמוּנִי in hemiſtichio priori. Nomen שְׁכוֹל (formae תְּהוֹם) praeter hunc locum bis extat, Jeſ. XLVII, 8. *Non ſedebo vidua, neque cognoſcam* שְׁכוֹל; et Vs. 9. *evenient autem haec duo ſubito,*

שְׁכוֹל

שְׁכֹל וְאַלְמוֹן *orbitas et viduitas.* Denotatur itaque eo nomine filiorum privatio, quae etiam verbi שָׁכַל eſt ſignificatio, ut Geneſ. XLIII, 14. *Ego* (Jacobus profectis in Aegyptum filiis) שָׁכֹלְתִּי *orbatus ſum;* et Cap. XXVII, 45. *Quare* אֶשְׁכַּל *orbabor ambobus vobis die una?* Significatur igitur hoc noſtro loco dolor illi ſimilis, qualem de orbitate filiorum accipit mater. Cum, inquit, multis beneficiis illos affeciſſem, illi contra, dolorem mihi maximum inurere non ſunt veriti. Alii: *ad inopiam redigere conabantur me.* GEIERUS: „Privant me omnibus iis, quibus ſciunt animam meam vel ſuſtentari, vel delectari, non aliter atque contriſtantur parentes, cum orbantur filiis."

13. Adverſariorum ſuorum crudelitatem et ſingularem perfidiam in eo taxat, quod nunc canit ſe malis ipſorum indoluiſſe, et adeo, ut pro eis, tanquam junctiſſimis atque cariſſimis, dum morbo laborarent, ſeſe jejunio, luctui et precibus dederit, illos autem de ſua calamitate ſummopere fuiſſe laetatos, et eam ſannis et illuſionibus auxiſſe. וַאֲנִי בַּחֲלוֹתָם לְבוּשִׁי שָׂק *Ego, dum illi male habebant, veſtiebar ſacco.* וַאֲנִי *Et ego quidem,* me enim quod attinet. Nominativus abſolutus (vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. XXXIII. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 723.) hic vim habet integri membri, ut patet ex ſeqq. *indumentum erat ſaccus.* Cujusmodi exempla vid. Pſ. XI, 4. XVIII, 31. XXXII, 10. Particula *Vau* autem h. l. non tam copulat, quam cauſam reddit, vel probat iniquitatem adverſariorum, qui mala pro bonis reddunt. Eodem modo ea particula accipienda Pſ. I, 3. VII, 10. — בַּחֲלוֹתָם *Dum aegrotarent ipſi,* h. e. quando adverſa patiebantur, dolebantve ex infirmitate ſive corporis, ſive animi. - Verbum enim חָלָה communiter ſignificat *aegrotare corpore,* ut Jacobus, Geneſ. XLVIII, 1.; Benhadad 2 Reg. VIII, 7.; item male habere animo, ut quando aegrotat quis ex amore, Cant. II, 5. VIII. 8. Hinc aliquando generatim idem eſt ac *dolere,* ut Proverb. XXIII, 35. *Percuſſerunt me neque* חָלִיתִי *dolui.*

lui. Jerem. V, 3. *Percuffifti eos, non* חָלוּ. 1 Sam. XXII, 8. *Nemo ex vobis* חוֹלֶה עָלַי *condolens mihi.* לְבוּשִׁי שָׂק *Indumentum meum faccus* erat, h. e. dolebam et contriftabar ex animo, ficut ille, qui infignem luctum externo etiam prodit veftitu, incedens fordidis, vilibus et anguftioribus indumentis; ea enim appellabantur שַׂק, ut vidimus ad Pf. XXX, 12. — עִנֵּיתִי בַצּוֹם נַפְשִׁי *Adfligebam animam meam jejunio,* aegre mihi ipfe feci, cunctisque abstinui deliciis, imo et neceffaria corporis refectione, quo tanto ardentius pro ipfis ad Jovam interpellarem. *Anima,* נֶפֶשׁ, fumitur pro *facultate appetendi,* ut Levit. XVI, 29., ubi cf. not. Eadem phrafis Levit. XXIII, 27. 32. Num. XXIX, 7. XXX, 14. Jef. LVIII, 3. 5. de jejunio ufurpatur. Ex eo autem, quod h. l. expreffe בַצּוֹם, *jejunio,* additur, *Aben-Efra* colligit, defignari peculiare aliquod jejunium, ab amicis forfan ob aegrotantis morbum inftitutum, in quorum numero et Davides fuerit. Accommodat huc ה demonftrativum, nomini huic praefixum, ut docet Pathach fub ב. Poteft tamen hoc referri ad illud loquendi genus pleonafticum, cum dicitur *auribus audire,* Pf. LIV, 4.; *oculis videre* Pf. XCI, 9. — וּתְפִלָּתִי עַל־חֵיקִי תָשׁוּב *Et precatio mea in finum meum revertebatur,* in precationibus curvabar, ut R. *Levi* explicat, ut fic precatio quafi in finum precantis reverteretur. Videntur enim, obfervante KOEHLERO in *Repertor. Literat. orient. et bibl.* Vol. V p. 82., Hebraei varios habitus aut fitus corporis adhibuiffe inter precandum, quorum hic fortaffe fpecies fuerit in magna triftitia, ut capite in finum inclinato precarentur. Cf. 1 Reg. XVIII, 42. Atque id ipfum, ut Dathius monet ad h. l., refert etiam de Mohammedanis RELANDUS in libro de *Relig. Mohammedica,* p. 87., ubi varios eorum geftus aeri incifos exhibet, inter quos ille, qui in tertia figura comparet, ei, de quo noftro loco fermo eft, fimilis videtur. — GEIERUS: „ardenter, et repetitis femper vicibus intra me pro ipforum incolumitate fundebam preces, adeo ut

oratio

oratio תָּשׁוּב, *reverteretur*, etiamfi bis atque iterum *a finu meo* emanaffet ad Deum." JARCHI hunc fenfum adfert: precatum me pro hoftibus, nemo poteft inficiari: at forte dicent, me malum illis imprecatum, non bonum; peto igitur, *ut in finum meum precatio mea redeat*, h. e. mihi eveniat, quod oravi illis: bona quae illis in eorum morbo precatus fum, mihi contingant. Et fane phrafis haec: *redire in finum, reddi in finum*, alias haud raro ufurpatur de retaliatione, quando quid alteri rependitur, veluti Pf. LXXIX, 12. *reddas vicinis in finum ipforum;* Jef. LXV, 6. 7. *retribuam opus eorum in finum eorum;* Jerem. XXXII, 8. Luc. VI, 38. Verum ut ego in ea, quam fupra propofui, explicatione acquiefcendum putem, me movet, quod vates nunc canit, quantopere eos, quos jam hoftes experiebatur, dilexerit, et ut, dum morbo gravarentur, pro eis folennem luctum cum jejunio et prece habuerit. Precatum ergo fe pro illis puto hac particula narrare, nec video, cur fubito hanc occupationem interferuiffet, qua teftatus fuiffet, eis bona, non mala, precatum effe, eoque optare, ut fibi ea, ut illis oravit, eveniat. Ad haec Vs. fequ. abunde teftatur, quam fuerit falutis eorum àvidus, et nihil fuci in luctu fuo admiferit.

14. כְּרֵעַ כְּאָח לִי הִתְהַלָּכְתִּי *Habebam me, ac fi quisque eorum proximus, ac fi frater fuiffet.* כְּרֵעַ *Quafi focius*, vel *amicus* fcilicet effet ifte meus adverfarius afflictus, adeo intime afficiebar ex ejus doloribus. De רֵעַ vid. ad Pf. XXVIII, 3. — כְּאָח *Quafi frater;* crefcit oratio, arctius enim amatur frater, quam amicus, fequitur vero mox etiam *mater.* Atque fic adverfarios fuos fincere complexum effe fingulos teftatur, quod numeri oftendit permutatio, distributionem indicans; praeceffit enim affixum plurale ־ָם, cum aegrotarent *ipfi;* hinc etiam Jarchius pluraliter haec exponit: triftis ambulavi ob eorum infirmitatem, non aliter, ac fi amici aut fratres mei fuiffent ipfi omnes. Subauditur hic facile verbum fubftan-

ſtantivum pro more: *quaſi amicus*, *quaſi frater* (eſſet) *mihi*, vel, talem me geſſi, qualem me geſſiſſem, ſi decumbens ſanguine mihi eſſet arctius conjunctus. הִתְהַלָּכְתִּי *Inceſſi*, intellige ex membro ſequenti, *triſtis*, vel *atratus*. Niſi *incedere* hic, ut ſaepiſſime alias, generatim accipiatur pro ratione agendi et ſeſe gerendi. כַּאֲבֶל־אֵם קֹדֵר שַׁחוֹתִי *Ut qui luget matrem pullatus incurvabar;* eo modo, ſicut filius ingenuus matrem demortuam dolet ex animo, ita et ego, cum adverſi aliquid accideret meis inimicis, condolebam ſerio et vehementer. Ob nutricationis enim ſedulitatem et morum majorem lenitatem ſolent matres diligi a liberis tenerius, quam cognati, aut amici, quare mortes earum feruntur gravius. Jarchius haec exponit de luctu tam filii, quem habet ob matrem, quam matris, quem haec habere ſolet ob filium; ſed prius videtur convenientius. Imo אֲבֵל non eſt ex אֵבֶל, *luctus*, quippe quod in regimine retinet *Segol* ſub א (vid. Geneſ. XXVII, 41. Deut. XXXIV, 8., Jer. VI, 26., Amos. VIII, 10.; ſed ex אָבֵל *lugens* quod in regimine *Camez* in *Chateph-patach*, et *Zere* in *Segol* mutat ob lineolam *Makkaph*. Vid. Schroederi *Inſtitt. ad fundamm. Ling. Hebr.* Reg. CXIV. b. et CLXXVIII. קֹדֵר *tenebricoſum obſcurumque* deſignare colorem, apparet ex eo, quod de die obtenebraſcente uſurpatur Mich. III, 6.; de ſole lunaque caligine obductis Joel. II, 10. IV, 7.; de coelo nigris obſcurisque nubibus operto 1 Reg. XVIII, 45. Jeſ. L, 3. Jer. IV, 28. De nigredine cutis, ſolis aeſtu contracta, dicitur Job. XXX, 28. קֹדֵר *Atratus incedo absque ſole*, non a ſole denigratus, ſed a vi morbi et moeroris. Ex eo autem, quod קֹדֵר tam hoc noſtro loco, quam Pſ. XXXVIII, 7. et Job. V, 11., dicitur de *lugentibus*, nec non Malach. III, 14., ubi Judaei conqueruntur, ſe fruſtra ambulaſſe קְדֹרַנִּית *atrate;* non pauci collegerunt, colorem veſtium nigrum, aut certe qui ad nigrum vergeret, pullum, ſive fuſcum, Ebraeis in luctu receptum fuiſſe. Quorſum faceret illud Josephi *Antiqq. Jud.* L.

XIV.

XIV. C. XVII. (18.) de reis in judicium procedentibus, *κόμην τε ἐπιτέρψασι, καὶ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδυσμένοις, capillis prolixis, veſteque nigra indutis.* Sed quum neque hoc loco, neque Pſ. XXXVIII, 7. Job V, 11. Malach. III, 14., diſerta *veſtimentorum* mentio fiat; dictio *atratum incedere* explicari poteſt, vultu obſcuro et triſti incedere, qua ſignificatione verbo קָדַר utitur Jeremias VIII, 21. *Propter calamitatem populi mei* קָדַרְתִּי *obtenebratus ſum, ſtupor arripuit me.* Conf. Jerem. XIV, 2. et Job. XXX, 28. ſupra adduct. Unde h. l. Alexandrinus vertit *σκυθρωπάζων*, quod proprie fit, cum ex moerore hilaritas illa ſplendorque vultus obtegitur et obſuſcatur. Vulgatus *contriſtatus* reddidit. Sed quia lugentes lotione corporis, ſive balneis, abstinere ſolebant (vid. 2 Sam. XII, 20. XIX, 24., et cf. Geierum *de luctu Ebraeorum* C. XXI. §. 8.), et univerſus illorum habitus ſqualidus erat, atque incultus, poſſit קֹדֵר etiam de *ſqualore lugubri* intelligi. Favet Arabicum قَذِرَ, *immundus et ſpurcus fuit, ſorduit,* quemadmodum et ipſum Hebraicum קָדַר Job. VI, 16. de torrentibus, gelu et nive in eos reſolutis exaeſtuantibus, *turbidamque aquam* trahentibus, uſurpatur (הַקֹּדְרִים מִנִּי־קָרַח, *qui turbidi ruunt a glacie*). שַׁחוֹתִי *Incurvabar,* demiſſo incedebam capite, toto quaſi corpore in terram inclinato, ut facere ſolent vehementer dolentes, quum contra felices et ſuperbi erecto incedant capite. שָׁחָה propr. *ſubſidere, ſidere* (cf. not. ad Pſ. X, 10.), hinc *depreſſus,* vel ad terram usque humiliatus fuit, ut Jeſ. II, 17. וְשַׁח *et humiliabitur altitudo hominum;* Pſ. XLIV, 26. *Anima noſtra in pulverem usque* שָׁחָה *depreſſa eſt.* Cf. Pſ. XXXVIII, 7. CVII, 39. Job. IX, 13. Proverb. XIV, 19.

15. Canit nunc, quam pro ſuo candore atque humanitate improbi illi retulerint gratiam. וּבְצַלְעִי שָׂמְחוּ *Sed in claudicatione mea laetati ſunt,* quando adverſa ego premebar fortuna, cum imbecillis atque viribus adeo

eram

eram deftitutus, ut vix poffem incedere. Etenim *claudicare* Hebraeis fynecdochicῶς pro omni genere imbecillitatis accipitur, metaphora defumta ab ovibus, nam ex eis folent multae aeftate, praefertim in calidioribus illis regionibus, ex nimio itinere, aeftuve folis fatigatae, claudicare. Sic Mich. IV, 6. Zeph. III, 19. *Eo tempore, Jova inquit,* אֹסְפָה הַצֹּלֵעָה *congregabo claudicantem, colligamque difperfam, quam affiixi.* Ita infra Pf. XXXVIII, 18. אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן *Ego ad claudicationem inclinatus fum,* h. e. ruinae fum proximus. Jerem. XX, 10. *Obfervant* צַלְעִי *claudicationem meam,* ut viribus deftitutus labar vel in infortunium, vel in peccatum. Unde *Aben-Efra* h. l. בְּצַלְעִי effe dicit בחליי, *in dolore,* vel infirmitate mea, ficut Jacobus Genef. XXXII, 31. luxato femore ftare amplius fuper fuis pedibus nequibat. Chaldaeus: בִּתְבָרִי, *in contritione,* calamitate, *mea.* וְנֶאֶסְפוּ *Et collecti,* congregati, *funt,* convenerunt, fcilicet ad inferendum mihi damna adhuc plura, vel ut mihi acerbe illuderent, atque cum fingulari oblectatione meum contemplarentur miferum ftatum. נֶאֶסְפוּ עָלַי *Congregati, inquam, funt adverfus me,* repetitur eadem vox, majoris emphafeos caufa, ad exprimendum ardens nocendi ftudium, cujusmodi anadiplofis et Pf. XCIV, 23. XCV, 6. XCVIII, 4. 5. Quod fequitur, נֵכִים interpretes recentiores tantum non omnes reddunt *claudos,* ex phrafi נְכֵה רַגְלַיִם *claudus pedibus,* quomodo Mephibofeth dicitur 2 Sam. IV, 4. IX, 3. Qui vero noftro loco *claudicantium* appellatione indigitentur, diffentiunt. Senfu proprio accipit Th. F. Stange in *Anticrit. in locos quosdam Pfalmor.* T. I. p. 170. qui, „*claudos,*" inquit, „hic hebraicum denotare, perfpicimus maxime ex proxime antecedente בְצַלְעִי; ut adeo fenfus fit: *laetantur claudicatione mea, congregantur claudicantes,* h. e. claudicando imitantur per *μίμησιν,* claudicationem meam." Quae fententia profecto parum convenit dignitati atque gravitati illi, cujus nofter ubique fervantiffimus reperitur.

 Quod

Quod quum alii bene sensissent, *claudicantes* intelligendos existimarunt figurate, de hominibus penitus abjectis et nihili, e sordida faece plebis, quales Job. XXX, 8. *Homines nihili, inglorii,* נִכְּאוּ מִן־הָאָרֶץ, *e terra* flagris et verberibus *excussi,* sive, ut alii vertunt, *terra humiliores.* Ita post *Kimchium,* Vatablus, Koehlerus, Dathius. Quae interpretatio tamen quam infirmo fundamento nitatur, et quam sinistre ad eam commendandam afferatur ille Jobi locus, unusquisque sponte intelliget. Omnino autem *claudicantium* significatus, quem vocabulo נֵכִים h. l. tribuunt, suspectus mihi est vel ideo, quod nemo veterum eum expressit. Alexandrinus enim vertit *μάστιγες,* et eum sequutus Vulgatus: *congregata sunt super me flagella.* Ita et Syrus ܐܬܟܢܫܘ ܥܠܝ ܢܓܘܕܐ *congregatae sunt adversus me scuticae* (false in Polyglottis ܥܠܡ ܢܓܘܕܐ, *diu,* exaratum esse, observavit J. D. Michaelis in *Biblioth. Orient.* T. XII. p. 142.). Ac *potuisse* sane Hebraeis nomen נֵךְ, a נָכָה, *percussit, flagellum* significare, quamvis ille Nominativus in V. T. non occurrat; nemo facile infitiabitur. Eadem enim ratione שֵׁם, *nomen,* derivatur a שָׁמָה. Sic autem נֵכִים, *flagella,* per metonymiam effectus, posita erunt pro eis, qui flagellis caedunt, vexatoribus. Nec tamen necesse erit, ad metonymiam confugere; quum, sicut a גָּאָה, *superbivit,* גֵּאִים dicuntur, ita et a נָכָה, *percussit,* נֵכִים, analogiae plane convenienter, possint esse *percutientes.* Atque hac ipsa voce latina nostram hebraicam reddidit Hieronymus, edoctus haud dubie a suo linguae Hebraeae magistro. Ita et Symmachus, qui *πλῆκται, percussores,* posuit, ita denique Chaldaeus vocabulum nostrum interpretatus est, quamvis hic, more suo, non tam propriam vocabuli significationem, quam sensum, paraphrasi sua expresserit, est autem talis: רַשִׁיעַיָּא דְּמַכְבִין לִי בְּמִלֵּיהוֹן, *impii, qui per-*

cutiunt

cutiunt me verbis suis, unde discimus, nostrum נכים positum esse pro נכים בלשון, quae ipsa phrasis Jerem. XVIII, 18. de prophetae adversariis usurpatur, falsas criminationes in eum proferentibus. Eadem figura Job. V, 21., שוט לשון, *flagellatio linguae,* de superbis oppressoribus, iisdemque accusatoribus innocentium dicitur. Sic itaque noster etiam queritur de sceleratis, qui criminibus falsis ipsum insimularent, quales supra Vs. 11. עדי־חמס vocaverat. Id quo magis exaggeret, addit, se hanc eorum perfidiam latuisse, nihil tale de eis fuisse suspicatum, ולא ידעתי, *quod minime exspectabam,* quomodo ידע accipitur supra Vs. 8., nec non Jer. IX, 19. Job. IX, 5. Alii: *neque ego sciebam* scilicet causam hujus adeo gravis ac internecini adversus me odii. Alii: *non cognovi* illos meos adversarios, multo minus eosdem lacessivi. Quos tamen si indicare voluisset, dixisset haud dubie: ולא ידעתים. Nec conveniret haec sententia sollicitudini pro aegrotantibus iisdem adversariis, cujus Vs. 13. 14. mentionem fecerat. קרעו *Lacerant,* diris quibusque modis acerba mihi inferunt damna, me totum quasi injuriis discerpunt. Verbum קרע generatim significat, *dissolvere, discindere,* quomodo de vestium laceratione usurpatur creberrime, veluti 2 Reg. V, 8., Esr. IX, 3.; hinc de scissione regni 1 Sam. XV, 28., 1 Reg. XI, 31. 2 Reg. XVII, 21., coelorum Jes. LXIII, 19., cordis in luctu Joel. II, 13., de dilanatione praecordiorum, Hos. XIII, 8. Bene *Aben-Esra* haec interpretatur de malignis obtrectationibus noxiisque calumniis, quibus poëtae nostri adversarii ipsum conscinderunt. ולא־דמו *Neque silent,* h. e. crudelitatis ac violentiae illorum nullus est finis, non cessant a diris suis dilacerationibus. Etenim דמם, *silere,* generatim aliquando est, ab opere aliquo *remittere, cessare* a strepero negotio, veluti Jerem. XLVII, 6. *O gladie! collige te in vaginam, quiesce* ודמי *et cessa.* Thren. II, 18. *Plora, neque* ידם *cesset pupilla tua.* Cf. Kimchi observatio ad Ps. IV, 5. a nobis allata Vol. I. p. 98. Chaldaeo tamen ver-

bum noftrum denominativum eft a דָּם, *fanguis;* vertit enim hemiftichium pofterius hoc modo: אִלּוּ מְבַזְעִין מַשְׁכִי וְלָא מַפְּקִין דְּמָא *Etfi dilacerent cutem meum, fanguinem tamen non educunt*, fenfu non malo (qui et J. D. MICHAELI praeplacuit in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 2205.): *flagelli* ictum impingunt, ictum, cujus nullus fanguis fequitur. Ictus vero non cruenti *calumniae* erunt. Non autem דָּמוֹ. *fanguis ejus*, Chaldaeus legiffe videtur, ut Michaelis fufpicatur, quod nullum fenfum h. l. faceret; verum דָּמוּ (fine *Dagefch forti* literae מ), a verbo דָּמָה, cum quo convenit Arabum دَمِيَ (pro دَمُوَ) *cruore infectus fuit*, et, in fecunda conjugatione, *vulneravit, percuffit, ut effluxerit fanguis.* Eodem modo Hieronymus quoque et legit et interpretatus eft; reddidit enim (ex Var. Lect. in edit. Martianay) verba noftra hoc modo: *fcindentes et non fundentes fanguinem.* Quod in noftris vero codicibus extat: דָּמּוּ, jam Aquila in fuo reperit, pofuit enim: καὶ οὐκ ἐσιώπησαν. Huc etiam referendus Alexandrinus, qui et hic, ut Pf. IV, 5. דֹּמּוּ κατενύγησαν reddidit, de cujus interpretationis ratione diximus ad laudat. Pf. loc. Vol. I. p. 99.

16. Adverfariorum fuorum vilitatem magis amplificat, dum parafitos illos nunc defcribit, et menfarum affeclas, qui inter epulas aularum et propter has, quae eft merces per fe viliffima, affentantur principibus vel patronis, et calumniis irritant eos contra innocentes homines. בְּחַנְפֵי לַעֲגֵי מָעוֹג חָרֹק עָלַי שִׁנֵּימוֹ *Cum impiis fannarum collyrae frendent contra me dentibus fuis*, fcil. illi נֵכִים, *calumniatores*, de quibus Vs. praeced., quafi dicat, obtrectatores ifti maligni non funt foli, fed fociati info-per iisdem funt fanniones impii. Praepofitio בְּ valet עִם, *cum*, feu comitatum denotat, ut 1 Sam. I, 24. *Abduxit eum* בְּפָרִים *cum juvencis;* Pf. XCIX, 6. *Mofes et Aaron* בְּכֹהֲנָיו *cum facerdotibus ejus.* Nomen חָנֵף fignificat *hominem*

minem profanum, impurum, turpem, flagitiis palam pollutum, a verbo חָנֵף, *contaminari, profanari*, quomodo terra per impios incolas, Jeſ. XXIV, 5. Jerem. III, 1.; per adulterium Pſ. CVI, 38.; per ſanguinem Numer. XXXV, 33. Hinc Jerem. XXIII, 11. *Cum vates, tum et ſacerdos* חָנֵפוּ *contaminati*, profani *ſunt*. Mich. IV, 11. תֶּחֱנַף *Contaminetur*, profanetur, Zion. Unde חָנֵף ubique in V. T. hominem *profanum* et *palam impium* deſignat, veluti Job. VIII, 13. XIII, 16. XV, 34. XVII, 8. XX, 5., et locis plurimis aliis, quos omnes et ſingulos diligenter recenſuit Thom. Gatacker in *Adverſarr. Miſcellann. poſthum.* Cap. XXII. (*Operr. Critt.* Traject. ad Rh. 1698. fol. p. 673. ſeqq.), eo fine, ut oſtenderet, חנף nusquam in V. T. de *hypocriſi* dici; quamvis verbum חָנַף in forma Hiphil pro *adulari* uſurpent doctores Hebraei. Videntur autem ii, ut mihi quidem veriſimile eſt, illam ſignificationem e noſtro loco, ſive potius Chaldaica ejusdem interpretatione derivaſſe, quae talis eſt: בְּמַלֵּי שְׁעִיעוּתָא *verbis blanditiei*, ſive blandis. Senſum magis, quam propriam verborum notionem: interpres ille, more ſuo, reſpexit. Quamvis enim vates h. l. adverſariorum ſuorum improborum adulationem depingat, non tamen ideo חָנֵף *adulatorem* denotat. Neque Syris, quibus ܚܢܦܐ perquam uſitatum, usquam *adulatorem*, aut *hypocritam*, ſignificat, verum ſemper *impurum*, *profanum*, *impium*, quare in N. T. ſaepe pro *gentili*, ſive *ethnico*, ut Matth. VI, 7. X, 5. XVIII, 17. uſurpatur. Et propriam hujus dictionis notionem eſſe in *contaminatione, impuritate*, non ſolum probant loca e codice Hebraeo ſupra allata, verum confirmatur quoque eo, quod Syriacus N. T. interpres 2 Petr. II, 20. μιάσματα τοῦ κόσμου, reddidit ܛܢܦܘܬܗ ܕܥܠܡܐ *obſcoenitates*, inquinamenta *mundi*. לַעַג eſt *ſubſannatio*, vel *deriſio amara*, qualem experiebatur Jobus, XXXIV, 7., populus Iſraeliticus a gentibus vicinis, Pſ. LXXIX, 4. CXXIII, 4. Ezech. XXIII, 32.

32. XXXVI, 4. De etymo vid. ad. Pf. XXII, 8., fupra p. 593. „חַנְפֵי, *profani*, in forma contracta, regiminis indice, juncti τῷ לַעֲגִים, pro אַנְשֵׁי לַעֲגִים, *viri fannarum*, vel *fubfannationum*, quos *fanniones* appellant. Quomodo תַּעֲלֻלִים, *illufiones*, pro אַנְשֵׁי תַּעֲלֻלִים, *viri illufionum*, illufores, Jef. III, 4. Ad verbum ergo eft *profani fannionum*, uti Prov. XIV, 1. חַכְמוֹת נָשִׁים *fapientes mulierum*, ubi Graecus: σοφαὶ γυναῖκες. Verum fic et Ifocrates ad Demonic. τοὺς σπουδαίους τῶν γενέων, *ftudiofos*, five *probos, parentum*. Et Latini quandoque pariter. Plinius Lib. VIII. c. 48. *Lanarum nigrae*. Et, *Canum degeneres*, Lib. XI. c. 50. Et, *Planis pifcium*, alibi. Perinde et iftic *profani fannionum*, i. e. fanniones profani; quanquam emphafi etiam non carere formula illa, prout alibi, ita iftic quoque, videtur. Sic enim Ezech. VII, 24. רָעֵי גוֹיִם, *mali gentium*, pro *peffimis quibusque e gentibus*, dicitur. Et טוֹבָם, *bonus eorum*, pro *optimus ex eis*, five *inter eos*, Mich. VII, 4. Parique ratione hoc loco חַנְפֵי לַעֲגֵי *fannionum* erunt *profaniffimi*, five *impuriffimi*." Gataker. Porro לַעֲגֵי etiam regiminis formam gerit, quo ad מָעוֹג regendum deftinari oftendatur, quod idem plane fignificare, quod עֻגָה, hoc eft, *panem fubcinericium* (vid. Schol. ad Genef. XVIII, 6., et conf. J. Michaelis *Supplemm. ad Lexx.* pag. 1845.), patet ex 1 Reg. XVII., quo loco, quod מָעוֹג Verfu 12. idem ipfum עֻגָה Vs. 13. dicitur. Sunt autem *fanniones panis*, qui aliena vivere quadra affuefacti menfas et fympofia affectantur, in quibus fcommatibus et dicacitate fcurrili convivis rifum ciere, ventris caufa, folent. Similiter apud Talmudicos לְשׁוֹן עוּגָה, *fermo placentae*, ufurpatur de fermone jocofo, inani, levi, qualis effe folet eorum, qui placentae caufa aliis adulantur, vel alios eludunt. Hinc recte Jarchi ad h. l. *Adulatores agunt apud Saulem, ut ipfe eis cibum ac potum praebeat*. Alexandrinus μυκτηρισμὸν, *fubfannationem*, Chaldaeus מְגַחֲכָנַיָּא, *derifores*, reddidit; reliqui veteres, Syrus et Symmachus,

chus, vocabulum מָעוֹג non expreſſerunt, ideo haud dubie, quod ejus vim h. l. non ſatis caperent. GEIERUS מָעוֹג genitivum objecti eſſe putat, quo deſignetur res, a profanis iſtis deluſa, atque ſenſum eſſe hunc: „ſarcaſtice meam deludunt penuriam, quod ne ſufficientem quidem habeam panem. Etenim non delicatus aliquis cibus nomine מָעוֹג ſignificatur, ſed auſterus, idemque non ſufficiens, qui ſane Davidi in exilio non infrequens, ac propterea ſine dubio etiam ſaepius fuit in hac ſua egeſtate deluſus." Verum ille nominis מָעוֹג ſignificatus, quem Geierus ei tribuit, plane precario ſumitur. Ceterum notetur, h. l. סמוך על סמוך, *regimen ſuper regimen venire*, ut Hebraei loquuntur, hoc eſt, tria invicem connecti ſubſtantiva, quemadmodum et Pſ. LXXVIII, 9. Infinitivus autem, חָרֹק, *frendere* per enallagen ponitur pro Praeterito, quale praeceſſit Vs. praeced. קָרְעוּ, *lacerarunt*. Ità Cohel. VIII, 9. רָאִיתִי וְנָתוֹן אֶת־לִבִּי *Vidi et applicui cor meum;* Cap. IX, 11. שַׁבְתִּי וְרָאֹה *Verti me et vidi.* Jer. XXXI, 2. הָלוֹךְ *Ivit ad requiem Iſrael.* Plura de hoc loquendi more vid. in SCHROEDERI *Inſtitt.* Syntax. Reg. LIV., atque in STORRII *Obſervatt.* p. 157. Verbum חָרַק adhiberi ſolet ad exprimendos hominis furibundi, vel inſigniter irati geſtus, ut Job. XVI, 9. Irati me rapiunt, prae ſuo in me *odio* חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו *frendent contra me dentibus.* Thren. II, 16. *Aperiunt contra te omnes tui adverſarii os ſuum,* שָׁרְקוּ וַיַּחַרְקוּ־שֵׁן *ſibilant, ac dente frendent dicentes, perdamus* etc. Cf. Pſ. XXXXII, 12. CXII, 10.

17. Magni affectus eſt, quod ait, אֲדֹנָי כַּמָּה תִּרְאֶה *Domine, quousque adſpicies?* reticentia enim eſt, et ſubaudiendum, nec fers opem, et depellis illorum improbitatem? Quousque malignas iſtas conſociationea et injurias, innocenti homini illatas, otioſi inſtar intueberis? הָשִׁיבָה נַפְשִׁי מִשֹּׁאֵיהֶם *Reduc animam meam a devaſtationibus eorum*, libera me a calamitatibus, quas mihi illi inferunt, quibus me afflictum omnibus exuunt bonis, ut

inſtar

inftar urbis exfpoliatae vaftataeque regionis deftitutus fim fim rebus omnibus. Nomen שׁוֹאָה (ad formam יוֹרָה, *pluvia*) in forma mafculina alias non reperitur; haud dubie tamen defcendit a שָׁאָה, *vaftari*, ut folent urbes per bellum privatae incolis, Jef. VI, 11., ac proinde convenit cum שׁוֹאָה, fupra Vs. 8. Chaldaeus pro eo pofuit שְׁלָיָא, *vaftitas*, *vafta et fubita pernicies*. מִכְּפִירִים *A leonibus* fcil. reduc, הָשִׁיבָה, quod eft repetendum; innuuntur hoftes leonino ingenio, rapacitate ac robore inftructi, ita ut leonibus juvenibus jure fint comparandi. Eadem imago Pf. XXII, 22. De כְּפִיר vid. ad Pf. XXXIV, 11. — יְחִידָתִי *Solitariam meam*, h. e. animam meam, quae omni deftituitur auxilio ac praefidio, vid. ad Pf. XXII, 21.

18. Votum de laudando Jova nuncupat. אוֹדְךָ בְּקָהָל רָב *Celebrabo te in coetu magno*, palam enarrabo tua in me benefacta, aliosque ad fimilem in te fiduciam exhortabor. בְּעַם עָצוּם אֲהַלְלֶךָּ *In populo numerofo te laudabo*. עָצוּם, prorfus ut Arabum عظم, ufurpatur tam de eo, qui praevalet viribus, quam qui numerofitate vel copia praepollet, v. g. peculium copiofum, מִקְנֶה עָצוּם, Num. XXXII, 1.; גּוֹי עָצוּם, gens numerofa, Deut. IX, 14. Cf. Proverb. VII, 26. Nec aliter Germani voce *ftark* tam de viribus, quam de copiofitate utuntur, v. g. *ftarke Armee*.

19. Redit ad preces, Vs. 17. inchoatas. אַל־יִשְׂמְחוּ־לִי אֹיְבַי שֶׁקֶר *Ne gaudeant de me, qui immerito mihi hoftes funt*, ne permittas, quaefo, ut de fucceffu fuo contra me innocentem triumphare poffint, quomodo jam factum fuiffe conqueftus fuit Vs. 15. Praefixum ל verbo שָׂמַח fubjunctum denotat laetitiae objectum, valetque *de*, ut Pf. XXV, 2. XCI, 11. Nomen שֶׁקֶר, *falfitas*, h. l. accipitur adverbialiter *falfo* (conf. SCHROEDERI Syntax, Reg. XCIII.), refpondetque ei חִנָּם in altero hemiftichio. Non autem ad odium (vere enim Davidem oderant, non fimulate) eft referendum, fed ad odii caufam, hoc fenfu: qui inimicitiae vel odii in me falfas fubornant caufas.

שֹׂנְאַי

שֹׂנְאַי חִנָּם יִקְרְצוּ־עָיִן *Et ne ii, qui me odiunt absque caussa, nictent oculis*, voluptatem, quam de malo meo percipiant, nutibus oculorum teftentur, conf. Proverb. VI, 13., X, 10.

20. כִּי לֹא שָׁלוֹם יְדַבֵּרוּ *Etenim non pacem loquuntur*, confilii dant maxime turbulenta, mera bella et furores fpirantia, inflammant contra me alios, multo minus iniqua aliorum in me odia componere ftudent. Cf. Genef. XXXVII, 4. Per litoten locutio negativa ponitur pro contraria affirmativa cum emphafi, ut Exod. XX, 7. *Non innocentem habebit*, h. e. graviffime puniet, cf. Pf. V, 5. IX, 11. XXX, 2. *Loqui* autem *pacem*, eft proferre ejusmodi fermones, qui pacem vel confervant, vel labantem, aut plane excuffam, denuo inftaurent. Alexandrinus haec verba fic reddidit: ὅτι μοί μεν εἰρήνην ἐλάλησαν, *pacifice mecum locuti funt*. Unde Cappellus, Koehlerus, alii, colligunt, illum pro לֹא in fuo codice legiffe לִי. De qua tamen conjectura recte Buxtorfius in *Anticritica*, f. *Vindiciis Verit. Hebr.* pag. 647. „Ifte fenfus ex noftro quoque textu erui poteft, fi לֹא interrogative fumamus, pro הֲלֹא, *annon*, qua ratione affirmativam gignit orationem, et Pronomen לִי fubaudiamus: *Nam annon pacem* mihi *loquuntur?* Utrumque et fieri poteft, et faepe fit in facris libris, לֹא pro הֲלֹא, vid. exempla Exod. VIII, 26. Job. III, V. ult. Thren. I, 12.“ Reliqui etiam veteres noftram lectionem clariffime exprimunt. וְעַל־רִגְעֵי־אֶרֶץ דִּבְרֵי מִרְמוֹת יַחֲשֹׁבוּן *Et contra quietos terrae verba fraudum cogitant*, contra homines pacis ftudiofiffimos dolos concinnant. Loquutione רִגְעֵי־אֶרֶץ exprimitur fuperlativus gradus, ficuti 2 Reg. X, 6. גְּדוֹלֵי הָעִיר, *magni civitatis*, funt praecipui, five Optimates. Ita Proverb. XXX, 24. *Quatuor funt* קְטַנֵּי־אֶרֶץ *minima terrae*; et Jef. XXIII, 8. נִכְבַּדֵּי־אֶרֶץ *honorati terrae*, i. e. honoratiffimi. רִגְעֵי, quamvis alias non occurrat, certum tamen eft, fignificare *tranquillos*, ex nomine מַרְגּוֹעַ *requies*, Jerem. VI, 16. Jef. XXVIII, 12., ad quem loc. vid. Schol.

Schol. Hinc Chaldaeus: וְעַל צַדִּיקֵי אַרְעָא דְּנָיְחִין בְּעָלְמָא הָהוּא *et contra juſtos terrae, qui tranquille vivunt in mundo hoc.*

21 וַיַּרְחִיבוּ עָלַי פִּיהֶם *Dilatant contra me os ſuum,* riſu atque cachinno, conſ. not. ad Pſ. XXII, 8. ſupra p. 593. 95 אָמְרוּ הֶאָח הֶאָח *Dicunt eja! euge!* Interjectio gaudentis, vel de caſu aliquo exultantis, ut patet ex Job. XXXIX, 25. Pſ. XL, 16. LXX, 4. Jeſ. XLIV, 16. Ezech. XXV 3. — רָאֲתָה עֵינֵנוּ *Vidit oculus noſter,* ſubaudiendum: id, quod jamdudum videre optavimus, Davidem proſtratum jacere.

22. רָאִיתָה יְהוָֹה *Vidiſti, Jova!* Utcunque adhuc, praevalentibus mihi improbis iſtis viſus ſis non videre, quae mihi iniqua et atrocia fecerunt, ſcio tamen te vidiſſe omnia, eoque tandem judicium de me facturum, et jus meum adſerturum; id ergo ut facias, oro: אַל־תֶּחֱרַשׁ, *ne ſileas,* cf. de hoc verbo not. ſupra ad Pſ. XXVIII, 1. — אֲדֹנָי אַל־תִּרְחַק מִמֶּנִּי, *Domine, ne velis procul abeſſe a me,* auxilio tuo. Cf. not. ad Pſ. X, 1.

23. הָעִירָה *Expergiſcere!* Vid. ad Pſ. VII, 7. — וְהָקִיצָה לְמִשְׁפָּטִי *Et evigila ad judicium meum,* ut jus meum vindices, ut inſtar juſti judicis me, tanquam inique preſſum, tandem aliquando liberes ab iniquis meis adverſariis. Cf. Pſ. IX, 5. XVII, 2. Mich. VII, 8. — לְרִיבִי *Ad litem meam* ſubaudi: expergiſcere! Tandem aliquando compone te ad cognoſcendam cauſam inter me meosque adverſarios. Cf. Vs. 1.

24. שָׁפְטֵנִי כְצִדְקְךָ *Judica me,* cauſam meam adferas, *pro tua juſtitia,* וְאַל־יִשְׂמְחוּ־לִי *Ut ne laetentur de me,* vid. Vs. 19. Praefixum ו h. l. reddendum eſt cauſaliter: *ut ne,* ut Pſ. XVIII, 39. XXIV, 7. XXVIII, 1. Cauſa enim indicatur judicii accelerandi, nimirum ceſſatio *ἐπιχαιρεκακίας.*

25. אַל־יֹאמְרוּ בְלִבָּם *Ne dicant in corde ſuo,* q. d. non modo prohibeas, ut convicia in me jactent, mihique illudant; verum etiam, ne vel tacitis cogitationibus

ſibi

sibi gratulentur, atque triumphent de meo infortunio, הֶאָח נַפְשֵׁנוּ *Eja anima nostra*, h. e. votum, desiderium nostrum! subaudi: jam successit; completum est. נֶפֶשׁ enim saepe accipi pro *appetitu* s. desiderio animae, vidimus ad Ps. XXVII, 12. — אַל־יֹאמְרוּ בִּלַּעֲנוּהוּ *Ne dicant: absorpsimus ipsum*, totum ipsum subvertimus atque e medio sustulimus. Ita verbum בָּלַע, *deglutire*, figurate dicitur de eo qui aliquid totum consumit, Jer. LI, 34., de Nebucadnezare, Sionem, draconis instar, ventrem suum deliciis ejus replentis, absumente; Prov. I, 12. de impiis, justi opes absorbentibus. Pertinet huc, quod supra Vs. 17. hostes suos leonibus comparavit.

26. יֵבֹשׁוּ וְיַחְפְּרוּ יַחְדָּו שְׂמֵחֵי רָעָתִי *Erubescant et pudore suffundantur pariter laetantes de malo meo.* De verbo בּוֹשׁ vid. ad Ps. XXV, 2., de חָפֵר vid. ad Ps. XXXIV, 6., et de יַחְדָּו ad XXXIV, 4. Participiale שָׂמֵחַ ponitur in regimine instar substantivi, ut Ps. XXV, 12. יְרֵא יְהוָה *timens Jovam*, Ps. XXXIV, 19. דַּכְּאֵי רוּחַ *contriti spiritu.* — יִלְבְּשׁוּ בֹשֶׁת וּכְלִמָּה *Induant pudorem et ignominiam*, pudore et ignominia afficiantur. *Induere* saepius significat rem aliquam alicui penitus arctissimeque adjungere ut propriam, sicut homo induit sibique penitus adjungit, et quasi adglutinat vestimentum, ut jam quasi unum quid, et non amplius res diversae videantur. Ita Ps. CIX, 18. וַיִּלְבַּשׁ קְלָלָה, *induat maledictionem ut vestimentum*; et Vs. 29. יִלְבְּשׁוּ שׂוֹטְנַי כְּלִמָּה, *induantur adversarii mei ignominia.* Cf. Ezech. VII, 27. Job. VIII, 22. Ps. CXXXII, 18. et vid. Glassii *Philolog. Sacr.* p. 1190. edit. Dath. Eadem metaphora nec Arabibus infrequens, quippe qui dicere solent لبس المجد, *induit gloriam*, quod est in *Hamasa*; *induit impudentiam*, apud *Haririum*, Consess. XXIX. הַמַּגְדִּילִים עָלָי *Qui sese contra me magnos faciunt*, h. e. qui fastuose se extollunt contra me innocentem ac miserum, qui omnis aequi ac juris sunt obliti. Sic verbum גָּדַל, in Hiphil, *magnum fecit*, vel alium,

vel

vel se ipsum, sequente עַל reciproce est exponendum, tanquam in Hithpaël, *magnificavit*, vel, extulit sese contra alium, ut Ps. XXXVIII, 17. LV, 13. Ezech. XXXV, 13.

27. יָרֹנּוּ וְיִשְׂמְחוּ חֲפֵצֵי צִדְקִי *Ovent et laetentur amantes justitiam meam*, qui justae causae meae favent, atque volunt ex animo, innocentiam meam manifestam fieri. וְיֹאמְרוּ תָמִיד יִגְדַּל יְהוָה *Dicantque: magnus sit Jova continuo*, in animis linguisque hominum, qui maxima et gloriosa quaeque de hoc summo numine sentiant et loquantur. Simili modo hoc verbum de Deo usurpatur 2 Sam. VII, 22. *ideo* גָּדַלְתָּ *magnificatus es, Jova, quia nullus est sicut tu.* הֶחָפֵץ שְׁלוֹם עַבְדּוֹ, *qui vult pacem servi sui*, qui tandem rebus ipsis ostendit, quantopere paci et prosperitati servi sui studeret, h. e. meae prosperitati; vates namque de se in tertia loquitur persona, tanquam de alio, quod hac ratione formulam laudis fautoribus suis praescribit, ita tamen, ut simul suam tum erga dominum supremum fiduciam et obsequium, tum vicissim domini erga se praesidium, voce *servi* s. cultoris, inferat. Cf. Ps. XXXI, 7.

28. וּלְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ *Et mea etiam lingua eloquetur justitiam tuam*; respondent haec Versui praecedenti, q. d. non tantum alios sinam meis verbis meoque nomine gratias tibi agere, et celebrare beneficia tua; sed ipse etiam a me meaque hoc praestabo. De verbo הָגָה vid. not. ad Ps. I, 2. — כָּל־הַיּוֹם תְּהִלָּתֶךָ *Omni die laudem tuam*, scil. לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה.

PSAL-

PSALMUS SEXTUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Initium carminis queritur de moribus et vita impiorum, qui tum poëtám exercebant, quorum mores tales, et ingenia eſſe talia, qualia deſcribit, cum malo nimirum ſuo expertus, ut videtur, didicerat. Turbis autem in vita, quae ab his exiſtunt, et quod tolerat eos Jova, et impune graſſari ſinit, his igitur ne offendamur, opponit inde a Verſu 6. conſiderationem providentiae, potentiae, juſtitiae, atque veritatis Dei, quibus ſic tamen, quantumvis turbantibus impiis, mundum ille hunc, et genus humanum, creaturasque ſuas, et vitam hanc perturbatiſſimam, adminiſtrare et gubernare ſe oſtendit. Hinc Deum rogat, ut hac ſua benignitate ac miſericordia cultores ſuos dignetur, et commendat pios Deo in genere, erga quos Deus peculiariter, et inter hos ſe etiam ac ſuam cauſſam, petitque ſe protegi adverſus impios, quibus et, Verſu ultimo, interitum certum praedicit.

„Textura ipſa poematis," inquit Moses Amyraldus, „multa obſcuritate laborat, et

par-

partium ejus commiſſurae nonniſi admodum diffiſciliter obſervantur. Quoniam vero, qui compoſitionis illius occaſionem certo teneret, multum inde lucis ad ejus interpretationem afferre poſſet, plerique fere omnes expoſitores in ejus inveſtigatione operam ſuam poſuerunt, eo ſucceſſu tamen, ut nemo quisquam eam certo ſe repeiſſe profiteatur. Ego quidem conjecturam meam nolim pro re comperta tradere: at non dubitabo tamen, eam proferre in medium, quia reliquis omnibus probabilior mihi viſa eſt, atque adeo conducibilior ad interpretationem hujusce poëmatii inſtituendam. Odium Saulis in Davidem initia ſua habuit, occulta illa, et quae nondum manifeſto apparebant, ſed quae tandem in apertam et vehementem perſecutionem eruperunt. Magna pars Pſalmorum ad poſterius hocce tempus pertinet; hic, mea ſententia, ſpectat ad prius, quo Saul animum infeſtum adhuc premens, et benevolentiam interdum ſimulans, clam tamen, et occultis artibus, perniciem Davidi moliebatur. Huc referri poteſt, quod narratur 1 Sam. XVIII. Saul, furore quodam invidentiae abreptus et incitatus, Davidem manu ſua interficere tentaverat; deinde poenitentiam prae ſe ferens, decem millibus militum eum praefecerat, et filiam ſuam *Merab.* ei deſponderat, multa blande locutus, quaſi eum plurimi faceret; quae tamen eo tendebant, ut in praeliis cum Phi-

Philisthaeis, quae ille animosissime capessebat, occideretur. Cum in eo res erat, ut nuptiae fierent, mutato consilio, et frustrato Davide, Merab alii collocata est; attamen, ne injuria irritatus, David aliquid atrocius designaret, reapse dedit illi Saul alteram e filiabus suis, nomine *Mical*, in matrimonium, et affinitatis contractae beneficium verbis ornans, multaque de Davide commemorans honorifice, quasi virtutem in eo singularem agnovisset, blandimentis illis delinitum, in fraudem inducere conabatur. Artificium autem Davidem non latebat, quamvis prudenti dissimulatione animi sua sensa tegeret, donec perniciosa illa Saulis consilia clarius aperirentur. Ea igitur re inductus, hocce canticum composuit, in quo Saulem paulo obscurius describit, et quam improbus esset, tacito ejus nomine, certis argumentis ostendit. Ex eo occasionem arripit loquendi magnifice quidem, sed generalius tamen, de administratione providentiae Dei, deque beneficiis admirabilibus, quae fidelibus, et Numinis sui reverentibus apud se servat; quo modo David animum suum confirmat, in Dei benevolentiam intuens, et spe felicitatis futurae se sustentans adversus eas cogitationes, quas odii et machinationum Saulis consideratio gignere potuit. Tandem hocce poëmation claudit precatione, qua Dei opem exposcit, ut eripiatur e manibus Saulis et reliquo-

rum

rum hoftium fuorum, quos occulte defignat, cui precationi addit, vel praedictionem, vel declarationem fpei, quam animo conceperat, fore, ut ipfe videret exitium adverfariorum fuorum, quos Dei-manus ita fubverfura erat, ut numquam in integrum reftitui poffent." Haec Amyraldus, cujus conjecturae, quamvis per fe minime improbabili, ego tamen non tantum tribuendum cenfeo, ut ad eam carminis interpretatio fit adcommodanda. Afferendam tamen illam exiftimavi eorum in gratiam, qui hujusmodi explicandi rationem amant.

---

1. לְעֶבֶד יְהוָה לְדָוִד *Servi Domini, Davidis.* Subjunguntur fibi haec nomina per appofitionem, et quidem ita, ut ante prius, לְעֶבֶד, fit fubaudiendum nomen מִזְמוֹר, *Pfalmus*, שִׁיר, *canticum*, aut aliud aliquod ex Pf. IV, 1. V, 1. VI, 1. VIII, 1. aliisque. Ornatur in hac infcriptione Davides peculiari elogio, ut *fervus*, five *cultor Jovae* appelletur, id quod fit etiam in titulo Pfalmi XVIII., et in his quidem duobus folis, ut unus et idem infcriptionis utriusque auctor fuiffe videatur. Nam a Pfalmis ipfis quae probabilis cauffa mentionis talis afferri poffit, non video. Ex Aben-Efrae et Kimchii fententia David hic fe vocat *fervum Dei* in oppofitione ad impios, quorum verba et mentem hoc Pfalmo explicat, quafi de fe dicat ut Jobus XXI, 16. עֲצַת רְשָׁעִים רָחֲקָה מֶנִּי *confilium impiorum procul fit a me!* Sed עֶבֶד יְהוָה in hac infcriptione videtur potius nomen dignitatis f. honoris titulus effe, qui et Mofi tribuitur Num. XII, 7. Deut. XXXIV, 5. Jof. I, 1.

2. נְאֻם

2. נְאֻם־פֶּשַׁע לָרָשָׁע בְּקֶרֶב לִבִּי Haec verba, uti nunc leguntur in libris editis, plurimum habent difficultatis, nec uno modo ab interpretibus explicantur. Atque nomen נְאֻם quidem quod attinet, quod plus centies in V. T. exstat, ſemper id ponitur in regimine, ita ut ſequens genitivus deſignet perſonam loquentem (excepto Jer. XXIII, 31., ubi de Pſeudoprophetis וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם), ut נְאֻם־יְהוָה, *dictum Jovae*; imo ſemper cum nominibus Dei conjunctum reperitur, exceptis locis Num. XXIV, 3. 4. 15. 16., ubi de dicto Bileami, 2 Sam. XXIII, 1., ubi de Davidis dicto; Proverb. XXX, 1., ubi de dicto Aguris ad Ithielem uſurpatur, et denique hoc loco. Hinc interpretum nonnulli *Jarchium* ſequuti, vocem פֶּשַׁע, *praevaricatio*, h. l. ita accipiunt, ac ſi per proſopopoeiam introducatur Nequitia impiorum, proloquens effatum tale, ex quo ſatis appareat, nullam apud hos reperiri reverentiam numinis. Sic Mendelii filius: *Das Laſter predigt ſelbſt dem Frevler (ſo denk' ich mir im Herzen): Furcht Gottes ſey vor deinen Augen nie!* Aliter tamen Symmachus: *Φησὶν περὶ ἀσυνθεσίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου*, *dicit de praevaricatione impii intus cor meum*, meus animus, meaque mens de impio homine haec cogitat; ſive, teſtantur mihi in animo meo ſcelera improbi, nullum eſſe illi Dei timorem; ut praefixum לְ ante רָשָׁע vertendum ſit *de*, ut Geneſ. XX, 13. Exod. XIV, 3. Conf. not. ad Pſ. III, 3. (p. 70.). Geierus verba hebraea ordinanda et interpretanda cenſet hoc modo: *in medio cordis mei*, ita ſentio, *dictum praevaricationis impii*, ſ. praevaricantis impii, h. e. effatum, ſententiam impiorum in intimo cordis mei audire mihi videor hanc, *nullum Dei timorem eſſe coram ipſorum oculis*. Praefixum לְ igitur Genitivi notam eſſe putat. Quae tamen omnia quum coactiora videantur, recentiorum plerique pro לִבִּי legendum putant לִבּוֹ, quod expreſſerunt Alexandrinus, Vulgatus, Arabs, Syrus, Hieronymus, Chaldaeus et ipſe (non quidem in Bibliis Rabbini-

 cis,

cis, a Bombergio et Buxtorfio editis; ſed in Pſalterio octaplo ab *Auguſt. Juſtiniano* Genuae 1516. emiſſo, atque in Polyglottis Antverpenſibus, ubi legitur במציעות לבבה), quod ipſum porro extat in uno codice (649.) a Kennicotto collato, forſan et in cod. 36., nec non in *duobus* codd. a de Roſſio inſpectis (667. 867.). Quo adſcito verba Hebraea ſic erunt reddenda: *oraculum* (quae propria eſt ſignificatio nominis נאם; vid. Alb. Schultensii *Clav. Dialector.* p. 190. et J. D. Michaelis *Supplemm.* p 1582.) *impietatis improbo eſt in corde ſuo*, h. e. quidquid homini impio animi improbitas ſuadet et imperat, id oraculi loco habet, id ſibi divinum, ratum, irrevocabile videtur, omnibus religionis legibus poſthabitis, ut *Doederlein* in Scholiis ad h. l. explicat. Nec multum diverſa eſt *Knappii* expoſitio: cor impii quaſi templum eſt ſceleris; quod ei non niſi facinora turpiſſima ſuggerit. Attamen quum vix credibile ſit, eam ſcripturam, quae facilioris explicationis eſt, ſi genuina fuiſſet, e codicibus hebraeis fere exulaſſe, ejusque locum explicatu difficiliorem occupaſſe; quod vulgo receptum eſt, לבי, non videtur rejiciendum. Atque ſenſus, eo retento, ſatis concinnus prodibit, ſi verba hoc modo capiamus: *dictum defectionis*, ſummae improbitatis, quod eſt *impio*, quod ſemper in ore habere ſolet, eſt *in corde meo*, i. e. quale ſit inſtitutum defectionis apud improbum, perpendo, idque graviter me afficit. Sentio, rem omnem eo redire, quod nulla Dei reverentia illis ineſt. Quod dicunt verba quae ſequuntur: אֵין פַּחַד אֱלֹהִים לְנֶגֶד עֵינָיו *nullus pavor Dei in conſpectu oculorum ejus*, ipſius menti plane non obverſatur aliqua Dei religio. Nec improbabilis eſt de Wettii ſententia, proponere poetam hoc Verſu carminis argumentum (ut Pſ. XLV, 1. CI, 1.), ut hic ſit ſenſus: *dictum*, i. e. poëma de improbitate impii in meo animo eſt, dicere mihi propoſitum eſt. De poetae dicto נאם et 2 Sam. XXIII, 1. Prov. XXX, 1. legitur. De nominis פשע ſignificatione propria vid. not. ſupra ad XXV, 7.

3. בפיו.

3. כִּי־הֶחֱלִיק אֵלָיו בְּעֵינָיו *Nam blanditur fibi in oculis fuis*; quandoquidem improbus omni caret numinis reverentia, adeoque connatos confcientiae ftimulos prorfus fupprimit; peccatorum fuorum magnitudinem adeo extenuat, ut fibi ipfi blandiatur egregie, fe ipfum magnifaciendo, alios contemnendo, fcelera fua excufando et defendendo. חָלַק *laevis, glaber, lubricus fuit* (coll. Arab. خلق; vid. Alb. Schultensii Comment. ad Proverb. II, 16. pag. 14:), ut *butyrum* Pf. LV, 22., aut *oleum*, Prov. V, 2., aut cutis depilis Genef. XXVII, 11. 16. fenfu translato dicitur quoque de *fermonibus mollibus, laevigatis, blandis, adulatoriis*, ut Pf. V 10. Proverb. II, 16. VII, 5. XXVIII, 23. XXIX, 5. גֶּבֶר מַחֲלִיק עַל־רֵעֵהוּ *Vir, qui blanditur amico fuo, rete coram ipfo expandit*. Atque fic etiam h. l. nonnulli, Jarchium, ceterosque Hebraeorum magiftros fequuti, nominativum faciunt פֶּשַׁע, *praevaricatio* blanditur etc., hac fententia: *blandis perfuafionibus egit apud illum, ut placere incipiat ipfe fibi flagitiis fuis*. Verum commodius omnino videtur, de הָרָשָׁע, *impio*, continuari fermonem, adeo ut loco פַּחַד אֱלֹהִים, *timoris Dei*, dicatur ipfe *blanditiis ftudere*, quas opponit confcientiae ftimulis. Porro, ficut antea dicebatur, בְּעֵינָיו, *in oculis ejus*, impii, nullam effe Dei reverentiam, ita nunc fubjungitur, בְּעֵינָיו, *in oculis ipfiusmet* effe meras blanditias, quas mifer hic ad decipiendum femet ipfum ingeniofe excogitat, לִמְצֹא עֲוֹנוֹ לִשְׂנֹא, *refpectu habito ad invenire culpam fuam ad odiendum*, adeo fe ipfum pervertit, adeo homo fceleratus ipfemet fibi placet, ut culpae alicujus reum ideoque poena et odio dignum fe minime agnofcat. Locutio מָצָא עָוֹן, *invenire culpam* alicujus, fignificat, criminis alicujus reum aliquem reperire, invenire in aliquo, propterea quod puniendus fit. Sic Genef. XLIV, 16. invento fcypho in facco Benjamini dicit Judas: *Quid refpondebimus Domino meo? quid loquemur, aut jufte poterimus obtendere?* הָאֱלֹהִים מָצָא אֶת־עֲוֹן עֲבָדֶיךָ *Deus invenit* cul-

culpam fervorum tuorum, h. e. Deus invenit, unde puniret fervos tuos ob fcelus in fratrem admiffum. Et Hof. XII, 9. *Dicit Ephraim: profecto dives fum, divitias mihi comparavi*, לֹא יִמְצְאוּ־לִי עָוֹן *neque invenient mihi culpam*, neque quisquam paratarum malis artibus divitiarum reum me accufare, ideoque poenas a me exigere poterit. Haud diffitendum tamen, vatis noftri breviloquentiam verborum hebraeorum fenfum ita ambiguum et obfcurum reddere, ut tot fere eorum fint interpretationes, quot interpretes. Veteres quidem parum aut nihil lucis praebent, quum de verbo ad verbum transferrent, nifi Chaldaeum excipias, cujus haec funt verba: אֲרוּם שְׁעִיעַ לֵיהּ בְּעֵינוֹי לְמִשְׁכַּח חוֹבֵיהּ לְמִסְנֵי אוּלְפָנָא *Nam blanditur fibi in oculis fuis invenire culpam fuam, odiffe difciplinam*, fubaudivit poft לִשְׂנֹא nomen דַּעַת, ex Proverb. I, 29. כִּי־שָׂנְאוּ דַעַת *Nam fcientiam oderunt, neque Dei reverentiam elegerunt;* ut fenfus hic fit: impios fibi blandiri, ut falfis rationibus divina omnia odio habeant. Aben-Efra intellecto *Dei* nomine ex Genef. XLIV, 16. (vid. fupra) fenfum hunc effe exiftimat: *emollit*, excufat, *rem malam in oculis fuis, usque dum Deus inveniat peccatum ipfius, eumque odio habeat.* Eundem in modum Felinus: *efficiunt, fibi ipfis in flagitiis blandiendo, ut pravitas fua fummo Dei et hominum odio obnoxia reddatur.* Noftrae aetatis interpretes plerique, veluti Geierus, Koehlerus et Dathius, locutionem מְצֹא עָוֹן explicant *peccatum patrare*, et לִשְׂנֹא vertunt paffive: *ad odio haberi*, h. e. odio digna, hoc fenfu: *blanditur fibi, ut peccata patrare poffit deteftanda.* Cui interpretationi prorfus repugnat ufus phrafeos מָצָא עָוֹן, quem vidimus. Neque magis probandi funt illi, qui אֵלָיו ad *Deum*, (Vs. praeced.) referunt, ut impius ficta pietate Deo blandiri diceretur, eo confilio, ut eo fecurius fcelera exfequi poffit. Quae fententia profecto parum convenit Verfui, qui proxime praeceffit, quo impius *Deum non timere* dicitur. Praetermitto alias interpretationes, quae

rectius

rectius hariolationes appellantur, quum earum auctores linguae usum negligerent.

4. Fructus tantae perversitatis nunc describit. Nihil ejusmodi homines bene vel loquuntur vel cogitant, vel agunt, sed neque sustinent se ad haec erudiri et moneri. Oris pravitatem et contemtum doctrinae melioris canit hic Versus: דִּבְרֵי־פִיו אָוֶן וּמִרְמָה *Verba oris sui*, quicquid loquitur, *iniquitas est et dolus*, חָדַל לְהַשְׂכִּיל לְהֵיטִיב *Omittit intelligere ad bene agendum*, fugit doceri, ut bene faceret. Per asyndeton ambo hi Infinitivi accipi possent, hoc modo: omittit tum attendere intellectu, tum bene agere; sed commodius connectuntur ita, ut posterior exprimendus sit per Gerundium in *dum: omittit intelligere ad bene agendum*, subtrahit semet ipsum, ut ne intelligat, quomodo recte ei sit agendum.

5. Cordis et factorum pravitatem hic Versus describere pergit. אָוֶן יַחְשֹׁב עַל־מִשְׁכָּבוֹ *Pravitatem in cubili suo excogitat.* Noctu, cum maxime scilicet vacat animus, tempus est, ut ad se homo redeat, et meliora cogitet, si etiam toto die male vixisset; sed tum etiam improbi excogitant, quomodo die quosque injuria afficiant, et sua commoda aliorum incommodis augeant, unde sequitur, quod יִתְיַצֵּב עַל־דֶּרֶךְ לֹא־טוֹב *sistat se in viam minime bonam*, h. e. addicat se perversis institutis quam constantissime, quod verbo יִתְיַצֵּב indicat, *statuit se*, pertinaciter in ea via persistere apud se constituit רָע לֹא יִמְאָס *Malum non aversatur*, quasi diceret, quid opus verbis? adeo non detestatur scelera, ut sectetur ea potius, ideo necesse est, ut cuncta ejus cogitata, dicta, et facta noxia sint et pestilentia. Hactenus de pravitate improborum, et omnino videtur occasionem vati dedisse haec canendi aliquorum insignis improbitas, quibus tum ex sententia omnia ceciderint.

6. Sed quicquid fiat aut turbetur ab hoc genere in vita, ideo non desinit providentia tua genus humanum et

et creaturas tuas reſpicere et complecti. יְהוָה בְּהַשָּׁמַיִם חַסְדֶּךָ *Jova, usque ad coelos gratia tua* pertingit. Particulam ב valere h. l. *usque ad*, ut Geneſ. XI, 4. (*turrim* בַשָּׁמַיִם *ad coelos*), docet locus parallelus Pſ. LVII, 11, et hemiſtichium alterum, אֱמוּנָתְךָ עַד־שְׁחָקִים *Et fides tua usque ad nubes*, ſenſus eſt, omnem orbem terrae ita beneficentia fidaque proſpectione Dei plenum eſſe, ut pertingant haec ad coelos usque, ſuperare omnia in hoc orbe alta, auguſta, vel excellentia. Eadem hac phraſi incomparabilis deſcribitur excellentia, quae ultra captum humanum eſt, Pſ. LVII, 11. CVIII, 5. Jerem. LI, 9.

7. צִדְקָתְךָ כְּהַרְרֵי אֵל *Juſtitia tua quaſi montes Dei*, ſumme eſt conſpicua, omnem hominum juſtitiam, utcunque eadem juſtitiae prae ſe ferat ſpeciem, excellit longiſſime. *Montes Dei* autem ſunt *montes maximi* ex linguae Hebraicae conſuetudine. „Quum enim ex iis, quorum aliquid Deo conſecrandum erat, optima quaeque legerentur (cf. Num. XVIII, 12.); *Deo* conſecrata, *Dei* propria, *divina* appellabantur, quae in ſuo genere praeſtabilia et ſumma intelligi debebant. Itaque urbs *magna Deo* (Jon. III, 3.) eſt *urbs* magnitudine praeſtabilis, *maxima*. Sic Actor. VII, 20. *formoſiſſimus;* 2 Cor. X, 4. *potentiſſima*. (Similiter Arabes loqui, exemplis a Schultensio not. 76. ad *Hariri Conſeſſ.* IV. p. 373. allatis, patet). In Genitivo enunciatur nomen divinum Pſ. XXXVI, 7., ubi *montes Dei*, ſunt montes, altitudine et firmitate excellentes, *montes altiſſimi*. Pſ. LXXX, 11. אַרְזֵי־אֵל, *pini Dei* ſunt *pini ingentes*, proceriſſimae. Geneſ. XIII, 10. גַּן־יְהוָה, *hortus Jovae*, eſt hortus *amoeniſſimus;* XXIII, 6. נְשִׂיא אֱלֹהִים, *princeps Dei* eſt *princeps eminens*.“ G. C. Storr in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 258. Cf. Glassii *Philol. S.* p. 44. ſeqq. ed. Dath. מִשְׁפָּטֶיךָ, *Judicia tua*, executio decretorum tuorum, conſilia et gubernandi ratio, juxta quam Te orbis univerſi judicem ac gubernatorem tuis tum beneficiis, tum punitionibus demonſtras, תְּהוֹם רַבָּה ſunt *abyſſus magna*, non poſ-

poſſunt perveſtigari, non magis quam oceanus vaſtus et profundiſſimus, in quem cum nautae etiam multarum orgyarum funes demittunt, profunditatem exploraturi, tandem tamen peracto labore moleſtiſſimo, ſaepiſſime tantundem ſciunt, ac ſi nihil feciſſent. Alii *infinitatem* divinae ſapientiae ac providentiae hac ſimilitudine exprimi ſtatuunt. Ita *Vatablus:* quocunque vertamus oculos, juſto Dei judicio omnia disponuntur. אָדָם וּבְהֵמָה תוֹשִׁיעַ יְהוָֹה *Homines et pecudes conſervas, Jova!* omnes omnino creaturae, non ſolum nobiliores, verum et bruta animantia, quae intelligentia carent, providentiae tuae curam, et manus tuae liberalitatem atque tutelam experiuntur.

8. מַה־יָּקָר חַסְדְּךָ אֱלֹהִים *Quam pretioſa*, praeclara, magni facienda *eſt gratia tua.* מָה, pronomen interrogativum, *quid?* fit nonnumquam particula admirantis, verbo, nomini vel particulae praepoſitum; ut Pſ. III, 2. מָה־רַבּוּ *quam multiplices ſunt;* Pſ. VIII, 2. מָה אַדִּיר *quam glorioſum eſt nomen tuum!* Conf. Pſ. XXI, 2. XXXI, 20. וּבְנֵי בְּצֵל כְּנָפֶיךָ יֶחֱסָיוּן *Ut homines in umbra alarum tuarum confidant,* confidere poſſint, ut liceat ipſis ſub umbram et protectionem tuam ſeſe recipere, quotiescunque duris et periculoſis temporibus urgentur. Particula ו h. l. commodiſſime redditur *ut*, quemadmodum Pſ. XVIII, 39. XXIV, 7. XXXV, 24. חָסָה eſt, ad aliquem *confugere*, praeſidii vel auxilii cauſa, confidere in re aliqua, tanquam in arce inexpugnabili, vid. not. ad Pſ II, 12. V, 12. *Alae* autem Deo tribuuntur per metaphoram, a gallinis aliisque avibus petitam, quippe quae pullos ſub alas colligunt, ibi fovent ac defendunt; qua imagine paternum Dei praeſidium etiam deſcribitur Pſ. XVII, 8. LVII, 2. LXIII, 8. Deuteron. XXXII, 11.

9. יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ *Adimplentur pinguedine domus tuae*, copioſiſſimis ac ſumme oblectantibus tuis beneficiis homines tuos ſatias, adeo ut eis perfuſi delibutique videantur. De verbo רָוָה vid. not. ſupra ad Pſ. XXIII 5. Hoc vero loco metaphora petita eſt a cibis delicatis, ita

ut

ut *pinguedo* ponatur pro cibis pinguibus, optimis et lautis; veluti Job. XXXVI, 16. *requies menfae tuae plena pinguedine*, i. e. cibis delicatis. Sic *pinguedo terrae*, pro optimis terrae fructibus Genef. XXVII, 28., XLV, 18., Pf. LXXXI, 17. *Domus Dei* autem h. l. eft mundus, in quo divina providentia profpexit, non folum neceffariae vita humanaè fuftentationi, verum etiam copiae et abundantiae. Eadem fententia eft, quae adfuit fupra Pf. XXXIII, 5. — וְנַחַל עֲדָנֶיךָ תַשְׁקֵם *Et torrente voluptatum tuarum potas eos*, beneficiis tuis deliciisque copiofiffime eos afficis, exhilaras eos perenni donorum tuorum favorisque jucundiffimi copia. *Torrens* enim ad denotandam rei alicujus abundantiam perennifluam folet adhiberi, ut *torrens mellis et butyri* Job. XX, 17. Cf. Jef. LXVI, 12. Amos. V, 24.

10. כִּי עִמְּךָ מְקוֹר חַיִּים *Nam penes te eft fons vitae*, fcaturigo, vel caufa omnis boni. Nomen מָקוֹר a radice קוּר *fodere puteum*, Jef. XXXVII, 25. et 2 Reg. XIX, 24., in Hiphil *ebullire*, inftar fontis, Jerem. VI, 7.; defignat *fcaturiginem*, unde *perennes* emanant *aquae* (מַיִם חַיִּים propr. *aquae vitae* h. e. non ftantes, inftar paludis, fed indefinenter fluentes, et quafi numquam intermoriturae) Jer. II, 13. XVII, 13. Saepius autem *fons vitae* folet poni pro qualibet re amoena ac falutari, five pro bono eximio, quod in regionibus illis Orientis aut Meridiei fervidioribus nihil perinde defideratur, quam aquae limpidae copia. Sic *os pii* appellatur מְקוֹר חַיִּים, Prov. X, 11., item informatio fapientis XIII, 14., intelligentia, XVI, 22. Quare et h. l. redditur ratio, cur Deus deliciarum torrentibus potare poffit fuos, nimirum quia penes eum eft *fcaturigo vitae*, h. e. inexhaufta ac perenniffima copia bonorum omnium, quae voce *vitae*, ut Pf. XXXIV, 13. et alias, comprehendi folent. בְּאוֹרְךָ נִרְאֶה־אוֹר *In lumine tuo videmus lucem*, per favorem tuum fruimur omnigena profperitate. אוֹר יְהוָה *Lumen Jovae*, h. e. ferenam et lucidam ejus faciem, defignare ejusdem favorem

vorem apparet ex Pſ. IV, 7. XXXI, 7. LXXXIX, 16. — רָאָה, *Videre*, h. l. eſt frui, ut *videre bonum* eſt bono frui, ſupra Pſ. XXXIV, 13. Alterum vero אוֹר denotat omnigenam proſperitatem; ſicut enim tenebrae ſymbolum ſolent eſſe miſeriarum, pavoris ac triſtitiae, Jeſ. LIX, 9.; ita contra *lux* gaudii, hilaritatis, omnisque felicitatis. Cf. not. ad Pſ. XXVII, 1.

11. מְשֹׁךְ חַסְדְּךָ *Protrahe gratiam tuam*, h. e. prolixiorem ac diuturnam ſemper fac tuam gratiam, ne ejus unquam ſiſtatur fluxus, perge in hac tua benignitate demonſtranda. *Trahendi* verbum enim h. l. *continuationem* indicat, ut Pſ. LXXXV, 6. *Num in aeternum iraſceris, et* תִּמְשֹׁךְ *continuabis iram tuam per plures aetates?* Pſ. CIX, 12. Jerem. XXXI, 3. *Dilexi te amore antiquo propterea* מְשַׁכְתִּיךְ חָסֶד *continuavi tibi gratiam*. Sic Exod. XIX, 13. et Joſ. VI, 5. de protractione clangoris buccinae dicitur. לְיֹדְעֶיךָ *Cognoſcentibus te*, h. e. qui praeter veram tui agnitionem etiam ſerio ac re verenter te colunt; quippe verba *notitiae*, ſicuti de Deo uſurpata etiam includunt affectum amoris et effectum beneficentiae, vid. Pſ. I, 6. XXXVII, 18. Amos. III, 2.; ita quoque, quando de hominibus enuntiantur, comprehendunt aeſtimium, amorem, fiduciam, vid. Pſ. IX, 11. XCI, 14. Proverb. III, 6. *In omnibus viis tuis* דָעֵהוּ *reverere*, cole, ama *eum*. Conf. Glassii *Philol. S.* ed. Dath. p. 828. וְצִדְקָתְךָ *Et juſtitiam tuam*, pro qua innocentes defendis, improbos, qui eosdem perſequuntur, punis, לְיִשְׁרֵי־לֵב *rectis corde*, qui nihil in corde perverſum habent, nihil occultum atque profundum, ſed ſimplici animo, bono, candido, tibi ſerviunt. Cf. Pſ. VII, 11. XI, 2. XXXII, 11.

12. אַל־תְּבוֹאֵנִי רֶגֶל גַּאֲוָה *Ne veniat ſuper me pes ſuperbiae*, ne, quaeſo, permittas, ut proculcet, vel ſupplantare me poſſit pes ſuperborum. Affixum verbi intranſitivi תָּבוֹא h. l. reſolvendum eſt in particulam ſeparabilem עַל, *contra*, vel *ſuper me*, ut in קָמַי, *inſurgentes*,

tes contra me, Pf. XVIII, 40. Sic Ezech. XXXII, 11. *Gladius regis Babel* תְּבוֹאֶךָּ *veniet fuper te. Pes vero fuperbiae*, רֶגֶל גַּאֲוָה fignificat hominum faftuoforum violentiam, qua debiles profternunt et quafi proculcant. וְיַד רְשָׁעִים אַל־תְּנִדֵנִי *Et manus*, i. e. *machinatio, conatus improborum ne me vagari faciat*, e fedibus meis in exilium propellendo; ne me projiciat de terra, in qua tabernaculum tuum, quo protegimur, fixum eft, ne me a tua protectione abreptum ejiciat, et de. tuis alis expellat. Verbum נוּד, *vagari*, Pf. XI, 1., in Hiphil, *vagari fecit*, ufurpatur de iis, qui in exilium propelluntur 2 Reg. XXI, 8,

13. Precibus fuis vates, pro more, fubjungit ftatim earum effectum, hoftium ruinam, adeo quidem fibi certam, ut eam quafi praefentem videat: שָׁם נָפְלוּ פֹּעֲלֵי אָוֶן *Illic corruunt patrantes iniquitatem!* jam pereunt impii! Alii particulam שָׁם vertunt *tunc*, quando fcilicet mihi minantur exilium et perniciem. Alii haec cum Verfu praecedenti ita connectunt: ne me patiaris dimoveri violentia peccatoris, et eo labi, quo cadunt fcelefti homines, id eft, in praecipitium et ruinam. Ita Symmachus: ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι ἀδικίαν. De פֹּעֲלֵי אָוֶן vid. Pf. V, 6. VI, 9. XIV, 4. XXVIII, 3. — דֹּחוּ וְלֹא־יָכְלוּ קוּם *Impelluntur* (vid. not. ad Pf. XXXV, 5.) ad cafum, ita ut profternantur, *ut nequeant furgere*, damnum ipfis illatum eft irreparabile, veluti cum faucius quis ex lethali vulnere ita procidit, ut vires refurgendi fuperfint nullae.

PSAL-

PSALMUS SEPTIMUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Ne homines falsa improborum felicitate decepti, illos aemulari studeant virtute rejecta, docet hoc carmine, brevem et vanam illorum esse prosperitatem ac potentiam, contraque piorum hominum aerumnam brevem, diuturnam porro felicitatem. Quam sententiam vates perpetua antithesi conditionis, eventuum, fortunae, exitus, morum, et vitae piorum et impiorum inculcat.

Sunt vero in hoc carmine plura, quae vatem non in universum de felici conditione piis in hac vita exspectanda agere arguant. Primum enim, quod Vs. 6. 15. 19. dicit, probos vitae recte actae praemia tandem consequi, malos vero nihil adversus eos proficere, sed exitiales ipsis esse eorum conatus, longe aliter usu venire constat [1]. Deinde magnificae promissiones de terra

1) Quod et testatur Ecclesiastes IV, 1. VII, 16. VIII, 11. IX, 2. 3. 11. X, 6.

terra perpetuo poſſidenda, e qua impium hominum genus ſit exſtirpandum (Vs. 18. 28. 29.), nequaquam tales recte putari poſſunt, quae doceant, qualem in regundis hominum rebus modum tenere ſoleat Deus. Quae quum ita ſint, nos quidem haud dubitamus, vatem hoc carmine conſolari voluiſſe ſuos populares exterorum tyrannide oppreſſos, eorumque animos confirmare et erigere hac ſpe, propriam et perpetuam poſſeſſionem terrae omniumque bonorum incolis terrae a Deo deſtinatorum, certo manere homines vere pios, et quidem fidei cauſa (Vs. 40.), dummodo in fide et virtute conſtantes maneant. Quare etſi aliquandiu impii terram occupent ejusque bonis fruantur, piis non eſſe deſperandum, et ne indignari quidem ea de re decere; fore enim, ut cito ſors mutetur; tempus felicitatis impiorum pro nihilo reputandum eſſe, quum properent ad exitium, omnia bona vero piis ſint ceſſura, et in aeternum quidem. Quas promiſſiones illuſtrat iis, quae in vitae ſuae curſu ipſe obſervavit piis improbisque accidere, Vs. 25. 35.

„Structura hujus Pſalmi, ait Amyraldus, „duo habet maximae memoranda, quorum alterum ex altero pendet aliquo modo. Prius eſt, quod nullus in eo fere ordo a Davide obſervatus eſt, nulla partium cohaerentia, niſi quod una eademque res diverſis locutionibus

bus et confiderationibus variatur, quae omnes fere eodem recidunt, quanquam earum unaquaeque fua veluti propria gratia floret. Pofterius, quod in initio verficulorum aliquam artem auctor obfervaffe videtur. Nam, ut in nonnullis aliis [2]), ordinem alphabeticum fequutus eft, nifi quod inter א et ב, exempli caufa, et fic deinceps, Verfum interferuit, cujus prima litera talis eft, qualis calamum poëtae nullo confilio fubiit [3]). Quocirca ne anxii fimus in hoc carmine in quaerendis connexionibus verficulorum inter ipfos. Sunt enim certe quidem in Vet. Teftamento nonnulla fcripta, quorum partes inter fe fatis accurata methodo continentes et continuatae funt, et quarum veluti commiffuras, tanquam in corpore naturali, facile obfervare queas. At non minus certum eft, effe itidem alia, in quibus fententiae, tanquam flores in fafciculum, congeftae funt, et quas commune vinculum ita continet atque coërcet, ut non magis aliae ex aliis dependeant, quam gemmae plures aut margaritae, quae eodem filio trajectae, monile unum efficiunt.."

1. Pro-

2) Cf. Argument. Pf. XXV.

3) Sed ר, כ et ק nonnifi unicum Verfum habent, ס autem tres, et ע prorfus deficit. Regularem Verfuum feriem reftituere tentavit mutatis, ex conjectura, illorum diftinctionibus J. J. Bellermann in *dem Verfuch über die Metrik der Hebräer*, p. 117. feqq.

1. Propositio Psalmi, qua pii monentur, ne laetis et prosperis sceleratorum rebus gravius afficiantur, ac propterea abducantur a recta via. אַל־תִּתְחַר בַּמְּרֵעִים, *Ne exardescas ob malos*; ne ex nimia impatientia ob tuum infortunium aut vilitatem, et ex invidia propter impii felicitatem animum tuum sinas transversum agi. Verbum חָרָה, *exarsit*, semper (tam expresse cum nomine אַף conjunctum, quam elliptice sine eo occurrens, ut Pf. XVIII, 8.) usurpatur de aestu animi, in ira vehementiori, cum aliquis totus ferme accenditur, merasque spirat flammas, quomodo etiam Latini loquuntur: *ardescere in iras, accendi furiis, gerere irarum sub pectore flammas*, imo cum igne comparatur ira vehemens Pf. LXXIX, 5. LXXXIX, 46. Deut. XXXII, 22. In conjugatione Hithpaël occurrit tantummodo hoc Psalmo, versf. 1. 7. 8. et Prov. XXIV, 19., ubi haec ipsa verba recurrunt. Indicat vero ea conjugatio propriam sui ipsius concitationem, cum quis, conspecta impiorum sorte prospera, indulget invidiae, et suggestionibus importunis, atque continuatis hujusmodi cogitationibus se ipsum tandem quasi inflammat ad invidiam. Alexandrinus hebraeum verbum in nostro Psalmo constanter παραζηλοῦν vertit, quod Vulgatus *aemulari* reddidit. „*Aemulari* autem, inquit Agellius ad h. l., „est contendere velle, et non verbis, sed rebus, certare cum aliquo. Ne igitur certes, vates monet, adversus malignantes, ut illos aeques, quia dignum te illorum felicitate et commodis putes, ac moleste feras, illis haec terrena commoda obvenire, quibus indigni sunt. Symmachus vertit: μὴ φιλονείκει, *ne contendas.*" Praefixum בְּ ante מְרֵעִים, *malefacientes*, quod reddi potest *propter*, objectum indignationis designat, adeoque ad constructionem verbi hujus pertinet, ut constat ex Num. XI, 33. Job. XLII, 7. Jes. V, 25. — אַל־תְּקַנֵּא בְּעֹשֵׂי עַוְלָה, *Neque invideas patrantibus pravitatem.* Verbum קָנָא, *aemulatus fuit*, exarsit vel invidia, vel indignatione,

cum

cum ל conftructum, in bonam accipi folet partem, valetque tunc, duci alicujus ftudio, pro alterius falute aliquid moliri; fed cum ב conftructum, fumitur in malam partem, valetque *invidere, indignatione accendi* propter alterius profperum fuccellum, ut Prov. III, 31. אַל־תְּקַנֵּא בְּאִישׁ חָמָס, *ne aemulare hominem violentum, nec mores ejus ullo modo imitare;* et Prov. XXIV, 1. תְּקַנֵּא בְּאַנְשֵׁי רָעָה. *Noli invidere malis hominibus, et ne cum ipfis effe concupifcas.* Quo utroque loco verbum קנא *aemulandi* ardorem, cum admiratione fortunae et felicitatis conjunctum exprimit, five contentionem quandam et ftudium alterius mores imitandi, ex eo quod felicem illum videmus. Sic igitur et nofter non tam *νέμεσιν* interdicit, quam providet, ne ex eo, quia beatos putamus improbos, ad eorum fcelera imitanda convertamur. Chaldaeus fenfum hujus Verfus optime expreffit: לָא תִּתְגָּרֵג בְּמַבְאֲשִׁין לְמֶהֱוֵי דִּכְוָתְהוֹן וְלָא תְּקַנֵּין בְּעָבְדֵי טְלוּמָא לְמִזְדַּוַּג עִמְּהוֹן *Ne aemuleris male facientibus, ut fias fimilis eis; neque invide patrantibus iniquitatem, ut conjungaris cum eis.*

2. Caufam propofitionis reddit, docetque a brevitate felicitatis improborum, non effe nobis illam magnifaciendam. כִּי כֶּחָצִיר מְהֵרָה יִמָּלוּ *Nam ficut gramen mox fuccidentur.* Nomen מְהֵרָה h. l. fine praefixo ב pofitum, vim habet adverbii, alibi enim plene dicitur בִּמְהֵרָה, *cum feftinatione*, feftinanter, Coh. IV, 12. — יִמָּלוּ vulgo derivant a verbo נָמַל, quod communem fignificationem cum verbo מוּל, *circumcidere*, obtinere dicunt, quemadmodum et alia verba primae radicalis נ fignificatus communes habent cum verbis fimilibus mediae quiefcentis, ut דּוּחַ et נָדַח *dispellere*, זוּל et נָזַל *fluere.* Ex fignificatione vero *circumcidendi*, qua verbum נָמַל Genef. XVII, 11. 26. 27. XXXIV, 22. ufurpatum reperitur, eidem tribuerunt notionem *abfcindendi* noftro loco, et, praeter eum, tribus hisce: Job. XIV, 2. *Sicut flos egreditur* וַיִּמָּל; Job. XVIII, 16. *Deorfum radices ejus arefcent, furfum* יִמַּל *ramus*

ramus ejus; atque Job. XXIV, 24. *Subita morte auferuntur, pereunt; et ut ſummitas ſpicae* יִמָּלוּ. Quo poſtremo loco Chaldaeus יִתְקַטְּפוּן, *abſcindentur*, ceteris locis, et ipſo hoc noſtro, utitur verbo יִתְמוֹלְלוּן, quod Buxtorſio in Lex. Chald. eſt Ithpael verbi מוּל, cui *ſuccidendi* ſignificationem tribuit. Alexandrinus vero interpres verbum noſtrum in Jobo conſtanter *cadendi, decidendi,* noſtro loco vero *areſcendi* notione reddidit. Etenim Job. XIV, 2. ἐξέπεσεν, XVIII, 16. ἐπιπεσεῖται, XXIV, 24. αὐτόματος ἀποπεσὼν, h. l. ἀποξηρανθήσονται poſuit. Retulit is hebraeum ימלו non ad radicem מול, ſed ad מָלַל, quod convenit cum Arabum مَلَّ, *cineribus calidis, prunisve, ſuppoſuit coquendum* panem, carnem; 2) *taedium cepit, pertaeſus fuit;* 3) *ceſſavit, defecit.* Hinc Hebraeis מָלַל *elanguit, emarcuit,* exhauſto, ſolis ardore, ſucco et vigore, ſponte *deficit* et *moritur* herba; qua ſignificatione aperte uſurpatur Pſ. XC, 6. de herba, quae *ad auroram floret et revireſcit, veſperam* יְמוֹלֵל וְיָבֵשׁ *marceſcit areſcitque.* Quae ipſa ſignificatio non ſolum noſtro loco, verum et omnibus Jobi locis antea indicatis, aptiſſima eſt. Syrus quoque h. l. ܡܬܡܚܠܝܢ, *marceſcunt*, vertit. Atque obſervatur in hoc ipſo Syriaco verbo ܡܚܠ eadem quae in מָלַל ſignificationum translatio; nam quum primo *caluit, incaluit,* notaret, deinde *elanguit, enervatus fuit,* deſignat. Ceterum noſtra ſententia de hebraeo יִמָּלוּ confirmatur hemiſtichio Verſus noſtri altero, ubi verbo illi reſpondet נָבֵל, tanquam aequipollens: וּכְיֶרֶק דֶּשֶׁא יִבּוֹלוּן, *et quaſi viriditas herbae flacceſcunt*, verbum נָבֵל enim proprie uſurpari ſolet de foliis herbisque, ob defectum ſucci interioris, externique aeſtus vehementiam tabeſcentibus, uti conſtat ex Pſ. I, 3. Jeſ. XXXIV, 4., XL, v. 8. Jerem. VIII, 13. — יֶרֶק דֶּשֶׁא *Viriditas herbae* h. e. herba virens et tenera; prius ſubſtantivum adjectivi vices gerit, ut ſaepius.

3. בְּטַח

3. בְּטַח בַּיהוָה *Conſide Jovae.* Opponitur hoc monitum diſſidentiae circa Dei providentiam, quae pios ſolet impetere, dum impiis cuncta vident fortunate ſuccedere, ut et ipſi ferme incipiant, ſuam in Deo prius fixam deponere fiduciam. וַעֲשֵׂה־טוֹב *Et fac bonum;* quod opponitur tum pravorum in ſceleribus perpetrandis aſſiduitati, tum piorum deſidiae, quando, conſpecta ſorte ſua tam aſpera, deſperabundi incipiunt deſerere officii ſui functiones, verſi paulatim ad pravas impiorum artes, quas proſpere hactenus ſucceſſiſſe ſunt diu mirati. שְׁכָן־אֶרֶץ *Incole terram,* quod aliqui pro futuro *incoles,* accipiunt, hoc modo: ita ſiet, ut ſecure poſſis in terra habitare, quomodo Geneſ. XII, 2. *eſto benedictio,* ponitur pro: *eris benedictus;* item XLII, 18. *hoc facite, et vivite,* h. e. vivetis. Vid. Glassii *Philolog. S.* p. 286. ed. Dath. Alii vero proprie accipiunt in forma imperandi, ut opponantur haec deſperationi piorum, qui prae impatientia terram ſuam cogitant deſerere, fugientes ad deſerta, ac ſi diceret: terram hanc incole, illisque, quae tibi ſuppeditat, fruere. Verum ſi conferas Vs. 9. 11. 22. 27. et 29., ſatis apparebit, Davidem hisce verbis non tam imperare, quam promittere. Similes promiſſiones vid. Deut. XXXIII, 28. Pſ. LXIX, 27. Prov. II, 21. — וּרְעֵה אֱמוּנָה *Et paſce veritatem,* rectis et honeſtis operam da, quemadmodum Prov. XV, 14. dicitur: *Cor prudentis quaerit ſcientiam, os autem ſtulti* יִרְעֶה אִוֶּלֶת *paſcit ſtultitiam,* operam dat eidem. Synonyma enim eo loco ſunt *quaerere* et *paſcere;* unde etiam appoſite noſtro loco Syrus: ܘܒܥܝ ܗܝܡܢܘܬܐ, *quaere ſidem,* quem alii ſuſpicantur legiſſe בְּעֵה, loco רְעֵה, ſine cauſa, quum is ſenſum expreſſerit. Huc etiam phraſes: *paſcere ventum, cinerem, pulverem,* Jeſ. XLIV, 20. Hoſ. XII, 2., h. e. operam dare rebus nihili. אֱמוּנָה *Veritas,* h. l. pro *pietate* in univerſum accipitur, cujus fundamentum quaſi veracitas et ſinceritas eſt, quum contra improbitas conſervandae aut exer-

cendae mendacia, doli, simulationes ac dissimulationes crebro adhibeantur. Sic Jud. IX, 19. *Si in veritate et integritate egistis cum Jerubbaal*, h. e. si recte et pie in eum egistis. Nehem. IX, 33. *Veritatem fecisti, nos vero impie egimus*, h. e. fecisti, quae justa ac digna fuerunt. Prae ceteris vero nostrum locum illustrat illud Proverb. XII, 22. *Beneplacitum est Deo in* עֹשֵׂי אֱמוּנָה *factoribus veritatis* h. e. qui recte ac sincere agunt. Nec non Jer. V, 1. *An sit, qui faciat judicium*, מְבַקֵּשׁ אֱמוּנָה *quaerens veritatem.* Adde Ps. CXIX, 30. דֶּרֶךְ אֱמוּנָה בָחָרְתִּי *Viam veritatis*, rectitudinis, *elegi; tua statuta mihi servanda propono.* Alii, Chaldaeum sequuti, qui vertit וְחַסֵּן בְּהֵימְנוּתָא *et esto fortis in fide*, nomen אֱמוּנָה de fiducia in Deo ponenda accipiunt, hoc sensu: semper ex fide vive, certo tenens, nihil tibi defuturum unquam, si modo spem in Deum retineas. Neque hoc quidem male, quum respondeat בְּטַח בַּיהוָה in priore hemistichio. A. Schultensius in *Animadverss. philologg.* ad h. l. אֱמוּנָה *securitatis* notione accipiendum existimat, qua Arabum أمان pollet, atque haec verba in futuro vertenda (ut ea quae proxime antecedunt): *et pasces securitatem*, h. e. secure vives. Alexandrinus: καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς, *et pasceris in divitiis ejus*, ut Vulgatus vertit, unde Cappellus illum הֲמוֹנָהּ legisse conjicit. Cui tamen Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 632. obvertit, Alexandrinum אֱמוּנָה vel אָמֵן eo sensu potius accepisse, ut sit idem quod מָמוֹן. „Quidam enim Hebraeorum existimant, מָמוֹן sic in lingua Hebraea, Chaldaea et Syra dici ab אָמַן, quod homines plerumque in divitiis confidant.“ Unde *Augustinus* etiam *Justinianus* in Psalterio suo Octaplo ad h. l. notat, hebraeum nomen אֱמוּנָה aeque *fidem* atque *divitias* significare.

4. וְהִתְעַנַּג עַל־יְהוָה *Oblecta te*, delicias cape, *in Jova*, h. e. si conditio tua hac in vita talis est, ut causa non sit, cur ea contentus vivas, quomodo improbi solent

in ſua vehementer delectari; eam ob rem noli macerare animum tuum, laetare de eo, quod Jovam habes patronum, acquieſce in benevolentiae ejus conſcientia. Cf. Jeſ. LVIII, 14. Job. XXII, 26. XXVII, 10. — וְיִתֶּן לְךָ מִשְׁאֲלֹת לִבֶּךָ *Dabit tibi petitiones cordis tui*, h. e. quicquid modo animus tuus precibus exoptaverit. Ponitur per metonymiam adjuncti *petitio*, pro re petita, ut 1 Sam. I, 27, *dedit mihi Deus petitionem meam*, item Job. VI, 8. Sic *promiſſio* ponitur pro rebus promiſſis Ebr. XI, 13. Actor. I, 4. *deſiderium* pro re deſiderata, Pſ. XXI, 3.

5. גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ *Devolve ſuper Jovam viam tuam*, permitte Jovae res tuas, eventusque omnes in hunc rejice. Cf. de hac locutione not. ad Pſ. XXII, 9. — וּבְטַח עָלָיו וְהוּא יַעֲשֶׂה *Et confide in illo, et ipſe faciet*, quod tu fieri exoptabas, ſed vires tuas ſuperat, ipſe perficiet.

6. וְהוֹצִיא כָאוֹר צִדְקֶךָ *Et educet inſtar lucis juſtitiam tuam;* in apertum producet, clareſcere faciet, וּמִשְׁפָּטֶךָ כַּצָּהֳרָיִם *et judicium tuum* educet, ſplendeſcere faciet, *ceu meridiem*, h. e. juſtitiae et vitae recte et ordine inſtitutae dignam tandem aliquando rationem habebit, ut fructus ejus percipias. Dum enim improbis omnia ſecundant, et piis adverſa cuncta accidunt, videtur eorum *juſtitia et judicium*, id eſt, vita ex juſtitia et aequitate inſtituta, obſcura eſſe ac latere. Cum ergo Deus ſuum in pios favorem declarat, ultionemque ſumit de ſceleratis, manifeſtumque facit, eſſe virtutis operae pretium, tum velut lumen juſtitiam illorum facit prodire, et judicium eorum ſplendeſcere.

7. Eadem canit, quae prioribus Verſibus: non eſſe cauſam, cur bonis ſtomachum moveat proſperitas malorum, quum hi brevi adeo perituri ſint, illi autem terram praecipuo dominio poſſeſſuri. Proinde hortatur, ut pii Jovae ſe prorſus committant, ſecuri omnium. Ait ergo:

דֹּם לַיהוָה *Sile Jovae*, quamvis nonnulla videas et experiaris, quae moleftiam afferant, tamen moleftiam illam tacitus filentio preme, Jovae auxilium et opem expectans, וְהִתְחוֹלֵל לוֹ *expecta eum*, donec te meliore fortuna donet, et improbos dignis malis afficiat. אַל־תִּתְחַר בְּמַצְלִיחַ דַּרְכּוֹ, *Ne fuccenfeas in profpere expedientem viam fuam*, contra, aut propter eum, cui inftitutum fuum fuccedit, nimirum impium, ut mox fequitur: בְּאִישׁ עֹשֶׂה מְזִמּוֹת *in virum facientem fraudes*, verfutiis intentum; vel, impune expedientem, quicquid modo in mentem venerit. Nomen מְזִמּוֹת enim eft *μέσον*, h. e. tam in bonam, quam malam accipitur partem, vid. ad Pf. XXI, 12. XVII, 3.

8. הֶרֶף מֵאַף וַעֲזֹב חֵמָה *Remitte ab ira, et derelinque excandefcentiam*, quam ob improborum fucceffus profperos concepifti, אַל־תִּתְחַר אַךְ־לְהָרֵעַ *ne fuccenfeas ad itidem malefaciendum*, ut etiam nocere velis; ne pravi hominis felicitate commotus ad aemulationem ejus tandem te pertrahi finas, ut paria cum illo facere velis, quafi inde tibi quoque bene futurum fit. Particula אַךְ h. l. ita eft accipienda ut 1 Sam. XVIII, 8. וְעוֹד לוֹ אַךְ, *et adhuc ipfi* (Davidi) *etiam*, vel pari modo, regnum dabunt.

9. Cauffam nunc fubjicit, cur boni fe non plus nimio malorum felicitatem commoveri finant: כִּי מְרֵעִים יִכָּרֵתוּן *Nam male facientes exfcindentur*, qui peffimis factis, et aliorum injuria fibi opes parare inftituerunt, licet ad tempus floreant egregie, lateque diffundant fuos ramos ac potentiam (infra Vs. 35.), fubito tamen, quafi ex imis radicibus, excidentur, inftar arborum, de quarum excifione verbum כָּרַת et alias ufurpatur, veluti 2 Reg. XXIII, 14., unde ad hominum deletionem transfertur 1 Reg. XI, 16. Levit. XXVI, 22. — וְקֹוֵי יְהוָה הֵמָּה יִירְשׁוּ־אָרֶץ *Qui autem Jovam fuerint praeftolati, illi terram hereditario poffidebunt*. Refpectus habetur ad promiffiones Levit. XXVI, 3. feqq. probis Jovae cultoribus datas. Illam namque terram, quam eo tempore gens

Ju-

Judaeorum incolebat, quaſi ſpeciali quodam jure ad Deum pertinere putabant, quod in ea Jovae ſanctuarium erat, neque in ea diutius habitare poſſe perſuaſum habebant, niſi qui Jovam colerent, et illius praecepta ſervarent; quem ſi reliquiſſent, et ejus praecpta facere neglexiſſent, tanquam radicitus evulſas ex ea terra arbores in alienas terras, ut ille minatus erat, projici et exterminari metuebant. *Poſſidere* autem *hereditario terram*, contrarium eſt ei, quod in priori hemiſtichio dictum eſt, *exterminari*. Nam ut *exterminari* eſt *exſcindi*, et non ultra ſucceſſionem generis habere, ſic *hereditare* eſt ita poſſidere, ut in poſteros quoque poſſeſſio transmittatur.

10. וְעוֹד מְעַט וְאֵין רָשָׁע *Et parum adhuc et non erit improbus*, non diu exſpectaturus es, ut mali exterminium videas, brevi illum prorſus evanuiſſe videbis. מְעַט proprie eſt ſubſtantivum, *paucitas*, quod tamen interdum uſurpatur ut Adjectivum, idque *αναλόγως*, ſervata videlicet generis et numeri convenientia, ut מִקְדָּשׁ מְעַט, *ſanctuarium parvum*, Ezech. XI, 16.; vel *ἀνομάλως*, i. e. convenientia illa neglecta, ut סִכְלוּת מְעָט, *ſtultitia parva*, Coh. X, 2. (ubi diverſitas generis); אֲנָשִׁים מְעָט, *homines pauci*, Coh. IX, 14. (ubi diverſitas numeri). Hoc loco ſubſtantive accipitur commodiſſime: *et adhuc paucitas*, ſcilicet temporis, reſtat. וְהִתְבּוֹנַנְתָּ עַל־מְקוֹמוֹ וְאֵינֶנּוּ *Et ſi attendas locum ejus, et non ipſe* ſcil. extabit amplius, adeo prorſus evaneſcet improbus, ut etiam ſi quaeras, et diligenter locum ejus inveſtiges et oculis luſtres, ne veſtigium quidem ejus ullum invenias, ut ubi fuerit ac ſteterit, poſſit agnoſci.

11. וַעֲנָוִים יִירְשׁוּ־אָרֶץ וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם *Manſueti autem*, qui ab ira et ſuperbia ſunt alieni, et in adverſis rebus tolerandis patientes, *hereditario terram poſſidebunt*, malis de terra penitus exciſis, *et delectabuntur pace*, plurimo rerum ſucceſſu.

12. 13. Duo hi Verſus conjungendi ſunt: זֹמֵם רָשָׁע לַצַּדִּיק *Cogitans*, h. e. varias machinatur fraudes ac inſidias (conf. de זָמַם ſupra Vs. 7.) *improbus bono*, וְחֹרֵק עָלָיו שִׁנָּיו, *et infrendet contra eum dentibus ſuis*, אֲדֹנָי יִשְׂחַק־לוֹ כִּי רָאָה כִּי־יָבֹא יוֹמוֹ *Dominus ridet illum propterea quod proſpiciat, advenire diem ejus.* Dum peccator ſui incuriofus et negligens, aliis inſidias ſtruit, et tempus atque occaſiones inquirit, quibus bono viro nocere poſſit, et illius vitam ſuae improbitatis accuſationem eſſe putat, et minis ac terroribus, tanquam teterrima bellua devorare quaerens infremit dentibus; a Deo ſe obſervari non videt, et irrideri, quod cum alii interitum paret, ſibi ſuum adeſſe non ſentiat. *Ridere* autem Deum poeta dicit, ut imprudentiam et ſtultitiam peccatoris ridendam deſcribat, alteri perniciem interitumque parantis, qui ſuum ſibi impendere non videat.

14. חֶרֶב פָּתְחוּ רְשָׁעִים *Gladium ſtringunt impii;* ita verbum פָּתַח, quod proprie ſignificat *aperire*, uſurpatur de gladii, in vagina veluti concluſi, eductione Ezech. XXI, 33., ubi gladius פְּתוּחָה eſt *evaginatus*, et veluti retectus. וְדָרְכוּ קַשְׁתָּם *Et calcant*, tendunt, *arcum*, vid. de hac locutione ad Pſ. XI, 2. — לְהַפִּיל עָנִי וְאֶבְיוֹן *Ad cadere faciendum*, ut proſternant, *afflictum et pauperem*, inopem qui nulli rei confidit, ſpe omni deſtitutum, cui neque res, neque animus ad reſiſtendum adeſt. לִטְבוֹחַ יִשְׁרֵי־דָרֶךְ *Ad mactandum*, ut perimant, *rectos viae*, qui per planas apertasque vias ambulant, non per occultas et perverſas, homines innocentes, nihil commeritos, qui nihil mali ſuſpicantur, et ſubeſſe fraudes non putant; bonos viros, ſimplices, qui nec dolis agunt, nec ſecum agi putant. Ac fortaſſe *gladium*, quo vires impiorum et potentia ſignificantur, adverſus inopes evaginari, *arcum* vero, quo inſidiae et doli intelliguntur, adverſus rectos via tendi, hoc eſt, inſidias adverſus bonos comparari dicuntur. Apte vero dixit לִטְבוֹחַ, *ut trucident*, tanquam ſcilicet victimas obvias et paratas, neque

viri-

viribus fe tutantes, neque aftu fibi caventes. Sed fruftra; nam fua ipforum potentia in fuperbos retorquetur, et fuis ipforum dolis infidiofi homines capiuntur, quod optat vates Verfu fequenti.

15. חַרְבָּם תָּבוֹא בְלִבָּם וְקַשְּׁתוֹתָם תִּשָּׁבַרְנָה *At eorum gladius corda ipforum transverberabit, et arcus eorum confringentur.* Vires eorum et infidiae adverfus ipfos auctores convertentur, et fe in fuam ipforum perniciem et potentes et infidiofos fuiffe fentient; quod ipfum et Pf. VII, 15. dicitur. *In corda ipforum* vero dicit, quafi lethali vulnere, et in ipfam vitae fedem inflicto.

16. Dixit de potentia et infidiis malorum, quam timenda non fint; nunc de copiis et opibus, quas homines parum prudentes admirantur atque fufpiciunt. טוֹב מְעַט לַצַּדִּיק מֵהֲמוֹן רְשָׁעִים רַבִּים *Praeftat pauxillum, quod juftus habet, quam opes plurimae improborum infignium;* nam ex iftis multis divitiis ifti nonnifi laborem et follicitudinem, et anxietatem habent; at vero ex illo fuo modico cenfu ac penu vir fceleris purus multa cum animi quiete quae ad vitam funt neceffaria profert. Quae ipfa fententia et Prov. XV, 16. legitur. טוֹב מֵהֲמוֹן *Bonum prae multitudine,* h. e. melius multitudine. Vid. Schroederi *Inftitt.* Reg. CII. מְעַט *Paucitas* nempe הוֹן, *divitiarum,* ut addit *Aben Efra*. Nomen הָמוֹן alioquin generatim dicitur de quavis rei alicujus collectione aut multitudine infigni, v. g. populorum Genef. XVII, 4. 2 Sam. VI, 19., mulierum, 2 Paral. XI, 23., hominum, feriantium, Pf. XLII, 5.; fpecialim tamen aliquando accipitur pro copia divitiarum, ut Cohel. V, 9. et h. l. Aben-Efra exponit מָמוֹן, et nomen הָמוֹן derivare videtur ex הָמָה *ftrepere*, adducit enim locum Pf. XXXIX, 7. *fruftra* יֶהֱמָיוּן *tumultuofe coacervando ftrepunt homines.* Hinc Chaldaeus quoque h. l. ad hebraeum הָמוֹן exprimendum utitur fuo רִגְשָׁא, *ftrepitus*, fcil. divitiarum et facultatum, quas improbi tumultuofe per vim, rapinas, injurias, fraudes congerunt, et cum ftrepitu curarum,

actio

actionum et litium poſſident. Alexandrinus πλουτον, Syrus ܩܢܝܢܐ, *poſſeſſionem*, h. l. vertit.

17. כִּי זְרוֹעוֹת רְשָׁעִים תִּשָּׁבַרְנָה *Nam brachia ſceleratorum confringentur. Brachia* Hebraeis potentiam, auxilium, praeſidiumque ſignificare ſatis notum eſt, vid. Pſ. X, 15. LIV, 4. Job. XXXV, 9. Quum igitur mali in his per vim et injuriam partis immenſisque divitiis praeſidium ſibi et auxilium poſitum putent; his tanquam brachiis nituntur, et in illis vires habere ſibi perſuadent. Sed haec brachia confringi dicuntur, ſcilicet a Deo, cum male partas divitias ab impio homine ſubducit, et non ſecus atque arundineum baculum comminuit, quo baculo comminuto incumbens ſuperbi hominis moles concidit atque collabitur; וְסוֹמֵךְ צַדִּיקִים יְהוָה *pios autem ſuſtentat Jova*, pii homines non fragili opum baculo ſuſtentantur, ſed Jovae fulcienti innituntur, ideoque cum in illo ſpem omnem ac fidem poſuerint, labi et concidere non poſſunt.

18. יוֹדֵעַ יְהוָה יְמֵי תְמִימִם *Novit Jova dies integrorum*, vitae eorum curam gerit, illis providet et conſulit; nam *noſſe* nonnumquam in bonum providere eſt, ut Pſ. I, 6. Exod. II, 25. Jerem. I, 5. *Dies* vero, יָמִים, ponuntur pro iis, quae diebus vitae ſuae eveniunt, ut Vs. 13. Jarchi: *opera dierum ipſorum.* Aben-Eſra haec verba de complemento dierum vitae accipit, quod Deus bonorum dies producat, ut diu vivant, non praeſcindat, ut impiorum, allegatque Exod. XXIII, 26. *Numerum dierum tuorum implebo.* Coh. VII, 18. *Quare morieris, quum nondum tempus tuum?* תְּמִימִים vero, *integri*, ſunt boni viri, a fraudibus et dolis alieni, qui bona fide, et ſine aſtutiis ac verſutiis agunt. Vid. not. ſupra ad Pſ. XXVI, 1. et cf. Pſ. XV, 2. XIX, 8. Addit: וְנַחֲלָתָם לְעוֹלָם תִּהְיֶה *Et haereditas eorum perpetua erit*, numquam illis adimetur; terram illam, quae Dei ſingulari beneficio illis obtigerat, filiis ac nepotibus relinquent.

19. לֹא יֵבֹשׁוּ בְּעֵת רָעָה וּבִימֵי רְעָבוֹן יִשְׂבָּעוּ *In adverſo tempore haudquaquam pudeſient, ſame invaleſcente ſaturabuntur.* Numquam ſruſtranea ipſorum erit fiducia, quam in te collocarunt, numquam neceſſariis erunt deſtituti, quantumvis adverſa tempora incidant, quin cum ſame alii laborabunt, hi ſaturabuntur.

20. כִּי רְשָׁעִים יֹאבֵדוּ וְאֹיְבֵי יְהוָה כִּיקַר כָּרִים כָּלוּ בֶעָשָׁן כָּלוּ *Nam improbi peribunt, et hoſtes Jovae* (itidem peribunt) *ut pingue ovium; abſumentur, fumo abſumentur.* Ut oſtendat, quam facile futurum ſit, ut pereant improbi, ait illos conſumendos, uti adeps vel pinguedo ovium, *igni* impoſita; quae ſimul cum fumo illico evaneſcit. Ita haec verba Chaldaeus explicat: הֵיךְ יְקַר פַּלְגִּיסִין דְּמִן אוּלָּא מִתְפַּטְּמִין וְסוֹפֵיהוֹן מִתְנַכְּסִין *Sicut optimum vervecum a prima aetate ſaginatorum, qui poſtmodum mactantur.* יְקַר enim, quod proprie *pretioſum* ſignificat h. l. pro *opimo* כָּרִים *agnorum* accipitur, idemque eſt quod חֵלֶב כָּרִים, *adeps agnorum*, Deut. XXXII, 14. Vid. de nomine כַּר, propr. *agnus paſcualis*, Bocharti *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLIII. T. I. p. 466. ed. Lipſ. Sunt tamen, Aben-Eſra monente, qui כָּרִים pro *campis* h. l. accipiant, ut Jeſ. XXX, 23. Pſ. LXV, 14. (כַּר contracte pro כִּכָּר *planities*), יְקַר vero pro *herba*, qua campi decorantur, ut pretioſum camporum dici queat, ut ſimilitudo hic parum ſit diverſa ab ea quae ſupra Vs. 2. aderat. In hunc ſenſum Lutherus: *wenn ſie ſind, wie eine köſtliche Aue.* Idem placuit J. D. Michaeli, qui in *Supplemm.* p. 1249. vertit: *peribunt ut gloria paſcuorum, in fumum conſumentur,* petita imagine, ait, a paſcuis, quorum ſiccato gramini flamma incidit, illudque abſumit. Sed gramen ſiccatum profecto parum commode *decor camporum* diceretur. Praeterea ſimilitudo agnorum pinguium ad praeſens negotium valde eſt accommodata. Ut enim pinguiores agni duntaxat mactantur, non macilenti, nec morbidi, ſic improbi, opibus et voluptatibus bene ſaginati miſere pereunt. Rudingerus ſenſum

ſenſum expreſſit hac paraphraſi: *Impii vero in mediis opibus ſuis deficient et peribunt, et genus hoc inimicorum Jovae conficietur et evaneſcet, ſicut adeps tenella agnorum in ſacrificiis quando adoletur, ita in fumum abibunt et evaneſcent ſimiliter.* Alexandrinus pro hebraeis verbis כִּיקַר כָּרִים poſuit: ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, quod Vulgatus ſequutus: *inimici Domini mox ut honorificati fuerint et exaltati* etc. Legit כִּיקַר בְּרוּם, ut utrumque ſit Infinitivus, pro Gerundio accipiendus, et prius quidem a יָקַר *pretioſum et glorioſum eſſe*, poſterius vero a רוּם. Hieronymus Verſum noſtrum ita vertit: *Quia impii peribunt, et inimici Domini gloriantes et monocerotes, conſumentur, ſicut fumus conſumentur.* Legit כְּרֵים, *ſicut monoceros*, et כִּיקַר accepit pro Gerundio. בְּעָשָׁן, *In*, vel, *cum fumo*, h. e. aeque, ut fumus, evaneſcent. Nimirum ut alias praepoſitio עִם inſervit comparationi, veluti Job. IX, 26. *dies mei tranſierunt cum navibus*, h. e. aeque ut naves, ita h. l. improbi fumo comparantur, qui ſtatim ut aſcenderit et evaneſcit. Adeoque non eſt opus כֶּעָשָׁן in textum recipere, quod plures codices a Kennicotto et de Roſſio inſpecti exhibent. Verum ב confirmant Maſorethae, et Chaldaeus, qui reddit: וּבִתְנַן גְּהִינָּם יִגָּמְרוּן, *et in fumo Gehennae abſumentur.* Eadem *fumi* ſimilitudo Pſ. CII, 4. כָּלוּ בְעָשָׁן יָמָי *Abſumti ſunt dies mei, ut fumus.* Hoſ. XIII, 3. *Erunt* כְּעָשָׁן *inſtar fumi.* Verbum כָּלוּ Aben-Eſra priori loco cum יְקַר, poſteriori cum רְשָׁעִים conſtruendum dicit. Sed utrumque potius, prout numerus etiam docet, enunciatur de *Impiis*, geminatur autem ob emphaſin, cujusmodi exempla Pſ. LXVIII, 13. *Reges exercituum fugiunt, fugiunt.* Pſ. XCIII, 3. *Elevarunt fluvii, elevarunt vocem ſuam.* Vid. etiam Pſ. XXXV, 15. CXXIV, 4. 5.

21. Amplius nunc declarat, Deum timentibus omnia vitae neceſſaria affatim affluere, ita ut ſit, quod et aliis largiter impertiant; oportere autem, ut tandem egeant impii

impii. לֹוֶה רָשָׁע וְלֹא יְשַׁלֵּם וְצַדִּיק חוֹנֵן וְנוֹתֵן *Mutuatur improbus, nec folvit; pius autem miferetur et largitur.* Impius, inopia et egeftate preffus, non modo gratiam referre, fed ne mutuum quidem ipfum ac debitum refti-tuere propter egeftatem poterit; at pius liberalitatem Dei experietur ita, ut non modo non deficiatur a rebus ne-ceffariis, fed omni genere bonorum veluti fuperfluat, unde munera, et inopiae levamenta ad egenos redunda-bunt; eos enim miferebitur, et donis atque beneficiis fuis fuftentabit.

22. Caufam reddit tantae felicitatis copiaeque pio-rum: כִּי מְבֹרָכָיו יִירְשׁוּ אָרֶץ *Nam benedicti ejus* (Jovae; ad hoc nomen enim remotius, quod collocatur Vs. 20. referri debet fuffixum) *terram hereditario poffidebunt;* וּמְקֻלָּלָיו יִכָּרֵתוּ *at maledicti ejus excidentur* e terra, bonis omnibus evertentur, fimulque cum pofteris funditus tol-lentur. Conf. not. ad Vs. 9. Eadem fententia quae Proverb. III, 33. *Maledicit Deus domui impii, piorum domicilium fortunat.*

23. מֵיְהוָה מִצְעֲדֵי־גֶבֶר כּוֹנָנוּ *A Jova greffus viri ftabiliuntur.* גֶּבֶר, *Viri*, fcilicet jufti, et Jova benedicti, qualem hactenus inftruxit et confolatus eft. Aben-Efra monet ad h. l. גֶּבֶר faepe fonare judicio et cognitione pollentem virum, ut Exod. X, 11. *Ite nunc,* הַגְּבָרִים *viri,* qui valetis judicio, talis autem rectus et probus eft. כּוֹנָנוּ *Stabiliuntur* greffus ejus, ne vacillet aut cadat. Senfus eft, Deum profperare quicquid agat vir bonus, quo pertinet et fequens hemiftichium: וְדַרְכּוֹ יֶחְפָּץ, *et viae ejus favet,* peculari favore Dei ipfe in rebus fuis dirigitur, benigne Deus coeptis ejus adfpirat.

24. כִּי יִפֹּל לֹא יוּטָל *Cum ceciderit, non fternetur,* fi quando cadat in infortunium, non fuccumbet tamen ei, fed ftatim reftituetur. Perftat in metaphora greffuum ac viae, qualem et ufurpavit Pf. XXVII, 2. Cf. Prov. XI, 5. 14. XIII, 17. XVIII, 20. Verbum טיל, quod in Hi-phil *projicere* aliquid fignificat, in Hophal de forti, qui

humi

humi profternitur, ufurpatur etiam Prov. XVI, 33. Cauffam addit: כִּי יְהוָה סוֹמֵךְ יָדוֹ *Nam Jova fuftentat manum ejus*, inftar comitis, amicum lapfui proximum mox manu prehendentis et erigentis; cf. Vs. 17.

25 נַעַר הָיִיתִי גַּם־זָקַנְתִּי וְלֹא רָאִיתִי צַדִּיק נֶעֱזָב *Puer fui, etiam fenui*, a prima mea pueritia, et quantum mens mea recordari poteft longiffime, *nec vidi juftum derelictum* a Deo, ita ut curam ejus non habuerit ullam in adverfitatibus, aut iis, quae ad victum ac veftitum elfent neceffaria, careret. Conf. Genef. XXVIII, 15. 20. — וְזַרְעוֹ מְבַקֶּשׁ־לָחֶם *Aut femen*, pofteritatem, *ejus quaerentem panem*, mendicare. Vix monitu opus eft, loqui vatem de eo, quod plerumque accidere obfervaverat. Accedit, quod mendicitas inter diras recenfetur, quae impios divinorum mandatorum defertores maneant, Deuter. XXVIII, 60. feqq., unde illam a viro bono amovet.

26. כָּל־הַיּוֹם חוֹנֵן וּמַלְוֶה *Quotidie miferetur et dat mutuum*, tantum abeft, ut pius ejusque pofteri ad mendicitatem redigantur, ut ipfi potius habeant, quod egentibus liberaliter et gratis largiantur, aut faltem mutuo dent, quibus non eft neceffe largiri, et fuis tamen fatis relinquerent, וְזַרְעוֹ לִבְרָכָה *adeo ut pofteritas ejus benedictioni fit*, perpetua Dei beneficentia infigniter fruatur. De qua loquendi forma cf. not. ad Pf. XXI, 7.

27. Repetit adhortationem ad ftudium pietatis et innocentiae: סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב, *Recede a malo et fac bonum*, primum hoc tibi cavendum eft, ne, quae lege prohibita funt, ea facias, deinde omnibus viribus enitendum, ut, quae per legem praecepta funt, exequaris, quae duo fi praeftiteris, וּשְׁכֹן לְעוֹלָם, *tunc inhabitabis perpetuo* terram, quam poffedifti, neque umquam ab ea exul alias terras incoles, tanquam indignus, qui in regione terraque Jovae habites. Imperativus, שְׁכֹן h. l. pro futuro ponitur, quemadmodum Deut. XXXII, 49. וּמֻת, *et morere*, pro, et morieris. Cf. Schroederi Inftit.

Ling.

Ling. Hebr. Syntax. Reg. LII. a. Gesenii *ausführl. Lehrgeb.* p. 776. Eadem ſententia Proverb. X, 30. *Juſtus in aeternum non nutabit, impii vero terram non habitabunt.*

28. Rationem dicti affert: כִּי יְהוָה אֹהֵב מִשְׁפָּט *Nam diligit Jova judicium,* amat, quod recte et ordine ſit, nihil non jure ac rite facit, ideo numquam committet, ut boni viri et illum colentes hac poena impiis hominibus debita plectantur, et ex terra, quam illis poſſidendam dedit, ejiciantur; וְלֹא־יַעֲזֹב אֶת־חֲסִידָיו *nec derelinquet pios ſuos,* illos a ſua cura et protectione numquam excludet, ſed לְעוֹלָם נִשְׁמָרוּ, *in ſempiternum cuſtodientur,* Jovae praeſidio atque cuſtodia defendentur. וְזֶרַע רְשָׁעִים נִכְרָת *ſed impiorum poſteritas exſcinditur,* genus eorum penitus intercidet, ac nomen prorſus abolebitur, nullo ſuperſtite, qui paternum nomen referat atque retineat, quod ſupplicium in eo populo maximum habebatur. Cf. Vs. 9. 22. „Valde probabilis conjectura eſt, excidiſſe ante וְזֶרַע prius hemiſtichium Verſus, qui cum litera ע debeat incipere. Legerunt hoc Alexandrini, dum vertunt: ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, ſecundum Codicem Alexandrinum, ubi minus accurate Codex Vaticanus habet: ἄμωμοι ἐκδικήσονται, quam lectionem Arabica verſio exhibet. Symmachus: οἱ δὲ ἄνομοι ἐξαρθήσονται (vid. *Repertor. Literat. bibl. et orient.* P. XIV. pag. 187.), Vulgatus: *injuſti punientur.* Hi igitur interpretes legerunt haud dubie עֲוִילִים נִשְׁמָדוּ. Quae verba ſi textui reſtituantur, reſpondent una cum ſequentibus: *ſemen impiorum exſcindetur,* ſtructurae Pſalmi. Sic enim efficiunt Verſum integrum cum ע incipientem, cui ſequens undetrigeſimus jungendus eſt." Haec Dathius; et ante ipſum jam Hubigantius eandem conjecturam protulerat, nec non Cappellus in *Crit. Sacr.* L. IV. Cap. XIV, §. 1. p. 696, edit. Vogel-Scharfenb. Et facit ſane ad illam commendandam; quod in Hebraeo, ut nunc legitur, longior eſt oratio, quam quae duobus tantum Verſibus

ſibus ſufficiat; quum contra, ſi haec verba: עַוָּלִים נִשְׁמָדוּ cum iis quae nunc Vs. 28. leguntur, וְזֶרַע רְשָׁעִים נִכְרָת, unum Verſum conſtituerent, usque ad literam ם duae eſſent ſententiae (cum Vs. 29.), quae ad duos Verſus integros conficiendos ſint ſatis. Praeterea ob ſimilitudinem literarum in verbis עַוָּלִים נִשְׁמָדוּ et illis, quae proxime praecedunt, לְעוֹלָם נִשְׁמָרוּ, priora illa eo facilius librariorum oſcitantia poterant excidere. Bellermann *Metrik der Hebr.* p. 120. ל praefixum nomini עוֹלָם tollendum cenſet, ut Verſuum ordo reſtituatur. Chaldaeus tamen interpres atque Hieronymus, nec non Syrus hodiernam textus Hebraei lectionem exprimunt, quam defendit Hottingerus in *Theſaur. Philolog.* p. 169., atque Buxtorfius in *Anti-Crit.* p. 688.

29. Impiis autem deletis (Vs. 28.) צַדִּיקִים יִירְשׁוּ־אָרֶץ וְיִשְׁכְּנוּ לָעַד עָלֶיהָ *Juſti haereditario poſſidebunt terram, et perpetuo eam habitabunt*, vid. Vs. 3. et 9.

30. פִּי־צַדִּיק יֶהְגֶּה חָכְמָה *Os juſti meditatur ſapientiam*, verba ejus ſapientiae plena. הָגָה, proprie *meditari*, non ad animum pertinere ſolum, verum etiam ad eloquium, obſervavimus ad Pſ. I, 2. XXXV, 28. Ita et Graeci ſuo μελετᾶν uti ſolent, quos imitatur Latinus Poeta in illo: *Silveſtrem tenui muſam meditaris avena*, pro eo quod eſt, canis. וּלְשׁוֹנוֹ תְּדַבֵּר מִשְׁפָּט *Et lingua ejus loquitur judicium*, id quod juſtitiae et aequitati eſt congruum, recta et utilia ſemper loquitur.

31. Ideo ſalutaria loquitur pius, quod תּוֹרַת אֱלֹהָיו בְּלִבּוֹ *Lex Dei ſui in corde ejus*, hoc eſt, quod nihil potius cogitat, aut pluris facit, quam voluntatem Dei probe agnoviſſe, et vitam juxta eam diligenter inſtituiſſe. Hinc לֹא־תִמְעַד אֲשֻׁרָיו *non nutabit greſſus ejus*, numquam vel tantillum a recta via aberrat, quippe qui ex Legis divino praeſcripto vitam inſtituit. Obſervandum eſt, verbum femininum ſingularis numeri, תִּמְעַד, conjungi cum nomine pluralis numeri, אֲשֻׁרָיו, ita ut hoc distributive ſit intelligendum: *unusquisque greſſuum ejus*, Kimchio monen-

nente. Plura de hoc linguae hebraeae idiotifmo vid. in Glassii *Philol. S.* p. 328. ed. Dath. et in Gesenii *Lehrgeb.* p. 719.

32. צוֹפֶה רָשָׁע לַצַּדִּיק וּמְבַקֵּשׁ לַהֲמִיתוֹ *Speculatur improbus juftum et quaerit ut occidat eum*, occafionem, vel fraudulentam criminis praetentionem ad interficiendum probum. צוֹפֶה, *Speculatur*, maligne circumfpicit ex infidiis, ubi pium facillime commodiffimeve poffit adoriri et profternere. De impii infidiis ufurpatur idem verbum et Pf. X, 8.

33. יְהוָה לֹא יַעַזְבֶנּוּ בְיָדוֹ *At Dominus non permittet eum manui ejus*, non permittet, ut improbus bonum virum pro libidine fua vexet. וְלֹא יַרְשִׁיעֶנּוּ בְּהִשָּׁפְטוֹ *Nec improbum eum pronunciabit eum judicatur*, h. e. non finet eum judiciorum injuria opprimi. Dum enim aperta vi nocere bonis improbi nequeunt, ad lites confugiunt, et redemptis corruptisque judiciis illos divexant. Sed Deus etiam ab hac iniquitate fuos fervat, nec finit eos fceleratorum calumniis opprimi.

34. Iam ad virum bonum fermone converfo, illum hortatur, et ejus animum ad fpem erigit. קַוֵּה אֶל־יְהוָה *Praeftolare dominum*, dum malorum calumniis ac fraudibus premeris, ne defperes, fed praefentis temporis mala fpe futurorum confolare. וּשְׁמֹר דַּרְכּוֹ *Et obferva viam ejus*, illius cultum et religionem ferva, ejus legi et praeceptis obtempera, וִירוֹמִמְךָ לָרֶשֶׁת אָרֶץ *tum exaltabit te ad poffidendum terram*, tandem a tua humilitate miferaque conditione exaltabit te, facietque, ut fruaris illius terrae bonis, quam Deus eft pollicitus, in qua ipfe Deus eximia quadam ratione dominatur; בְּהִכָּרֵת רְשָׁעִים תִּרְאֶה, *excidium videbis improborum*, non fine fingulari voluptate, fic enim verbum רָאָה cum praepofitione ב conftructum, accipi, vidimus Pf. XXII, 18.

35. Quod, fub finem Verfus fuperioris dixerat confirmat eo, quod ipfe in vitae fuae curfu paffim obfervavit. רָאִיתִי רָשָׁע עָרִיץ *Vidi improbum validum* f. *violentum*,

inm, *violentiae* enim praeter *virium* notionem junctam habet haec vox omnibus fere, quibus occurrit, locis, vid. Job. VI, 23. Pf. LIV, 5. Jef. XIII, 11. XXV, 3. Cf. Pf. X, 18., unde Aben-Efra haud male שאחרים יפחדו ממנו, *a quo alii timent*, formidabilem, explicat. Alexandrinus ὑπερυψούμενον, hincque Vulgatus *fuperexaltatum*, vertit, refpectu habito ad procerae arboris figuram, quae verticem in coelum porrigit, qua fimilitudine vates hemiftichio altero utitur, וּמִתְעָרֶה כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, *et femet dilatantem, velut arbor indigena, beneque frondofa.* Vocem מִתְעָרֶה Aben-Efra ab עָרָה, *nudavit*, exponit מתגלה, *nudantem fe*, f. manifeftum fefe facientem, hoc eft talem, qui neminem pertimefcens, aperte et audacter in omnia fcelera ruit, proterve quodvis facinus patrat; unde et verfio Sexta ἀναιδῆ, *impudentem*, pofuit. Sed quia vates, ut ex ultimo hujus verficuli vocabulo manifeftum eft, ad *arboris* figuram delabitur; magis huic loco convenire videtur, מִתְעָרֶה *patulam*, amplam, et longe lateque fuis ramis diffufam ac diftentam arborem intelligere (quae ipfa fignificationum translatio in Latino *patulus*, a *pateo*). Aliis מִתְעָרֶה eft Participium verbi denominativi ab עָרוֹת, *gramineta*, Jef. XIX, 7., quod *virefcentem* fignificet; fed hoc potius voce רַעֲנָן, quae proxime fequitur, indicatur. כְּאֶזְרָח *Sicut indigenam*, h. e. in fuo folo fitam arborem, annofam, quae magnis folet lateque expanfis ramis effe vifenda. אֶזְרָח enim a זָרַח, *ortus eft*, defignat *indigenam*, feu in ea terra, in qua quis degit, exortum, cui opponitur גֵּר, *peregrinus*, aliunde in regionem aliquam illatus, vid. Exod. XII. 19., Levit. XVI, 29. XVIII, 26. XXIV, 16. 22. Jof. VIII, 33. Tali arbori nofter affimilat nobilem, potentem florentemque improbum, quia indidem exorta arbos valentior eft et ramis denfior; ut etiam indigena longe eft familia et cognatione potentior, quam advena, qui tanquam excifus furculus, et in alienam terram importatus ac transplantatus, in ea, cum germana non fit, difficilius coalefcit, cum

ille indigena tanquam arbos sponte nata in patrio solo radicibus actis facilius et firmius creverit, et ramis foliisque luxuriet, quod voce רַעֲנָן indicatur. Chaldaeus: הֵיךְ אִילָן יַצִּיב וְעַבּוּף *inftar arboris indigenae et frondofae.* Alexandrinus pro noftris verbis hebraeis haec pofuit: *καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρας τοῦ Λιβάνου, et elevatum ficut cedros Libani,* ut Vulgatus reddidit, ac fi textus hebraeus ita fonaret: וּמִתְעַלֶּה כְּאַרְזֵי לְבָנוֹן, eft enim אַרְזָה *cedrus* Zeph. II, 14. Textum receptum tamen fenfum non minus elegantem exhibere vidimus, quamvis vocabulorum fignificationibus translatis minusque ufitatis involutum, quod ipfum genuinae lectionis indicium effe folet. Pluribus de noftro loco difputavit Celsius in *Hierobot.* P. I. p. 194. feqq., qui tamen אֶזְרָח minus commode *civem indigenam, ἄνδρα ἐπιχώριον* interpretatur.

36. Quis tantam, adeoque pulchram arborem fubito exarefcere fufpicaretur? Et tamen וַיַּעֲבֹר *transivit,* abiit, ftatim periit, וּפְסַק מִן עָלְמָא, *evanuit e mundo,* ut Chaldaeus vertit. Verbum עָבַר enim, quod alias eft *transire,* quandoque etiam valet *praeterire,* vel *interire* penitus, ita ut aliquid non amplius appareat, veluti Nah. I, 12. Jef. XXIX, 5. Job. XXXIV, 20. Alexandrinus et Vulgatus *καὶ παρῆλθον, et transivi,* habent, quafi וָאֶעֱבֹר in Hebraeo effet. וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ, *Et ecce nullus ipfe,* non amplius fuit. וָאֲבַקְשֵׁהוּ וְלֹא נִמְצָא *Quaerebam eum, nec inveniebatur,* adeo diſperiit, ut etiam inquirente me, nullum ejus veftigium poffit reperiri.

37. Tandem omnia, quae per totum carmen dixit, in pauca confert. Neque, inquit, magnifacito felicitatem impiorum, neque illos aemuleris, cum illorum profperitas tam infelicem exitum habeat; tu potius: שְׁמָר־תָּם, *Cuftodi fimplicitatem,* ut Hieronymus vertit, five, ut Vulgatus: *cuftodi innocentiam,* vid. de hoc nomine not. ad Pf. XXVI, 1. — וּרְאֵה יָשָׁר *Et vide rectum,* femper illud ante oculos habe, quod eft ejus, qui aliquid fervat et cuftodit, כִּי־אַחֲרִית לְאִישׁ שָׁלוֹם, *nam funt reli-*

quiae homini pacis, h. e. illud pro certo habe, hominem integrum, qui cum omnibus recte versatur, neque duplici animo sit, reliquias et posteritatem, et successionem generis habiturum. Iam enim saepius dictum est, pro magna mercede rudem illum Israelitarum populum habuisse liberorum successionem, quam pro praemio suas leges observantibus Deus pollicitus erat. Nomen אַחֲרִית, quod proprie in universum *postremitatem*, *postremum*, significat, haud raro *posteritatem* designat, ut Ps. CIX, 13. יְהִי־אַחֲרִיתוֹ לְהַכְרִית *Exscindatur posteritas ejus, in generatione una deleatur nomen ejus.* Jerem. XXXI. 17. יֵשׁ־תִּקְוָה לְאַחֲרִיתֵךְ *Erit spes posteritati tuae, et revertentur filii ad terminum suum.* Ezech XXIII, 25. אַחֲרִיתֵךְ בַּחֶרֶב תִּפּוֹל *Posteritas tua gladio cadet, tuos natos et natas auferent.* אִישׁ שָׁלוֹם, *Vir pacis*, est homo pacem colens, tranquillus; posterius nomen vices gerit Adjectivi. Neque hujusmodi constructio horum duorum nominum אִישׁ et שָׁלוֹם est nova, vid. Ps. XLI, 10. Jerem. XX, 10. XXXVIII, 22. Alii nomina תָּם et יָשָׁר pro Adjetivis accipiunt, ut Genes. XXV, 27. Job. I, 1. 8. II, 3. IX, 20. 21., ut poeta exemplum diversum proponat justi et recti, אַחֲרִית vero de *tempore posteriori*, ut Job. VIII, 7. XLII, 13. vertuntque Versum nostrum hoc modo: *Observa innocentem, vide rectum,* considera recti studiosum, *nam postrema viri pax*, h. e. ejusmodi hominis postrema, pax est; qui tales fuerint, pace et felicitate fruentur. Sed quum in Versu, qui proxime sequitur, et qui est manifesta antithesis nostri, אַחֲרִית *posteritatis* notione accipiendum esse pateat, eodem modo h. l. intelligendum erit.

38. וּפֹשְׁעִים נִשְׁמְדוּ יַחְדָּו אַחֲרִית רְשָׁעִים נִכְרָתָה *Scelerati autem pariter*, nullo excepto (vid. Ps. XXXV, 15. 26.) *perdentur, posteritas impiorum exscindetur*, conf. supra Vs. 28.

39. וּתְשׁוּעַת צַדִּיקִים מֵיְהוָה מָעוּזָּם בְּעֵת צָרָה *Salus piorum a Jova*, auxilium, quo freti sunt pii, non tot

qu-

auxilium impiorum, in opibus aut in viribus pofitum eft, nec ab his venit, fed a Jova, qui ipfe *propugnaculum eorum* eft *tempore anguftiae*, fua fortitudine, tanquam oppofito fcuto, ab impetu improborum hominum, adverforumque cafuum telis eos protegit ac defendit. Ante nomen מָעוּזָּם (de quo vid. ad Pf. XXVII, 1.) fubaudiendum eft vel pronomen relativum אֲשֶׁר, ut faepius alias, vel demonftrativum הוּא, *ipfe eft.* „Literam Vau ante תְשׁוּעַת deleri jubet ftructura Pfalmi alphabetici. Hic enim Verfus cum litera ת debet incipere. Omittunt Vau Syrus et Arabs. Fortaffe neque graeci interpretes, Vulgatus et Hieronymus legerunt, quanquam vertunt *σωτηρία δὲ τῶν δικαίων*, *falus autem juftorum.* Quoniam Chaldaeus legit cum Vau non valde miror Kennicottum in duobus tantum Codd. veram lectionem inveniffe.“ Dathe.

40. וַיַּעְזְרֵם יְהוָה *Et adjuvabit eos Jova*, ne in malum aliquod incidant; at ubi jam inciderint, aut ubi in discrimen aliquot venerint, וַיְפַלְּטֵם *liberabit eos*; exponit praeterea a quo malo liberabit, יְפַלְּטֵם מֵרְשָׁעִים, *eruet eos ab improbis*, caufamque, cur eos liberaturus fit, adjungit, כִּי חָסוּ בוֹ *quia fperarunt in eo*, non fallet fpem eorum, qui ad illius *praefidium opemque* confugiunt.

PSALMUS OCTAVUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Querela animo et corpore graviter affecti, et ab amicis deserti, simulque ab hostibus afflicti. Quas quidem aerumnas etsi peccatis suis commeruisse fatetur, attamen Deum auxilium suum ei non prorsus subtracturum esse et sperat et optat.

Plerique interpretes Davidem hunc Psalmum composuisse existimant, dum gravissimo aliquo morbo laboraret, quem profectum agnoverit ex suis peccatis, quae Deus eo modo castigaret. Quaenam autem fuerint illa peccata, et num inter ea numerari debeat adulterium cum Bathsabea commissum, dissentiunt. Sed quod dicit de inimicorum suorum odio, qui vitam ipsius quaerebant, in tempus istius adulterii non quadrat. Tum enim Davides nullam amplius persequutionem patiebatur. Rudingerus, et post eum Dathius, in seditionis Absalonicae initiis cum in summis periculis versaretur vates; compositum

pofitum Pfalmum fufpicantur. Verum recte vidit DE WETTE, plura habere hunc Pfalmum communia cum fexto, et ipfum utriusque carminis initium idem fere effe. Sextus vero Pfalmus quum totius populi magnis miferiis oppreffi, fub hominis aegroti et aerumnofi perfona, querelas continere videatur; nec aliud hujus Pfalmi argumentum fuerit *).

---

1. De vocabulo לְהַזְכִּיר, quod tantum huic et feptuagefimo Pfalmo praefixum eft, uti de infcriptionibus ceteris fere omnibus, diffentiunt. Alexandrinus *εἰς ἀνάμνησιν* tam hoc loco, quam Pf. LXX, pofuit, nifi quod h. l. *περὶ τοῦ σαββάτου*, Pf. LXX. vero *εἰς τὸ σῶσαί με κύριον* addit. Chaldaeus h. l. דֻּכְרָנָא טָבָא עַל יִשְׂרָאֵל *Memoria bona fuper Ifrael;* quod Jarchius fic interpretatur: לאמרו בשעת צרה להזכיר צרתם של ישראל לפני הקבה״ ובנגד כל ישראל אמרו *ut diceret eum tempore angustiarum, ut mentionem faceret adflictionum Ifraelitarum coram Deo, dixit autem eum* (Pfalmum Davides) *pro omnibus Ifraelitis,* ut formula precum effet univerfo populo miferiis oppreffo. Formulam לְהַזְכִּיר in Pfalmi LXX. epigraphe Chaldaeus reddidit לְמִדְכַּר עַל צְרוּף לְבוֹנְתָא *ad recordandum de ufu thuris,* quo fenfu Jef. LXVI, 3. מַזְכִּיר לְבוֹנָה eft *adolens thus.* Et J. D. MICHAELIS in *Colleg. Crit. ad Pf. XL.* p. 419. atque in *Supplemm.* p. 616. ex eo quod verbum הִזְכִּיר etiam Exod. XX, 21. XXXIV, 19. de facrificiis ufurpatur, titulum hujus Pfalmi ita vertendum cenfet: *Pfalmus Davidis inter facrificandum canendus.* Alii

*) Eadem eft Chaldaei interpretis et Jarchii fententia; vid. not. ad Vs. 1. 14. 17. 18.

Alii, qui vertunt: *ad reminifcendum*, id fic interpretantur: Davidem voluiffe hunc Pfalmum confecrare memoriae calamitatum, in quibus haeferit, et e quibus liberarit eum Jova, ut poft liberationem opemque divinam hunc titulum Pfalmo praefcripferit, quando eum decantandum dedit Cantoribus. Similem in modum Grotius: „Pertinet hoc carmen ad inculcandum perpetuo Davidi et peccati fui, et indultae veniae memoriam.“ Aben-Efra initium cantionis alicujus vocabulo illo indicari putat, ad cujus modos carmen decantandum effet, ficut illud אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר in titulo Pfalmi XXII. ad fimilem modum explicat. Sed quum non fit dubium, Pfalmorum titulos, vel nullos, vel admodum paucos, a Davide fcriptos, etiam hac de cauffa minus attinet, de talibus multum quaerere. Varias variorum conjecturas de noftra infcriptione congeffit Christoph. Sonntagius in *Titulis Pfalmorum* p. 297. feqq.

---

2. Propofitio Pfalmi, qua deprecatur vates feveram vindictam, ne non fit ferenda, fi Deus vim irae fuae effundere velit: יְהוָה אַל־בְּקֶצְפְּךָ תוֹכִיחֵנִי וּבַחֲמָתְךָ תְיַסְּרֵנִי *Ne corripias me, Jova, ex indignatione, neve caftiges me ira fervidus.* Ante verbum hujus commatis poftremum repetenda eft ex praecedente hemiftichio particula אַל. Plures autem funt codices, a Kennicotto atque de Roffio infpecti, in quibus וְאַל־בַּחֲמָתְךָ, *et ne in furore tuo*, quod J. A. Starkius in *Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carmm.* Vol. I. p. 107. praeferendum cenfet. Ceterum conf. Pf. VI, 2., ubi eadem fere, quae hic, verba leguntur, et ibidem not.

3. כִּי־חִצֶּיךָ נִחֲתוּ בִי *Nam fagittae tuae demiffae, tortae, funt in me.* *Sagittae* clades funt et calamitates, quas Deus vi potentiae fuae tanquam de arcu excuffas jacit in homines, quos affligendos judicarit, ut Deut. XXXII, 23. *Accumulabo fuper eos mala*, חִצַּי אֲכַלֶּה־בָּם *fagit-*

fagittas meas in iis confumam. De verbo נחת cf. not. ad Pf. XVIII, 35. Addit nofter: ותנחת עלי ידך *Et defcendit fuper me manus tua,* h. e. plaga a te inflicta, nam quia plaga manu fit, manus appellatur, ut Pf. XXXII, 4.

4. אין־מתם בבשרי מפני זעמך *Nil fani eft in carne mea propter indignationem tuam.* מתם proprie *integritas,* hinc *fanitas,* ut Jef. I, 6. quomodo utroque loco vertunt Alexandrinus et Chaldaeus. מפני propr. *a facie,* hinc, *propter,* ut Genef. VII, 7. XXXVI, 7. Pf. XVII, 9. Vehementiam morbi magis exprimit, quod additur: אין שלום בעצמי מפני חטאתי *Non eft quies in offibus meis propter peccatum meum,* tanta vis eft doloris, ut ad intima usque offa pervadat.

5. כי עונתי עברו ראשי *Nam iniquitates fuperarunt caput meum,* culpae, quibus iram Jovae commerui, adeo multae funt, ut tanquam inundantes aquae (de quibus verbum עבר ufurpari folet Pf. CXXIV, 4. 5. Habac. III, 9. Jef. VIII, 9. Dan. XI, 10.) caput meum fupergreffae fint. Alii metonymice intelligunt *plagas,* quas Deus ei ob peccata inflixerat; quibus favet, quod fequitur: כמשא כבד יכבדו ממני, *ceu grave onus ponderofae funt fupra quam poffim ferre,* quibus dolorum atrocitatem fignificare videtur.

6. הבאישו נמקו חבורתי מפני אולתי *Computruerunt et fanie diffluunt ulcera mea propter ftultitiam meam.* Verbum מקק in Conjugatione Niphal fignificat *tabidum fieri,* quomodo tumores folent tabefcere, quando in iis pus diu contentum facit, ut contabefcat et liquefcat cutis, exeatque pus et foeteat. Sic Zachar. XIV, 12. Jova exercitui contra Hierofolymam militanti haec minatur: המק בשרו, *tabefcet caro ejus,* ועיניו תמקנה בחריהן ולשונו תמק בפיהם *ejusque oculi in fuis cavis, et linguae in oribus tabefcent.* Cf. Levit. XXVI, 39. Jef. XXXIV, 4. Ezech. XXIV, 23. XXXIII, 10. Hinc nomen inde defcendens, מק, *tabes,* Jef. III, 24. V, 24. Chaldaeus Syrus-

rusque interpretes in verbo illo Hebraico reddendo fere constanter suo אַחְמְטֵי usi sunt, quod de tumoribus pus et saniem emittentibus dici constat. Cf. J. D. Michaelis ad *Castelli Lex. Syriac.* a se edit. p 511. seq. Nomen חַבּוּרָה denotat tumorem, in quo collectum sit pus aut sanguis (a חָבַר *collegit, sociavit se*), ut per contusionem, plagam, vel alio modo, ita Exod. XXI, 25. *Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere,* חַבּוּרָה תַּחַת חַבּוּרָה *tumor pro tumore.* Jes. I, 6. פֶּצַע חַבּוּרָה *Plaga et tumor.* Sive *vibices*, ut Prov. XX, 30. חַבֻּרוֹת פֶּצַע, *vibices*, s. livores *plagae sunt medicina in malo homine.* Cf. Genes. IV, 23. LIII, 5. Nomen אִוֶּלֶת, quod in Proverbiis tantummodo, et in Psalmis praeter hunc locum semel tantum, LXIX, 6., reperitur, *inconsiderantiam, stoliditatem* denotat, qua quis bona quaevis monita spernit, atque cupiditatibus suis indulget. Vid. Prov. I, 7. V, 23. XIV, 17. 29. XV, 2.

7. נַעֲוֵיתִי שַׁחֹתִי עַד־מְאֹד *Incurvatus sum, depressus admodum.* In Hebraeo עָוָה duo verba, Arabibus etiam scriptione diversa, conjuncta videntur (cujusmodi exempla vidimus supra ad Ps. XXVIII, 1. et ad XXXIV, 6.), unum غوى, *erravit*, unde עָוֹן (vid. supra ad Ps. XXXII, 5.), *peccatum*, quod reperitur Esth. I, 6. *Non adversus regem tantum* עָוְתָה *perperam egit;* et Dan. IX, 5. חָטָאנוּ וְעָוִינוּ הִרְשַׁעְנוּ *Peccavimus et perperam egimus et improbe nos gessimus;* alterum عوى *distorsit*, v. g. annulum, quem in nasu habet camelus, *inflexit*, veluti arcum, aut habena caput camelae, ad quod referendum est Thren. III, 9. *Circumsepsit vias meas, et semitas meas* עִוָּה, *inflexit*, distortas reddidit. In Niphal praeter hunc nostrum locum reperitur quoque Jes. XXI, 3., ubi propheta lumbos suos dolore ait repletos, et se parturientis angustias persentiscere, hinc pergit, נַעֲוֵיתִי *distortus sum, ut non audiam, consternatus sum, ut non videam, motus*

sum

fum a ftatu recto corporis et animi, ut nec audiam, nec videam. Ac proinde et h. l. intelligenda erit vel perverfio ftatus felicis in miferum et adverfum (cf. infra Vs. 9.), quae videtur Alexandrini interpretis mens fuiffe, dum ἐταλαιπώρησα pofuit, *mifer factus fum*, ut Vulgatus reddidit, ut proinde minime opus fit, cum Cappello in *Crit. S.* L. IV. Cap. V. §. XIII. p. 605. Vogel-Scharfenberg., conjicere, illum נַעֲבֵיתִי in fuo codice legiffe: potius membrorum prae gravitate doloris distorfio, aut corporis incurvatio, qualis in magnis oriri folet cruciatibus, aut quomodo aegroti, ex magnis morbis debilitati, capite ad terram pendulo, corporeque antrorfum prono folent ambulare, quod quidem melius congruit fequenti שַׁחוֹתִי, h. e. magnis meis miferiis deprimor in terram usque, externo etiam geftu meam cogor prodere animi velut defperabundi afflictionem, cf. Pf. XXXV, 14. — עַד־מְאֹד, *Usque adeo valde;* fimilis particulae intendendi, מְאֹד, connexio cum vocula עַד deprehenditur etiam Jef. LXIV, verf. ult. *An affliges nos* עַד־מְאֹד; item Genef. XXVII, 34. 1 Sam. XI, 15. et infr. Vs. 9. Addit: כָּל־הַיּוֹם קֹדֵר הִלָּכְתִּי *Tota et omni die atratus incedo*, propter luctum et dejectionem morbi, vid. de hac phrafi ad Pf. XXXV, 14.

8. כִּי־כְסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה *Nam ilia mea plena funt aduftione.* כְּסָלִים proprie *lumbos* fignificare (coll. Arab. كسل *affectus fuit in lumbis*, et Talmudico כָּסֵל, *qui femur habet unum altero longius*), quomodo occurrit in recenfione materiae ad facrificia adhibendae Levit. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII, 4., deinde, per κατάχρησιν, vicinas partes, puta *ilia*, pluribus evicit Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLV. T. I. p. 573—576. ed. Lipf., cum quo conferendus Conr. Ikenius in *Differtat. de Ablegminibus Sacrificior.* §. IX. (in *Ejusd. Differtatt. Philolog. Theoll.* Vol. II. p. 149. feqq.). Chaldaeis quoque כִּסְלִין *ilia* funt, quod ipfum nomen h. l. in Chaldaica verfione legitur, in Bibliis Rabbinicis a Bombergio

gio et Buxtorfio editis, fed in Polyglottis Antverpenfibus legitur בְּכְלֵי, fignificatione eadem. Quod vero vocem נִקְלֶה attinet, quum verbum קָלָה duplicem habeat notionem, unam *vilipendere*, alteram *torrere* (quemadmodum et Arabum قلا [pro قلو et قلى] tam *frixit*, quam *abhorruit ab aliquo, odio eum habuit*, valet), interpretes illud נִקְלֶה quoque, quod formam habet Participii paffivi, valorem autem nominis fubftantivi, bifariam h. l. accipiunt. Aliis enim, a *vilipendendi* notione, נִקְלֶה eft *vile*, quo fignificatu haec ipfa vox ufurpatur 1 Sam. XVIII, 23., ubi David dicit, fe effe אִישׁ רָשׁ וְנִקְלֶה *hominem pauperem et contemtum*, vilem, ignobilem; et Prov. XII, 9. טוֹב נִקְלֶה *Felicior ignobilis, qui fibimet ipfe fervus, quam is qui fe jactat et caret pane.* Eadem notione et h. l. נִקְלֶה accepit Alexandrinus: ὅτι ἐπλήσθη ἡ ψυχή μου ἐμπαιγμῶν, qui tamen potius fcripfiffe videtur: ὅτι αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμῶν, quod Vulgatus expreffit: *quoniam lumbi mei impleti funt illufionibus*, quafi poeta diceret, fe execrabili morbo in ea corporis parte laborare, ita ut illudi et ab inimicis irrideri poffet propter ejus ignominiam. In eundem fenfum Aquila· ὅτι ἐπληρώθησαν αἱ λαγόνες μου ἀτιμίας. Aben-Efra quoque ulcus tam abominandum et foedum fignificari exiftimat, ut veritus fit poeta illud nominare, unde נִקְלֶה tantum dixerit, quod *foedum* denotet, fuppreffo fubftantivo, verecundiae gratia. Quod Mendelii fil. fpectaffe videtur, dum vertit: *die Hüften find mir voll Verwefung.* Senfum vero multo elegantiorem jam pridem monftravit Chaldaeus, qui, ad *urendi* notionem noftram vocem referens (qua verbum קָלָה ufurpatur Levit II, 14. Jer. XXIX, 22.), קְרִיחָא pofuit, quod proprie *aduftionem, inflammationem*, denotat, deinde etiam de *febri ardente* dici folet. Quod fequutus Dathius, recte vertit: *vifcera mea torrentur*; et vernacula lingua eundem fenfum eleganter expreffit Kuinoelius: *Es durch-*

durchwühlet heifser Brand meine Eingeweide. Sic OVIDIUS quoque *Epift.* XXI, 169. dixit: *Artus torrentur febribus.* Et *Metamorph.* VIII, 516. *Vifcera torrentur caecis ignibus.* Quum igitur morbi vis flammae inftar omnem corporis vigorem depafcatur, apte nofter iterum fubjicit: וְאֵין מְתֹם בִּבְשָׂרִי, *Nihil fani eft in corpore meo,* cf. fupra Vs. 4.

9. נְפוּגוֹתִי וְנִדְכֵּיתִי עַד־מְאֹד *Vehementer debilitatus fum et contritus.* Verbi פוג fignificatio propria videtur effe *friguit, frigore obriguit,* quam fervavit Arabum فاج et Syrorum ܦܓ. Ex hoc certe fonte reliquae notiones, *debilitari, languefcere, deficere, ceffare,* quibus hoc verbum apud Chaldaeos et Hebraeos ufurpatur, facillime derivari poffunt. In Cal ter reperitur, Habac. I, 4. *Lex* תָּפוּג *debilis eft,* vel intermittitur, nullas in populo hoc amplius habet vires. Pf. LXXVII, 3. *Plaga mea non* תָפוּג *intermittitur,* ceffat; et Genef. XLV, 26. *Cor Jacobi* וַיָּפָג *debilitatum erat,* animum refumere non potuit, *non enim eis credebat,* In Niphal nusquam, praeter hunc locum, occurrit. Talis igitur h. l. indicatur virium defectus, quo ceffaverat omnis prior integritas, fuccedente mifera perturbatione et infirmitate. Nifi potius ad animum poëtae moeftum et afflictum referendum fit, et ex malorum perpeffione debilitatum (quemadmodum לֵב נִדְכֶּה *animus contritus* Pf. LI, 19), cui confonat, quod fequitur: שָׁאַגְתִּי מִנַּהֲמַת לִבִּי *Rugio prae fremitu cordis mei,* ob maximas cordis mei compreffi anguftias atque gemitus tumultuantes, in vociferationes plane inconditas erumpere cogor, ut paene rugitum leonis imitarer. Nomen נְהָמָה in genere feminino femel adhuc reperitur Jef. V, 30. de *fremitu maris,* alias in mafculino נַהַם, ut שְׁאָגָה, itidem leonum denotat rugitum Proverb. XIX, 12. XX, 2., ficut et verbum נָהַם de leonibus prae fame rugientibus ufurpatur Prov. XXVIII, 15. Cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. III. C. II. T. II. p. 28. edit. Lipf. De hu-

hujusmodi fremitu, voce ſcilicet immaniore, quam exprimere ſolet vis acerbior doloris, ſpiritu diu contento, vid. etiam Pſ. XXII, 2.

10. Precem memorat, quam in mediis cruciatibus habuerit: אֲדֹנָי נֶגְדְּךָ כָל־תַּאֲוָתִי *Domine, coram te omne deſiderium meum*, tibi patent cuncta vota mea, non igitur opus eſt ulteriori fremitu, vel prolixa mearum aerumnarum enumeratione, וְאַנְחָתִי מִמְּךָ לֹא־נִסְתָּרָה *et gemitus meus a te non eſt abſconditus*, gemitus meus quem coram te fundo, quamvis homines latere poſſit, qui verba ſolum exaudiunt, licet rudis ſit et non in verba diſtinctus et expreſſus, tibi tamen minime eſt abſconditus,

11. Vehementiam doloris auget, quod dicit: לִבִּי סְחַרְחַר, *Cor meum circumivit*, circumagitatur, undique curis et anxietatibus agitatur et circumvolvitur, ita ut nusquam inveniat requiem, vehementius palpitat. Verbum סָחַר eſt *circuire* (coll. Chald. סְחוֹר, *circuitus, circumquaque*), et praeſertim de mercatoribus dicitur, qui negotiandi cauſa circumire ſolent, vid. Geneſ. XXXIV, 10. 21. XLII, 34.; hinc, quia ambae ultimae radicales geminantur, intenditur ſignificatio, ut vidimus in voce חֲלַקְלַקּוֹת Pſ. XXXV, 6. Alias סְחַרְחַר non occurrit. Interpretes veteres ſenſum potius, quam propriam verbi ſignificationem expreſſerunt. Alexandrinus ἐταράχθη, Vulgatus: *conturbatum eſt.* Chaldaeus: צְמַרְמַר, *horruit*, Syrus ܐܬܗܦܟ, *ſubverſum eſt.* עֲזָבַנִי כֹחִי *Dereliquit me vis mea*, quod plerique de vitali intelligunt, ut Pſ. XXII, 16. Geneſ. XLIX, 3. Sed poſſit etiam de *animi fortitudine* accipi, qua res adverſae feruntur fortiter et toleranter, qua ſe deſtitutum queratur; quippe qui tanta malorum mole prorſus depreſſus ſit, et quaſi obrutus. Ita hic locus conveniret cum Pſ. XL, 13., ubi, cum recenſuiſſet mala, quibus premebatur, ut item fecit hoc in Pſalmo, poſt alia illud adjicit: *Tot mala me circum-*

cumdederunt, ut numerari non possint, plura sunt capillis meis, וְלִבִּי עֲזָבָנִי *dereliquit me virtus mea.* Pergit: וְאוֹר עֵינַי גַּם־הֵם אֵין אִתִּי *Et lumen oculorum meorum, etiam eorum, non est mecum,* ipsi etiam oculi mei lachrymis continuis debilitati et hebetiores sunt facti, ut Thren. II, 11. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת עֵינַי, *consumti sunt lachrymis oculi mei.* Nisi potius alacritas animi et laetitia per lumen oculorum significetur, quae plerumque in oculis apparere et lucere solet (cf. Ps. XIX, 9.), q d. oculi mei non ita sereni sunt amplius, ut antehac, verum merae iis insunt caligines. Pronomen personale הֵם h. l. nomini עֵינַי subjunctum, ut emphasin quandam adferat, ut Num. XIV, 32. פִּגְרֵיכֶם אַתֶּם *cadavera vestra, vestri,* inquam, *cadent in deserto hoc;* et Ps. IX, 7. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה, de quo vid. Vol. I, p. 222. Cf. N. G. Schroederi *Instit. L. H.* Syntax. Reg. XXXVII. c., et Gesenii *Lehrgeb.* p. 727.

12. אֹהֲבַי וְרֵעַי מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ *Amici et sodales mei stant e regione plagae meae.* Sic de se ipso, tanquam de homine lepra contacto loquitur (nam et lepra appellatur *plaga*, נֶגַע, ut constat ex Levit. XIII, 3. seq. XIV, 3. seq.), ad quem eo tempore nemo, ne contaminaretur, propius audebat accedere. Simillimus est autem locus noster illis verbis Job. XIX, 13. seqq., quibus desertum se ab amicis, sodalibus et propinquis queritur, ut multa quoque alia in hoc Psalmo sunt verbis et rebus Jobi admodum similia. Inconstantiam igitur amicorum denotat, qui, cum illi bene esset, amicos sese simulabant, ab afflicta amicitia, quia nihil erat, in quo juvari possent, recedebant. Amici, igitur inquit, et proximi mei ac socii, quibuscum conjunctissime vixeram, quum in conspectum tantummodo mei venissent, יַעֲמֹדוּ, *stant,* propius accedere veriti, vel morbi contagionem pertimescentes, vel horrorem morbi fugientes, מִנֶּגֶד, *e regione,* procul; particula enim haec ita notat *ex adverso,* ut simul inferat *elongationem,* et significet *e longinquo,* quomodo

modo Hagar, cum fiti moriturum puerum videre non fuftineret, Genef. XXI, 16. *abiit feditque* מִנֶּגֶד *procul adverfo.* Sic Num. II, 2. caftra populi dicuntur ponenda circa tabernaculum, verum מִנֶּגֶד *longinquius ex adverfo ejus.* Et Mofes terram promiffam intuebatur מִנֶּגֶד *e longinquo,* Deut. XXXII, 51. Atque 2 Reg. II, 7. prophetarum filii ftare dicuntur מִנֶּגֶד מֵרָחוֹק, *e regione, e longinquo.* Hinc hoc ipfo noftro loco pro eo, quod in hemiftichio priori מִנֶּגֶד dictum erat, in altero ponitur מֵרָחֹק; fic enim verba fonant: וּקְרוֹבַי מֵרָחֹק עָמָדוּ, *Et propinqui mei e longinquo confiftunt,* quin etiam illi, qui confanguinitate (Ruth. II, 20. III, 12.) mecum conjuncti erant, minime fuo nomini refpondent, nam quod juftius erat, quam propinquos ad opitulandum accedere? at illi de longo confiftunt, ac me abominantur.

13. Queritur, intertim dolos concinnaffe inimicos, ut morbi malum cumularent. וַיְנַקְשׁוּ מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי *Et laqueos nectunt quaerentes animam meam,* venatoribus fimiles, ferae alicui fuis laqueis infidiantibus; nam verbum נָקַשׁ eft venatorium, fono et fenfu conveniens cum יָקַשׁ *irretivit,* ut conftat e Deut. XII, 30. *Vide, ne* תִּנָּקֵשׁ *irretiaris* per gentium vicinarum idololatriam. Hinc Chaldaeus recte h. l. עַבְדוּ פַּחִין, *retia expandunt,* reddidit. Alexandrinus, qui ἐξεβιάζοντο, *vim faciebant,* vertit, fpectavit *collidendi, percutiendi* notionem, quam verbum נְקַשׁ apud Chaldaeos obtinet. Muntinghius noftro verbo tribuit fignificationem Arabici نَقَسَ, 1) *collifit, percuffit;* 2) *probrofis verbis, conviitiis vel fcommatibus petivit laefitve.* וְדֹרְשֵׁי רָעָתִי דִּבְּרוּ הַוּוֹת וּמִרְמוֹת כָּל־הַיּוֹם יֶהְגּוּ *Et qui malum mihi inquirunt, loquuntur pravitates,* crudelia et maxime mihi perniciofa confilia cudunt, *fallacias toto die meditantur.* De nomine הַוּוֹת vid. ad. Pf. V, 10. Vol. I. p. 129.

14. וַאֲנִי כְחֵרֵשׁ לֹא אֶשְׁמָע וּכְאִלֵּם לֹא יִפְתַּח־פִּיו *At ego, velut furdus, nihil audio, ac ceu mutus fum, qui non*

non aperit os ſuum. Eorum ſuſurrationes, et maledicta atque execrationes cum audirem, adeo patientiam teuui, ac ſi minime audirem, nec retuli contumelias, aut illorum inimicum animum coargui, ſed, tanquam mutus, conticui. Ante לֹא־יִפְתַּח ſubaudiendum relativum אֲשֶׁר ut Pſ. IX, 16. XVI, 4. XXV, 12. XXXII, 2. Jarchi: ישראל שומעים חרפתם ואינם משיבים ולמה כי לך הוחלתי שתגאלני ומושיעני מהם *Iſraelitae audiunt opprobria ſua a populis; cur? quoniam te,* Deus, *exſpecto* (uti ſequitur, Vs. 16)., ſpero te *ab illis me liberaturum et erepturum.*

15. Eadem fere ſententia, verbis paululum immutatis, repetitur, ad indicandam ſuae patientiae conſtantiam: וָאֱהִי כְּאִישׁ אֲשֶׁר לֹא־שֹׁמֵעַ וְאֵין בְּפִיו תּוֹכָחוֹת *Similis ſum viro nihil audienti, et non habenti in ore ſuo reprehenſionem,* ſum adco tranquillus et ſilens, ut videantur mihi deeſſe verba, quibus paria referam convitiantibus.

16. Rationem affert, cur, quamvis eorum verba audiret, non eis reſponderit: כִּי לְךָ יְהוָה הוֹחָלְתִּי אַתָּה תַעֲנֶה אֲדֹנָי אֱלֹהָי *Quia te, Jova, exſpecto, tu reſpondebis, Domine, mi Deus,* quia nihil operae erat, cum eis contendere, et illos objurgare, quum a te auxilium exſpectarem, qui ſolus me ex his malis potes eripere. Sic plerique, qui verbum עָנָה *exaudiendi* ſignificatione accipiunt, qua ſaepius occurrit, veluti Pſ. XXXV, 4. Sed quia h. l. non ſcriptum תַּעֲנֵנִי, *reſpondebis mihi*, i. e. exaudies me, ſed ſimpliciter תַעֲנֶה, *reſpondes,* poteſt hic ſenſus eſſe: ego quidem tanquam ſurdus non audio, et ſicut mutus nihil reſpondeo, quia in te ſpero, te exſpecto, ut pro me audias illorum verba, et pro me reſpondeas; tibi meam cauſſam committo; tuae ſint hae partes, ut audias, et pro eo, quod adverſarii merentur, reddas atque reſpondeas.

17. כִּי־אָמַרְתִּי *Dixi enim,* in precibus ad te fuſis: פֶּן־יִשְׂמְחוּ־לִי בְּמוֹט רַגְלִי עָלַי הִגְדִּילוּ *Ne,* quaeſo, *laetentur de me,* concedas, *cum nutat pes meus, qui ſeſe efferunt contra me.* בְּמוֹט רַגְלִי *In nutare pes meus;* loqu-

loquutio petita ab hominis, pedibus offendentis, aut in lubrico folo vacillantis lapfu, transferturque ad hominis ftatum et conditionem univerfam, cum incommodi aliquid patitur, vid: Pf. X, 6. XVII, 5. XXI, 8. XXX, 7. De verbo הִגְדִּיל cf. not. ad Pf. XXXVIII, 17. Jarchi: *Ideo nos* (Ifraelitae) *tacemus, quoniam nobiscum cogitamus; fi illis* alienis populis *acriter refponderimus, forfan illae videbunt cafum noftrum, ac laetabuntur de nobis, dum nutant pedes noftri, et nobis infultabunt, dicentes: nonne vosmet jactaveratis de falute veftra?*

18. כִּי־אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן *Nam ego ad claudicationem fum paratus*, vel, proclivis, h, e. lapfui, vel ruinae, fum proximus, cf. fupra Pf. XXXV, 15. et ad eum loc. not. Verbum כון fignificat in Niphal *ftabiliri, paratum effe*, vel *aptum* aut *proclivum ad aliquid*, ut Exod. XXXIV, 2. *efto* נָכוֹן *paratus mane, ut adfcendas;* Pf. LVII, 8. נָכוֹן, *paratum*, proclive, *eft cor meum*; conf. Pf. CVIII, 2. Nehem. VIII, 11. Addit: וּמַכְאוֹבִי נֶגְדִּי תָמִיד, *atque dolor meus continuo coram me*, numquam a me recedit. Jarchi: *Ideo nos* (Judaei) *metuimus, ne* populi alieni *laetentur de nobis, quoniam affueti fumus plagis, atque parati et promti femper* ferre *contritionem.*

19. כִּי־עֲוֺנִי אַגִּיד אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי *Quia iniquitatem meam fateor, follicitus fum ob peccata mea.* Pertinent haec ad Dei clementiam commovendam, culpam enim fateri, poenaeque fe fubmittere, magnopere judicis inflectere folet animum.

20. Refert adhuc aliam de hoftibus fuis querulationem, et peranxiam auxilii implorationem, qua habitum animi doloribus exagitati, et inter confolationem, atque, ob cruciatus, aegritudinem, fluctuantis expreffit: At, inquit, interim dum ego fileo et perfero omnia, tuam opem exfpectans, אֹיְבַי חַיִּים עָצֵמוּ וְרַבּוּ שֹׂנְאַי שָׁקֶר *Inimici mei vivunt* valentque, *et roborantur; qui immerito me odio profequuntur, multiplicantur,* viribus copiisque augentur.

gentur. חַיִּים *Viventes*, h. e. floridi; omnique opum, atque virium abundantia praevalentes. *Vita* enim non raro poni ſolet pro vita felice et fortunata, vid. not. ad Pſ. XXII, 27. XXXIV, 13. — שֹׂנְאַי שָׁקֶר *Qui me odiunt falſo*, nullam odii erga me habent juſtam cauſam, ſed mendaciſſime multas praetendere ſolent offenſas, ex mera nocendi libidine. Cf. ſimilem locutionem ſupra Pſ. XXXV, 19.

21. וּמְשַׁלְּמֵי רָעָה תַּחַת טוֹבָה יִשְׂטְנוּנִי תַּחַת רָדְפִי טוֹב *Qui maleficium rependunt pro beneficio et adverſantur mihi pro perſequendo me bonum*, id eſt, pro eo, quod quacunque re illos juvare poſſem, eam perſequutus et conſectatus ſum praecipuo ſtudio; pro eo, quod demereri illos ſummopere quaerebam. Alii טוֹב, *bonum*, intelligunt de rectitudine, virtute. Ita Dathius: *Adverſantur mihi eo, quod virtuti ſtudeo.* Eſt revera extrema linea improbitatis, odiſſe hominem probum, quia probus eſt. Sed priorem illum ſenſum non modo ſuadet vox תַּחַת, verum etiam membrorum parallelismus. Verbum רָדַף, *perſequi*, h. l. eodem modo, ut Pſ. XXXIV, 15., pro, *omni ſtudio conſectari*, accepit. Jarchi verba תַּחַת רָדְפִי טוֹב exponit: בשביל שאנחנו דבקים בהקב״ה ובמצותיו *quoniam nos adhaeremus Deo ejusque praeceptis.*

22. Poſt deploratas ſuas aerumnas et adverſariorum inhumanitatem ac ſaevitiam, ſermonem totum precibus terminat: אַל־תַּעַזְבֵנִי יְהוָה, *Ne derelinquas me, Jova*, tanquam qui ad te nihil pertineam, אֱלֹהַי אַל־תִּרְחַק מִמֶּנִּי *Deus meus*, quum tu ſis Deus meus, quem colo, cui ſervio, *ne elongeris a me*, ne ſis a me procul, ne ita preces meas negligas quaſi longe disceſſeris, et ob longinquitatem non audias. Conf. de hac formula ad Pſ. X, 1.

23. חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי אֲדֹנָי תְּשׁוּעָתִי *Propera ad auxilium meum, Domine, ſalus mea*, ſalutis meae auctor, a quo ſolo ſalutem exſpectare poſſum. Eadem metonymia, qualis in illo Geneſ. XV, 1. *Ego ſum merces tua*, h. e. mercedis collator. Cf. ſupra XXVII, 1.

PSALMUS NONUS ET TRIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Canit, ut graviſſimis malis exagitatus, continuerit tamen ſe, ne indigna, praeſertim audientibus improbis, effutiret querendo, Deo autem, quae patiebatur, vitaeque totius calamitatem et brevitatem queſtus ſit, et malorum, quae peccatis tamen ſuis debita agnovit, liberationem orarit. Carmen eſt ejusdem fere, cum ſuperiore, argumenti et tenoris *).

1. De יְדִיתוּן vid Prolegomm. Vol. I. p. XLVI. ſeqq.

2. אָמַרְתִּי *Dixi*, ſcil. in corde, ſ. animo meo, ſtatui mecum. Sic enim verbum אָמַר ſaepius ſolet de eo uſurpari, quod quis animo concepit, veluti Pſ. XIV, 1., ut itaque et h. l. ſenſus ſit, ſe animo ad patientiam composito ſilentium ſibi imperaſſe, ſequitur enim: אֶשְׁמְרָה דְרָכַי

*) Veteres hebraei, uti refert Jarchi, hunc Pſalmum dictum ſtatuerunt על הדינין והגזירות של צרה הגזורות על ישראל *de judiciis et decretis afflictionis, quae facta ſunt ſuper Iſraelitas.*

דְּרָכַי מֵחֲטוֹא בִלְשׁוֹנִי *Cuftodiam vias meas, ne peccem lingua mea,* obfervabo me, nam *vias* Hebraei pro quolibet negotio, incepto, inftituto, re, ufurpare folent (vid. Pf. XVIII, 22. XXV, 4. XXXVII, 7.), et fatis liquet, dicere vatem hic voluiffe, fe ipfum obfervaffe, ne quid effutiret, ut gloriae Dei adverfum, ita fe indignum, hoc eft; *peccaret lingua fua.* אֶשְׁמְרָה לְפִי מַחְסוֹם *Cuftodiam ori meo capiftrum,* fedulo obfervabo ut fit ori meo capiftrum, adeo linguam et os cohibebo, ut paene camo quodam, ut jumentis fieri folet, mihi os obftruxiffe videar. Ante לְפִי fubaudiendus eft infinitivus, לִהְיוֹת *ut fit,* qui faepe deficit, vid. Waltheri *Ellipfes* p. 113. ed. Schulz. Nomen מַחְסוֹם nusquam alias occurrit, verbum vero חָסַם *os* vel *nafum obturare,* bis reperitur, Deut. XXV, 4. לֹא־תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ, *ne obtures os bovi trituranti;* et Ezech. XXXIV, 11. *Vallis illa* (ubi Gog fepultus) חֹסֶמֶת *obturabit* (foetore cadaverum) *nares praetereuntium.* Chaldaeis quoque non folum verbum חֲסַם fignificatione *claudendi, occludendi, obturandi,* atque, ad ora animantium relatum, *capiftrandi,* eft ufitatum, verum etiam nomen מַחְסוֹם pro *capiftro,* vid. Buxtorfii *Lexic. Chald. Talmudic.* p. 801. Quare hoc noftro loco Chaldaeus interpres זְמָמָא, *frenum, capiftrum* pofuit, et Deut. XXV, 4. pro verbo Hebraeo חָסַם in Targ. Jonath. et Hierofol. זמם, *capiftrare, frenare* ufurpatur. Symmachus etiam Φίμον h. l. reddidit, fed Alexandrinus, fenfum fpectans, Φυλακὴν, quod Vulgatus fequutus, *cuftodiam* pofuit. Prorfus fupervacanea J. D. Michaelis conjectura in *Supplemm.* p. 867., noftrum מַחְסוֹם enuntiandum potius effe מֵחְסוֹם, vel a verbo ܚܣܡ *invidere,* vel ab Arabum حَشِمَ *irafci,* ut verba noftra ita fint vertenda: *fervabo os meum ab irafcendo,* „aut, fi mavis (inquit), *ab invidendo,* id eft, felicitatem malorum videns, fervabo os meum, ne iracunde aut invide lo-

loquatur, Deoque hanc permittendi obmurmuret.“ Quam conjecturam Michaelis Syri interpretis auctoritate confirmatam cenſet, qui ſic vertit: ܐܛܪ ܦܘܡܝ ܡܢ ܚܛܗܐ, *ſervabo os meum ab iniquitate.* Sed patet, illum interpretem ſenſum tantummodo utcumque expreſſiſſe, Adjecit: בְּעוֹד רָשָׁע לְנֶגְדִּי *Dum adhuc impius in conſpectu meo*, dum erat coram impius, quod vel de inſigni aliquo improbo dixit, vel ſingulare pro plurali poſuit. Praepoſitio ב ante particulam עוֹד ellipſin infiniti includere videtur, q. d. בִּהְיוֹת עוֹד, *dum adhuc eſt.* Jarchi: *Propoſitum nobis erat* (dicunt Iſraelitae), *cohibere nosmet ipſos in omnibus anguſtiis, quibus premimur, ne curioſius perſcrutaremur et durius loqueremur de modo judicii divini, quamvis improbi eſſent coram nobis, qui nos affligebant.*

3. Canit, quam pertinaciter tacuerit, vi morbi ad querendum potiſſimum urgente. נֶאֱלַמְתִּי דוּמִיָּה הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב *Obmutui ſilentio, conticui de bono*, ut ne de bonis quidem rebus aliquid loquerer. Ait, ſe velut mutum factum, ſilentio nempe diutius ſervato, et tacuiſſe jam non mala ſolum, ſed bona etiam, ne forte laxato ore in bona, et in mala prorupiſſet. Alii tamen verba הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב, *ſilui a bono*, interpretantur, nihil erat boni, de quo loqui potuiſſem. Alii: tacui mea beneſacta, nec excuſavi me, qui potuiſſem. Geierus טוֹב pro *bono jucundo* accipit, ut ſupra Pſ. XXXIV, 11. *Non carebunt ullo bono;* et Vs. 13. *Diligens dies ad videndum bonum*, h. e. felicitatem omnigenam; atque hujus dictionis ſenſum facit hunc: longiſſime ab omni gaudio ſemotus, lugubre exercui ſilentium; gaudium a me exulavit penitus. Verba enim *ſilendi*, ut חָרַשׁ, חָשָׁה cum praepoſitione מ conſtructa, receſſionem vel abſentiam aliquam haud raro innuunt, ut Pſ. XXVIII, 1. *Ne ſileas, a me*, h. e. ne ſilens a me recedas. Sed quoniam vates praemiſit, ſe capiſtraſſe os ſuum, dum improbus adeſſet, et ne peccaret

caret lingua, videtur magis quadrare fenfus primus, ut intelligas eum canere voluiffe, quantopere obfirmarit filentium, ut prorfus de nulla re, ne bona quidem, loqui fibi permiferit, ne fcilicet ad indignas fe querelas prolaberetur. Quod ipfum et Chaldaeus videtur intellexiffe, dum vertit: בְּטֵלִית מִן פִּתְגָמֵי אוֹרַיְתָא, *ceffavi a verbis legis*, מפני יראתם *propter metum eorum*, populorum, qui nos opprimunt, uti addit Jarchi. Interea autem, cum a querelis continebat, incrudefcebat dolor, quod his verbis fignificat: וּכְאֵבִי נֶעְכָּר, *dolor meus perturbatus*, totus turbabatur, commovebatur et agitabatur; ex eo, quod tacui, non quievit dolor meus, fed magis commotus eft et innovatus, et tanquam ex imis fedibus agitatus.

4. Magis, quae dixerat, amplificat: חַם־לִבִּי בְּקִרְבִּי *Incaluit cor meum intra me.* Ita namque homini accidit, dum dolore affectus, a querelis fibi obtemperat, et fpiritum continet, calorem intra fe cum dolore incrementa accipere; unde fequitur: בַּהֲגִיגִי תִבְעַר־אֵשׁ, *in aeftu meo exarfit ignis*, ardor aeftusque intelligitur indignationis et impatientiae, quo ob miferam fortem, comparando eam cum malorum profperitate, commotus, inflammatusque fuerit. Hebraeum הֲגִיג enim, plane ut Arabicum هجيج, proprie quidem *ignis ardorem*, hinc, per metaphoram, *fervorem* etiam *aeftumve animi* fignificare, fatis probavit Jo. Guil. Schroeder in *Obfervationum Philologicarum Criticarumque in difficiliora quaedam Pfalmorum loca Fafciculo*, Lugd. Batav. 1781. 8. p. 5. feqq. Quod autem fub finem verficuli nofter addit: דִּבַּרְתִּי בִּלְשׁוֹנִי, *Loquutus fum lingua mea*, hunc fenfum habet: tandem, non potis me amplius continere, in verba prorupi, ita ut fit; dum doloris incendium incaluerit, fpiritibus diu contentis.

5. Quaefo, quando ita in me faevis, הוֹדִיעֵנִי יְהוָה קִצִּי וּמִדַּת יָמַי מַה הִיא אֵדְעָה מֶה־חָדֵל אָנִי *Indica mihi, quis-*

quisnam sit finis meus, quisve modus vitae meae, *sciam obsecro, quodnam mihi aevum competat?* Si longe sit vita, inquit, tolerabilis erit, etiamsi exigua ejus pars in malis ducatur, quando majore ex parte felix futura sit; sin autem brevis ea est, et insuper malis cumuletur, oro, ut dolore sublato, saltem brevi hoc intervallo quiete degere liceat, antequam morte praeventus et vitae simul et languoris finem accipiam. JARCHI הודיענו ה׳ קצינו עד מתי נהיה בצרה ונדע מתי נהיה אנחנו חדלים ממנה *Notum fac nobis, Deus, finem nostrum, quamdiu futuri simus in angustiis, ut sciamus, quando ex iis liberandi simus.* Verba hujus Versus postrema: מֶה־חָדֵל אָנִי proprie sonant: *quam deficiens ego sim,* quod Vulgatus non male reddidit, *quid desit mihi,* h. e. quid ex praescripto dierum meorum numero desit mihi, quid ex eo detrahendum sit; quod mihi vitae sit reliquum. Chaldaeus: אֵימָתַי אֶפְסוֹק מִן עָלְמָא sciam, *quando deficiam ex mundo.*

6. Si in multa secula vitam mihi prorogaturus esses, et, ut bonis rursus fruerer, concessurus, ferri possent cruciatus tam acerbi; spes scilicet vitae melioris dolorem levaret: jam vero טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי *palmos dedisti dies meos,* palmares eos fecisti; minutissima mensura vitam meam mensus es et finisti. טֶפַח mensurae naturalis nomen, quatuor digitorum, ut apparet ex 1 Reg. VII, 26. 2 Paral. IV, 5. coll. cum Jer. LII, 21. Vid. plura in J. D. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1019. seq. *Palmus,* seu abstractum, autem h. l. ponitur pro concreto, *palmaris,* ut supra Ps. XXXIII, 17. *equus est* שֶׁקֶר, *vanitas,* ubi cf. not. Graeci quoque dicere solent *Σπιθαμῆ τοῦ βίου.* Vid. ERASMI *Adagia* Chiliad. II. Centur. 2. Adag. 69. Verbum נָתַן, *dedit,* non raro usurpatur pro efficere, ut sit aliquid, ut Genes. XLVIII, 4. נְתַתִּיךָ לִקְהַל עַמִּים, *dabo te in coetum populorum,* faciam, ut multos habeas posteros. Ita et h. l. *dedisti* dies meos, h. e. fecisti, ut ii essent palmares. וְחֶלְדִּי כְאַיִן נֶגְדֶּךָ *Et aevum meum tanquam nihilum coram te,* sic est, quasi non sit, praesertim,

tibi

tibi collatum, qui manes in aeternum. De חֶלֶד, quod *vitae humanae tempus* denotat, cf. not. ad Pf. XVII, 14., atque Eberh. Scheidii *Differtat. ad Cantic. Hiskiae* (Lugd. Batavor. 1769. 8.), pag. 50. feqq. אַךְ כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם נִצָּב *Certo universa vanitas est omnis homo confistens*, nihil nifi inane et nihilum funt, quicunque hic vivunt, quamlibet firmiter videantur confiftere. הֶבֶל, *Vanitatem*, hominis viventis fpatium vocat, propterea quod brevi evanefcit, et in auras disfolvitur. Verbum נִצָּב adhiberi ad ea, quae cum *flatu firmo fefe attollunt et erigunt* (cf. Genef. XXXVII, 7.), multis oftendit Alb. Schultens in *Commentar. ad Job. I,* 6. p. 13. feq. Quum Arabes fuum نُصِبَ de *aegrotis laffisve*, ufurpare foleant; Knappius et Doederlein eadem notione et noftram vocem h. l. accipiendam cenfuerunt. Quod tamen recte repudiavit Dathius in not. ad. h. l.; „etenim, inquit, non eft hic fermo de homine *infirmo* et *debili*, f. viribus confecto, fed de eo, qui floret et viget, atque in ipfo illo vigore vitae fuae praeter fpem atque opinionem omnium moritur. Neque dici potuiffet: *omnis homo* נִצָּב, *debilis eft*, quum plurimi faltem ad tempus profpera valetudine utuntur."

7. אַךְ־בְּצֶלֶם יִתְהַלֶּךְ־אִישׁ *Certe in imagine ambulat homo*, h. e. velut inanis umbra, velut imago defcripta lineolis, nec quicquam habens folidi, ita obambulant verfanturque hic univerfi mortales. Particula בְּ ante צֶלֶם h. l. *comparative* accipienda, et *ficut* eft vertenda, ut Thren. IV, 2. *Aeftimati funt* בַּפָּז *ut aurum;* Jef. XLVIII, 10. *Purgabo te* וְלֹא בְכֶסֶף *fed non ficut argentum.* Plura exempla vide in Noldii *Concordantt. Particular.* p. 155. ed. Tympii. Alii hominem exiftimant dici *incedere in imagine*, quod bona inter quae verfatur, nil folidi habeant, in quibus tamen captandis fruftra fe fatiget. Hunc fenfum Dathius expreffit, dum vertit: *umbram fectatur* Sed illa, quam nos prius dedimus, interpretatio, fima-

tur

tur loco parallelo Pſ. CXLIV, 4. *Homo* לַהֶבֶל *vanitati ſimilis eſt*, יָמָיו כְּצֵל עוֹבֵר *dies ejus ſunt quaſi umbra praeteriens.* De verbo הִתְהַלֵּךְ cf. not. ad Pſ. XXVI, 3. ſupra p. 711. אִישׁ, *Vir*, h. l. quilibet, ut Pſ. I, 1. XII, 3. XXXI, 20. et alias ſaepiſſime. אַךְ־הֶבֶל יֶהֱמָיוּן *Certo inane ſtrepunt*, inane eſt, quicquid ſatagunt, quicquid turbantur, tumultuantur et laborant, ut eſt haec vita turbationis, moleſtiae et laboris refertiſſima. Eſt vero hic numeri alternatio, ſeu enallage, *ſtrepunt*, ob praecedens collectivum אִישׁ, *quilibet*, unde etiam mox redit ſingularis, יִצְבֹּר, *cumulat*, ſcil. opes; non enim infrequens Accuſativi ellipſis, quando is vel ex indole Verbi, vel ex ſermonis contextu facile ſuppleri poteſt, ut Geneſ. XLI, 14. וַיִּשְׁלַח *Et miſit*, ſcil. nuncium; Jeſ. XXXIX, 7. נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ *Vovete et ſolvite* ſcil. vota. Cf. N. G. Schroederi *Inſtit. L. H.* Syntax. Reg. LXVI. b. Hinc Syrus noſtro loco: ܣܳܐܶܡ ܣܺܝܡ̈ܳܬܳܐ, *reponit theſauros.* וְלֹא־יֵדַע מִי אֹסְפָם *Nec novit, quis collecturus ea*, ſaepiſſime namque in eas opes, in quibus aliquis diu multumque ſudavit, tanquam in paratam alieno labore ſegetem, extraneus meſſor irruit, et alienas fruges in ſua comportat horrea. Affixum ם non habet expreſſum nomen aliquod antecedens, ad quod referatur, ſed ſenſu debet elici ex verbo צָבַר, q. d. neſcit mortalis, quis collecturus ſit illos צִבָּרִים, *acervos*, tam magna cum cura congeſtos. Pronomen relativum reſpicit quandoque nomen non diſerte expreſſum, ſed ex ſolo ſermonis contextu cognoſcendum, ut Thren. III, 1. עֶבְרָתוֹ *indignatio ejus*, pro *Dei*; Habac. I, 10. יִלְכְּדָהּ *capiet eam*, pro, *urbem*; cf. not. ad Pſ. XVIII, 15.

8. Poſt querimoniam ſubjicit precem, qua aerumnis liberari precatur. וְעַתָּה מַה־קִּוִּיתִי אֲדֹנָי *Et nunc, quid exſpectavi, Domine?* Iam quae exſpectatio meá, quid mihi ſperem, quum nimirum nihil, niſi inanitas, ſit omnis hominum vita, et quicquid moliuntur?

תּוֹחַלְתִּי

תּוֹחַלְתִּי לְךָ הִיא *Praeftolatio mea ad Te ipfa*, Tu certe unus es, in quem fpes mea recumbit. הִיא, *Ipfa*, eft, vel exfiftit. Pronomen vices gerit verbi fubftantivi, ut Pf. IX, 2. XVI, 3.

9. מִכָּל־פְּשָׁעַי הַצִּילֵנִי *Ab omnibus* ergo *peccatis meis libera me*, ut et poenis illorum defungar. Agnofcebat fiquidem, ut et Pfalmo fuperiori, peccatis fuis haec mala meruiffe. חֶרְפַּת נָבָל אַל־תְּשִׂימֵנִי *Opprobrium nequam ne ponas me*, ne exponas me ludibrio hominibus nequam et perditis, qui illico, ubi Jovae cultores feverius ab illo caftigantur, fruftratos fpe fua in Deum, et nullum feciffe pie vivendi operae pretium arbitrantur, eoque illos calamitate preffos etiam irrident, et ludibrio habent. De נָבָל vid. not. ad Pf. XIV, 1. Verbum שׂוּם h. l. eadem ratione ufurpatum, qua נָתַן, fupra Vs. 6.

10. Eandem nunc profitetur manfuetudinem, quam et fuperiori Pfalmo Verff. 14. et 15. profeffus eft. Audiebat pietatem fuam a perditiffimis hominibus rideri, et fibi quoque falfa multa impingi; at cogitans fuis peccatis omnia deberi, ac Jovam effe, qui ipfum caftigaret, obmutit ad omnia, et ne verbulum, nifi apud ipfum Jovam, queftus eft: נֶאֱלַמְתִּי לֹא אֶפְתַּח־פִּי כִּי־אַתָּה עָשִׂיתָ *Obmutui, nec aperui os meum, Tu enim fecifti*, נֶגַע, *plagam*, Vs. 11. tu percuffifti, tuque folus fanabis, te igitur unum invoco, nec alii dolores meos queror.

11. הָסֵר מֵעָלַי נִגְעֶךָ *Remove* igitur *a me plagam tuam*, plagam, quam tu inflixifti, tu ipfe item remove; jam enim fatis poenarum dedi, jam plagis manus tuae confectus, plura ferre non poffum, quod his verbis exprimit: מִתִּגְרַת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתִי, *Ab exagitatione manus tuae ego confumtus*, exanimatus, *fum*. Nomen תִּגְרָה, praeter hunc locum non occurrens in codice Hebraeo, a verbo גָּרָה, *incitavit, concitavit in*, vel *adverfus alium commovit*, qua notione Hebraeis pariter et Chaldaeis eft ufitatum, vid. Prov. XV, 18. XXVIII, 25. XXIX, 22. Deut.

Deut. II, 8. 19. 24. Dan. XI, 25., notat *exagitationem;* intellexit ergo vates, Jovam quafi continuis plagis fe exagitaffe, nulla quiete permiffa.

12. Magis adhuc atrocitatem caftigationis divinae exaggerat: בְּתוֹכָחוֹת עַל־עָוֹן יִסַּרְתָּ אִישׁ וַתֶּמֶס כָּעָשׁ חֲמוּדוֹ *Correptionibus ob iniquitatem caftigas,* fi caftigaveris *virum, et disfolvis, ficut tinea, omne defiderabile ejus,* hoc eft, dum tu hominem, ob iniquitatem, videris tantum quafi objurgando caftigare, gravis adeo eft increpatio tua, ut homo ea plane conficiatur, et evanefcat quicquid in eo fuerit defiderabile (חֲמוּדוֹ) aut fpeciofum, omne robur, omnisque vigor corporis, non fecus, atque arroditur et confumitur veftis a tinea. Hoc fimili faepius uti folent poetae Hebraeorum; ita Job. XIII, 28. *Ut veftem comedet illum tinea.* Jef. L, 9. *Omnes illi ut pannus veterafcent, tinea confumet eos.* LI, 8. *Quafi veftem confumet eos tinea.* Videtur itaque et noftro loco *veftimentum* fubaudiendum; ut non raro aliquid, quod ex reliquis verbis fatis intelligitur, omitti ab Hebraeis fcriptoribus faepius jam vidimus. De עָשׁ, *tinea,* vid. Bocharti *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XXV. Tom. III. p. 513. ed. Lipf.

13. שִׁמְעָה תְפִלָּתִי יְהוָה וְשַׁוְעָתִי הַאֲזִינָה *Audi precem, Jova, aufculta clamori meo,* gradibus quibusdam ad fummum pervenit, nam primo *precem* pofuit, fecundo loco *clamorem,* tertio *lachrymas,* addidit enim אֶל־דִּמְעָתִי אַל־תֶּחֱרַשׁ *ad lachrymas meas ne fileas,* quafi fletum meum non audieris, neve nullá te mei cura, tanquam alienae rei et extraneae tangat, nam *filentium* h. l. incuriam et negligentiam, et opis dilationem indicat, ut Pf. XXIX, 1. XXXV, 22. Cur autem, ne differat auxilium, oret, caufam adfert hanc: כִּי גֵר אָנֹכִי עִמָּךְ תּוֹשָׁב כְּכָל־אֲבוֹתָי *Nam peregrinus ego apud Te, advena, ut omnes patres mei,* quod perinde ad Te confugi, tibi famulor, et a Te omnia bona expetere et exfpectare cogor, ficut mifer peregrinus ad aliquem opulentum cim

aut

aut indigenam confugiens, omnia ab eo folo exfpectat, totusque inde pendet. Alii *jura peregrini, live hofpitis* fpectari his verbis exiftimant, fenfumque faciunt hunc: qui advenas et peregrinos ne quis violaret et opprimeret, lege fanxifti (vid. Exod. XII, 48, Levit. XIX, 33. XXV, 35. 47. Deut. XXIV, 16.), eadem ut lege mecum agas, oro; aequum eft, ut eadem benignitate et clementia in me utaris, qui in terra tuae poffeffionis advena fum et colonus tuus, quomodo Levit. XXV, 23. dicitur. Verum ille, quem priori loco pofuimus, fenfus firmatur loco huic parallelo 1 Paralip. XXIX, 14. 15., ubi dicit David, fe fuosque fubditos omnia illa munera, quae ad ftructuram templi obtulerant, non aliunde, quam ex ipfamet benigna Jovae manu accepiffe, et addit inquiens: גֵרִים אֲנַחְנוּ לְפָנֶיךָ וְתוֹשָׁבִים כְּכָל־אֲבֹתֵינוּ *Peregrini enim et advenae fumus apud te, ficuti majores noftri omnes; ficut umbra funt dies noftri in hac terra, nec fpes eft vitae noftrae multum perducendi.* Omnino enim nomina גֵּר, quod (a verbo גּוּר, *commorari, peregrinari*) proprie defignat eum, qui alibi natus extra patrium folum hofpitatur apud alios, cui אֶזְרָח, *indigena*, opponitur Levit. XXIV, 16. 22. Jof. VIII, 33., atque תּוֹשָׁב, quod (a verbo יָשַׁב *habitavit*) de eo folet ufurpari, qui aliunde adveniens alicubi commoratur tanquam incola receptus, vid. Genef. XXIII, 4. Exod. XII, 45. Levit. XXII, 10.; omnino, inquam, nomina illa apud Hebraeos plerumque aliquid trifte et aerumnofum in fe includunt. Solent enim peregrini apud populos minus excultos plerumque miferi atque aerumnofi effe, utpote qui in illis locis agant et vivant, ubi nec cognatos aut amicos multos habent, nec patrimonium aliquod a majoribus acquifitum, nec denique magnifiunt. Quod tanto magis accidebat peregrinantibus apud Judaeos, quia non foli haereditatem eis habere aut emere licebat, utpote quod tantum Ifraelitis erat divifum. Ob hanc triftem peregrinorum conditionem Mofes eos faepe connumerat viduis, pupillis

pillis et orphanis, et aliis omni ope praesidioque humamano destitutis. Hinc et noster *peregrinum et advenam coram Deo* sese dixit, quia perinde ex sola illius ope pendere, ac ab eo omnia necessaria petere coactus sit, sicut peregrini primum in regionem alienam venientes, quum nihil proprium habeant, omnia petere a domesticis illorum locorum coguntur. Ceterum quod hic legitur עִמָּךְ, idem prorsus est quod in loco parallelo 1 Paral. XXIX, 15. dicitur לְפָנֶיךָ, *coram te*, h. e. in territorio tuo, quomodo peregrini vivere solent apud principem aliquem, licentia commorandi impetrata.

14. Ultimo iterum orat, ut castigatione tandem a se Deus recedat, ne omnem vitam calamitosam habeat, aut certe morbo absumatur, eo quod longe vires ejus ille superaret. הָשַׁע מִמֶּנִּי *Respice a me*, vultum tuum iratum a me avertas, desiste a me, ne amplius validos manus tuae conflictus continuando (Vs. 11.) me penitus consumas, וְאַבְלִיגָה, *ut serenare liceat* scil. פָּנִים, *frontem*, luctu et moerore perditam, ut me recreem, בְּטֶרֶם אֵלֵךְ וְאֵינֶנִּי, *antequam abeam, et esse desinam.* De verbo בָּלַג, proprie *fulsit, splenduit, serenus fuit*, ut Arabicum بَلَجَ significante, multis egit Alb. Schultensius in *Origg. Hebraicc.* Lib. I. Cap. I., qui primus verbi Hebraici significationem certo constituit, ostenditque, iis in locis, ubi in Hiphil ponitur, פָּנִים esse subaudiendum, quod nomen et in aliis loquendi formulis non semper solet exprimi; exempla plura collegit C. T. Walther in *Ellips. Hebrr.* p. 88. edit. Schulz.

PSAL-

PSALMUS QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

E maximis periculis Dei ſe ope ereptum gloriatur, ejusque inexplicabilem in cultores ſuos bonitatem miratur, atque ob eam, dum ſacrificia non moratur, ſed ipſum hominem requirit, addicit ſeſe illi, et celebraturum ſe canit juſtitiam ejus et bonitatem, quam poſſit, multis, idque ſummo et perpetuo ſtudio. Inde vero, quod tot ac tanta divinae erga ſe bonitatis documenta expertus eſt, ſpem concepit fore, ut ex iis calamitatibus, quae ipſum jam obſident, liberet Deus, quem orat, ut libeat ei hoſtes ſuos dejicere, et bonos benignitate ſua exhilarare (Vs. 12. ſeqq.).

Qui a Davide hoc carmen factum exiſtimant, quaerunt, quodnam fuerit periculum illud, e quo liberatum ſe hoc carmine canit. Plerique interpretes, conjectura admodum incerta ducti, Abſalonicis temporibus hunc Pſalmum tribuunt; inter quos Rudingerus, qui factum illum a Da-vide

vide putat, poſtquam fugiens ab urbe, tempore Abſalonico, Jordanem jam transierit, et tum ſe ereptum periculo oppidano, locum conſequutum intellexerit, ubi, ſicut mox fecit, exercitum colligere, et ſe defendere poſſet [1]). Quare gratiarum actionem pro fortunata fuga ab urbe, et vehementem ſimul auxilii petitionem contra ea, quae moliebantur ſeditioſi Abſalonici, carmen hoc Rudingerus facit. Quaſi vero cum nullis aliis calamitatibus, cum nullis aliis adverſariis, niſi quorum in libris V. T. hiſtoricis mentio eſt facta, Davidi conflictandum fuerit, ut ad illa ſola regii vatis pericula, quae literis ſunt conſignata, omnes et ſinguli ejus Pſalmi ſint referendi. Nos tamen ſua luce Pſalmum clareſcere arbitramur, ſi, ut duos, qui proxime praeceſſerunt, ita et hunc pro toto populo factum ſumimus [2]).

Quia auctor Epiſtolae ad Hebraeos (X, 5.) Pſalmi noſtri Verſus 7 — 11. de Chriſto explicat, plurimi inter Chriſtianos interpretes, qui quidem vaticinia de Chriſto in V. T. exiſtere ſtatuunt, totum hoc carmen ad Jeſum, Meſſiam, referunt. Sunt tamen, ut jam obſervavit Rudin-

1) Hiſtoria legitur 2 Sam. XV, 13. ſeqq. coll. XVII, 16.

2) Ita et Jarchi ad Vs. 1.: מזמור זה גם הוא בנגד כל ישראל *Hic quoque Pſalmus pro toto Iſraele* eſt dictus.

Rudingerus [3]), „quibus interpretatio Epistolae ad Hebraeos, ut ingeniosa et pia, violenta tamen et coacta videtur, et magis de Graeci interpretis Psalmorum, quam verbis vatis deduci, et plus omnino colligere, quam David docere voluerit.“ Alii, qui bene intelligerent, postremam carminis partem (a Versu 12 — 18.) Messiae minus convenire, praesertim verba Vs. 13., quae peccatorum confessionem continent, hanc viam ineundam censuerunt, ut in prima et ultima Psalmi parte Davidem de se loqui statuerent, in media autem Vs. 7 — 11. Messiam loquentem induci. Quam interpretationem sobriae hermeneutices leges vix admittant [4]).

---

2. קַוֹּה קִוִּיתִי יְהוָֹה *Exspectando exspectavi Dominum,* pertinaci fiducia Dei opem praestolatus sum. Infinitivus enim haud raro verbo suo finito praemittitur ad augendam

3) In Προθεωρίᾳ hujus Psalmi p. 340.

4) Accurate et copiose hunc Psalmum explicavit, diligenterque singulorum verborum et locutionum interpretationes varias perpendit J. D. Michaelis in libro, cui titulum fecit hunc: *Critisches Collegium über die drey wichtigsten Psalmen von Christo, dem 16ten, 40sten und 110ten.* Frcof. et Goetting. 1759. 8. p. 353 — 451. Prae ceteris autem digna sunt, quae legantur, quae tum de totius nostri carminis, tum speciatim de Versus 8. explicatione monuit C. G. Hensler in *Bemerkungen über Stellen der Psalmen und Genesis,* Hamb. 1791, p. 61. seqq.

dam quodammodo et intendendam ſignificationem; vid, N. G. Schroederi *Inſtitt. L. H.* Syntax. Reg. XCI. וַיֵּט אֵלַי וַיִּשְׁמַע שַׁוְעָתִי *Et inclinavit* aurem (quod nomen ſubaudiendum ex Pſ. XVII, 6. XXXI, 3.) *ad me, audivitque vociferationem meam.* Quum in maximis malis haereret, ſe inducit velut ex profundo ad Deum vociferatum, et Deum, cum opem tulit, quaſi ex alto ſe ad ipſum demiſiſſe, et aurem ad vociferationem ſuam inclinaſſe.

3. Ad malorum, in quibus fuerit, magnitudinem exaggerandam facit, quod dicit: מִבּוֹר שָׁאוֹן וַיַּעֲלֵנִי *Adſcendere me fecit,* eduxit me, *e puteo ſtrepitus* h. e. de puteo aeſtu agitationeque aquarum perſtrepente. Sic enim שָׁאוֹן, quod in univerſum *ſtrepitum, tumultum,* denotat, de aquarum ſtrepentium ſonitu dicitur quoque Pſ. LXV, 8. Jeſ. XVII, 12. 13. Alii, huic nomini h. l. nominis שׁוֹאָה, *devaſtationis,* (vid. ſupra ad Pſ. XXXV, 8.) ſignificationem tribuentes, בּוֹר שָׁאוֹן vertunt *foveam interitus.* Quod jam Alexandrinus ſpectaſſe videtur, qui ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, *e lacu miſeriae,* vertit. Sed minime neceſſe eſt, uſitatam noſtri שָׁאוֹן notionem h. l. linquere (quam ipſam ex veteribus Chaldaeus etiam et Hieronymus expreſſerunt, ille enim מִגּוֹב אִתְרְגוֹשְׁתָּא, *e fovea ſtrepitus,* hic *e lacu ſonitus* poſuit), praeſertim quum imaginem vividiorem nobis ſiſtat. Simili imagine uſus Ibn Doreid in *Poemate* ab Everardo Scheidio edito Vs. 27. *Non animadverteram*

أَنَّ ٱلْغَضَا قَاذِفِي فِي هُوَّةٍ
لَا تَسْتَقِلُّ نَفْسُ مَنْ فِيهَا هَوَى

Praecipitaturum me eſſe fatum in foveam profundiſſimam, in quam quicunque prolapſus fuerit, hujus anima numquam priſtinum recipiat vigorem. Statim aliam ſimilem ima-

imaginem nofter addit: מִטִּיט הַיָּוֵן *e luto coeni*, h. e. de luto maxime profundo, fignificatio enim intenditur fynonymorum conjunctione, vid Glassii *Philolog. S.* p. 84. ed. Dath. ed. Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 436. Simile in Plauto extat, *Bacchid.* Act. III. Scen. I, Vs. 17. *Ut eum ex lutulento coeno properè hinc ejiciat foras.* Nomen יָוֵן praeter hunc locum femel tantum extat, Pf. LXIX, 3, nec habent illud ceterae cum lingua Hebraea cognatae dialecti. Quum tamen Alexandrinus utrobique ἴλυν, Vulgatus et Hieronymus jam *faecem*, jam *lutum*, jam *coenum*, et Chaldaeus noftro loco מִשְׁיוּשְׁשָׁא, *coenum*, vertant; horum interpretum auctoritatem in nominis illius fignificatione conftituenda fequi eo minus dubitamus, quo aptior illa utrique loco videtur. Comparat itaque fefe nofter homini, qui in profundam prolapfus paludem, magis magisque demergitur, nullum pedibus explorare valet fundum, cui inniti poffet, folidum, fed jamjam pectori, mox ori, oculisque videt fqualorem illum accedere propius, adeo ut fefe jam ab eo abforptum fuffocatumque cognofcat. Ex hoc tamen praefentiffimo interitus periculo ereptum Jovae ope fe canit his verbis: וַיָּקֶם עַל־סֶלַע רַגְלַי כּוֹנֵן אֲשֻׁרָי *Collocavit in petram pedes meos, et ftabilivit*, expedivit, *greffus meos.* Elegans vero antithefis profundae aquae et paludis, in qua homo nequit vel confiftere, vel inde fe expedire, et petrae, in qua firmus quis ftat, greffusque expediti.

4. וַיִּתֵּן בְּפִי שִׁיר חָדָשׁ *Et dedit in os meum canticum novum*, praebuit mihi Jova materiam, nova ipfum laude celebrandi, ob innovatam fcilicet in me fuam beneficentiam. *Cantico novo* per fynecdochen indicantur *nova* Dei *beneficia*, canticorum depraedicatione digna, quemadmodum *petitio* dicitur pro *re petita*, 1 Sam. I, 27. Pf. XXXVII, 4. ; et *promiffio* pro *rebus promiffis* Ebr. XI, 13. — תְּהִלָּה לֵאלֹהֵינוּ *Laudem*, inquam, *Deo noftro*, fcilicet indidit ori meo, pendent quippe haec a verbo,

quod praeceſſit, וַיִּתֵּן, et ſeſe mutuo declarant. Cujus laudis fructum et ad alios perveniſſe eo canit, quod ſubjicit: יִרְאוּ רַבִּים וְיִירָאוּ *Viderunt multi et timuerunt*, nimirum Deum, agnito jam numine ejus, veraque religione affecti, unde ſequitur: וְיִבְטְחוּ בַּיהוָה, *et nitentur Jova*, quem ſcilicet viderunt benigne adeo ſuo cultori adfuiſſe. Notanda paronomaſia in verbis יִירָאוּ et יִרְאוּ, qualem et ſupra XXXII, 7. obſervavimus,

5. Exclamatio ſequitur; ex geſtiente laetitia de lato divinitus auxilio ejusque fructu et apud alios, inde ad fidem Jovae perductos, profecta: אַשְׁרֵי־הַגֶּבֶר אֲשֶׁר־שָׂם יְהוָה מִבְטַחוֹ *Felicia viri*, felix ille vir (vid. not. ad Pſ. I, 1.), *qui Jovam tutelam ſuam poſuerit. Ponere* h. l. idem quod *facere* ut aliquid ſit hoc vel illud, ut Pſ. LII, 9. הַגֶּבֶר לֹא יָשִׂים אֱלֹהִים מָעוּזּוֹ *Vir, qui non poſuit Deum munitionem ſuam;* et XCI, 9. עֶלְיוֹן שַׂמְתָּ מְעוֹנֶךָ *Altiſſimum feciſti munitionem tuam.* Quare et h. l. *Deum ponere fiduciam ſuam*, idem eſt, ac, Deum ſibi ſtatuere, ſive proponere opitulatorem unicum, in quo uno confidas. *Fiducia* autem, מִבְטָח, per metonymiam, pro eo, in quod tuto confiditur, ut Pſ. LXXI, 5. *Tu es ſpes mea.* וְלֹא־פָנָה אֶל־רְהָבִים *Nec reſpicit ad faſtuoſos*, id quod facere ſolet, qui deſperans de Jovae auxilio ad alios ſe vertit patronos, atque ad tales quidem, qui jactant vires ſuas, homines opibus et potentia elatos et ferocientes, quibus jungit שָׂטֵי כָזָב *declinantes ad mendacium*, qui ſectantur res fallaces, quae non praeſtant, quae promittere videntur, ſed deludere potius ſolent illos, qui iis confidunt, ut qui fallacibus et fluxis innituntur divitiis, hisque innixi faſtuoſe efferunt ſeſe, aut falſa roboris opinione tument. Aliis, qui ſub כזב, *Jarchio* praeeunte, *falſos deos* intelligunt atque impiam ſuperſtitionum obſervationem, שָׂטֵי כָזָב ſunt *deaſtrorum cultores*, qui hariolorum falſam peritiam in rebus dubiis conſulunt. Sed prior ſenſus praecedenti רְהָבִים melius convenit.

6. Ex-

6. Exclamationis in Verſu quinto praemiſſae, quaſi cauſam nunc reddit, quare tam felix ſit, qui Deo nitatur. Eſt vero ipſa exclamatio quaedam animi ex divinae bonitatis conſideratione exultantis. רַבּוֹת עָשִׂיתָ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהַי נִפְלְאֹתֶיךָ *Plurima ſunt, quae tu, Jova, mi Deus, patraſti facinorum tuorum mirandorum.* Poſt רַבּוֹת ſubaudiendum eſt non modo verbum ſubſtantivum, ut ſaepius, ubi Adjectivum praemittitur, veluti Pſ. III, 2. רַבִּים קָמִים עָלָי *Multi* ſunt, qui *inſurgunt contra me*, cf. Buxtorfii *Theſaur. Grammatic.* p. 337. et 488.; verum etiam Pronomen relativum *quae,* hoc modo: *multa* ſunt *mirabilia tua*, quae *tu Domine feciſti.* Quem ordinem obſervavit Chaldaeus: סַגִּיעַי נִסַּיָּא דַעֲבַדְתָּא אַתְּ יְיָ אֱלָהִי, *copioſa ſunt prodigia, quae feciſti tu, Domine, Deus mi. Mirabilia* autem, נִפְלָאוֹת, ſunt, quae Jova benigne et magnifice fecit, non vati ſolum, ſed omnibus omnino ei credentibus, quibus facinoribus ſubjungit ſtatim conſilia, quae de ſuis cultoribus ſervandis capit Jova: וּמַחְשְׁבֹתֶיךָ *Et cogitationes tuae*, h. e. decretā vel conſilia tua, ut Pſ. XCII, 6. Jeſ. LV, 8. אֵלֵינוּ *Super nos,* h. e. quae noſtri cauſa vel in noſtrum commodum cepiſti, et palam ipſo opere poſtea fuiſti conteſtatus. Sic enim אֶל pro עַל h. l. poſitum eſſe, conjicere licet ex Thren. III, 61. *Audiſti* כָּל־מַחְשְׁבֹתָם עָלָי *omnia eorum de me conſilia;* et ex Pſ. LVI, 6., ubi hoc ipſum nomen cum particula עַל conſtruitur. *Aben-Eſra* exponit ſimili ſenſu בעבורנו, *propter nos;* addit tamen, אלינו accipi poſſe pro אֱלֹהֵינוּ, **Deus noſter*, ac ſi ab אֵל, *Deus. Jarchi* declarat per בשבילנו, *propter nos.* Alii vertunt: *erga nos,* ſenſu parum diſcrepante אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *Non eſt ordinare ad Te,* h. [illegible] non poteſt eorum ordo aliquis eoque nec numerus ſtatui, ut [illegible] ad Te habeant, id eſt, ut a Te proficiſcantur, [illegible] quod apertius dicit, cum ſubjicit: אַגִּידָה וַאֲדַבֵּרָה עָצְמוּ מִסַּפֵּר *Annuntiabo, loquar,* nimirum de illis, renunciare illa et eloqui tentavi, *ſed plura ſunt, quam ut queant numerari,* omnem numerum ſuperant. Illa

* Una tamen

tamen verba: אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ, alias adhuc interpretationes ferunt. Quum enim verbum עָרַךְ etiam denotet *disponere, struere* sermonem aut preces, ut Ps. V, 4. Job. XXXII, 14.; sunt, qui sensum faciant hunc: nemo potest illa, facta tua miranda atque consilia, satis exponere aut eloqui. Ita Symmachus: *καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπὶ σοῦ* (sive, ut Agellius ea verba citat: *ἐκθέσθαι σοι*). Huc referendus quoque Chaldaeus, qui verbum עָרַךְ de *hymno condendo* accepit; sic enim vertit: לֵית אֶפְשַׁר לְסַדָּרָא לְוָתָךְ תּוּשְׁבְּחָתָךְ *non est possibile disponere coram te laudem tuam.* Alii verbum עָרַךְ *aestimandi, aequiparandi* significatu h. l. accipiunt, quo reperitur Ps. LXXXIX, 7. *Nam quis in nubibus* יַעֲרוֹךְ לַיהוָה *aequiparabitur Jovae.* Jes. XL, 18. *Quam similitudinem* תַּעַרְכוּ לוֹ *aequabitis ipsi?* Conf. Job. XXVIII, 17. 19. Ita nostra verba proprie sonabunt: *non est aequiparare ad Te*, h. e. nemo Tibi potest conferri. In quem sensum Alexandrinus: *καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τις ὁμοιωθήσεταί σοι*, quod Vulgatus expressit: *et cogitationibus tuis non est similis tibi;* ubi tamen *cogitationum* vox male avulsa est ab hemistichio Versus priore. Melius Syrus: ܘܠܐ ܐܬܕܡܐ ܠܟ *nec similis tibi.* Quonam vero acceperis modo, in eandem sententiam recidit, divinae super nos benignitatis facinora et consilia omnem superare existimationem, recensum et laudem, ac neminem posse bonitate Jovae conferri.

7. Volens declarare, quam cupiat Jovae, in se tam benefico, gratificari, sese illi addicturum canit, quod et lex ejus poscit, potius quam victimas, et omni studio bonitatem ejus aliis praedicaturum. Ait igitur זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ *Victimis et libamentis delectaris.* זֶבַח est *sacrificium sanguineum*, s. quod mactatur, a זָבַח, *mactavit;* מִנְחָה vero, proprie *donum*, oblatio incruenta de simila, placentis, cum oleo, thure, sale, vid. Levit. II, 1. seqq. et ibi not. Noluit vero noster his dicere,

cere, Deum haec sacrificia prorsus noluisse, sed quod non voluerit ut praecipua, verum ante omnia studium voluntatis suae, quemadmodum jam Samuel dicebat Sauli 1 Sam. XV, 22. *An vero plus placent Jovae holocaustum et hostiae pacificae, quam ut audias vocem Jovae? Ei auscultare, id demum grata hostia est, et attendere gratius adipe.* Eadem docet Jeremias VII, 21. seqq. Psaltes infra L, 8 — 14., et Hos. VI, 6. Jarchi: „*Noluisti victimam et oblationem* tum videlicet, cum lex est data. Nam Exod. XV, 26. dicitur. *Nunc si auscultaveris voci Jovae, Dei tui, et feceris quae ipsi probantur,* rel. Et idem in Jeremia dixit VII, 21.: *non praecepi majoribus vestris de holocaustis et sacrificiis;* dixi solum (Levit. I, 2.): *si offerre velit aliquis ex vobis* rel., nec debiti necessitatem iis imposui illa." Pergit noster: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *Aures forasti mihi;* h. e. aurium meatum mihi effodisti, aures mihi aperuisti, et ad auscultandum tibi, ac promte obsequendum, adaptasti, quemadmodum Jes. L, 4. יָעִיר לִי אֹזֶן לִשְׁמֹעַ, *Excitat mihi aurem ad audiendum;* et Vs. 5. יְהוָה פָּתַח לִי אֹזֶן *Dominus aperuit mihi aurem.* Qui vero *effodit* quid, is et *aperit,* quare ipsa verbi כָּרָה natura a significatu *aperiendi* aliena non est. Simili sensu adhibetur verbum גָּלָה, *revelavit aurem,* h. e. operimentum, auditionem impediens, retexit, audientem aliquem fecit, ut 1 Sam. XX, 2. *Nil facit quin* יְגַלֶּה אָזְנִי *revelet aurem meam,* i. e. aperiat mihi id ipsum, in aures quasi insusurrando; vid. Vs. 12. 13. Sic Cap. XXII, 18. *Non est* גֹּלֶה אָזְנִי *revelans aurem meam,* i. e. id mihi aperiens. Hinc bene ad nostrum locum Vatablus: „*Aures cavatas* tribuisti mihi, ut audirem leges tuas. Innuitur docilitas." Simili phrasi utitur Cicero in *Quaest. Tusculan.* L. I. C. 20. *Viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad aures, ad nares a sede animae perforatae. — — — Foramina illa, quae patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est.* De verbo כָּרָה, *fodit,* multis egit J. D. Michaelis in

Colleg.

Colleg. Crit. p. 328 — 350. Interpretes tamen haud pauci vates noftri verbis allufum ad illud exiftimant, quod Exod. XXI, 6. Deuter. XV, 17. praeceptum legimus de fervo, qui anno feptimo, qui erat remiffionis, fervitutem libertati praeferat, atque ex amore vel heri, vel conjugis, fibi ab eo datae, dimitti nollet. Ejus enim aurem juffit Mofes per herum fubula perforari, atque oftio vel pofti affigi, in fignum fervitutis fempiternae. Hinc poffit *aurium pertufione* plena addictio in fervitutem fignificari, et id, quod nofter dicit: *perfodifti mihi aures*, hunc fenfum habere, addixifti, me tibi fervum in fempiternum, uti illi heris addicebantur, quibus aures pertundebantur. Quae explicatio, praeter plures alios, et Bocharto placuit *Hieroz.* P. I. Lib. III. Cap. VI. Tom. II. p. 94. edit. Lipf. Sed de illa, quae fervis fiebat, auris perforatione verbum רָצַע adhibetur, nec *utraque auris*, אָזְנַיִם, perforabantur. Non multum ab hac explicatione differt fententia a Conr. Ikenio in *Differtatt. Philologico-Theologicc.* Vol. I. Differt. XIV. §. V. feqq. p. 225. propofita, refpicere verba noftra ad morem illum, pluribus Afiae populis receptum, et multorum fcriptorum teftimoniis probatum, ut hominum Dei culti fingulari ratione devotorum aures perforentur, inque publicum hujus rei fignum inaures geftent, unde apud Indos et Perfas infantes recens nati Deo, aut Sanctorum alicui, aurium perforatione tanquam mancipia, confecrari folent. Atque, ut evinceret Ikenius, fuiffe nec Judaeis illum ritum alienum, in *Praefatione* Vol. I. Differtatt. in medium protulit teftimonium Judaei alicujus, fed Chriftianorum facris dudum initiati; Cracoviae in Polonia nati, qui, interrogatus ab Ikenio de illo more, refpondit, frequentiffimi in hunc diem in Polonia moris effe, ut fi foemina quaedam plures filios morte amiferit, novusque illi nafcatur, quem propitio Numine in vita fervari optet, eum Deo confecret, et in hujus confecrationis fignum, illi vixdum nato, octavo circiter die, aurem perforari curet, per-

perforataeque auri monilia indat, quae ipfa quoque facra cenfeantur. Satis vero patet, quod priori illi explicationi obftiterat, idem et huic obftare. Alexandrinus verba noftra fic vertit: *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*, *corpus praeparafti*, adaptafti, *mihi*. Verbum כָּרָה accepit *comparandi*, *praeparandi*, fignificatione, qua Deuter. II, 6. 2 Reg. VI, 23. et Hof. III, 2. reperitur; אָזְנַיִם autem, *aures*, per fynecdochen, pro toto corpore pofitas exiftimavit. Alexandrinum interpretem fequutus eft fcriptor Epiftolae ad Hebraeos, X, 5. Alii alias excogitarunt verfionis Graecae rationes, quas hic recenfere nil attinet; textum enim Hebraeum, non verfionem Alexandrinam interpretamur. Pluribus praeterea de ea disputavit J. C. Wolfius in *Curis Philol. Crit.* ad Ebr. X, 5. et J. D. Michaelis in *Colleg. Crit.* pag. 350 — 360. Conf. quoque A. Pfeifferi *Dubia vexata* ad h. l. Sed ut revertamur ad vatem noftrum, in ultimo hujus Verfus hemiftichio repetit, quod in priori dixerat: עוֹלָה וַחֲטָאָה לֹא שָׁאָלְתָּ, *Holocauftum et victimam pro peccato non poftulas*; haec per fe non requiris aut probas, fed magis, ut fe ipfum homo tibi addicat, tuamque bonitatem, quam poffit, longe lateque cognitam faciat.

8. Particula אָז, *tunc*, vel redundat, ut Pf. LXIX, 5., vel notat tempus liberationis poëtae; tum enim, percepta Dei bonitate, totus ardebat ftudio, gratum fefe Deo exhibendi. Cogitabat ergo et ftatuebat apud fe, fe ipfum adfuturum et Jovae confecraturum. Id enim eft, quod hisce verbis innuit: אָמַרְתִּי הִנֵּה־בָאתִי *Dixi: ecce venio!* ecce, adfum ipfe; ut tuae voluntati vivam, plane ardeo; id quod בִּמְגִלַּת־סֵפֶר כָּתוּב עָלָי *in volumine libri* legis *fcriptum*, praefcriptum eft, *mihi*, hoc fcilicet praecipue mihi ftatuendum effe, ut me Deo addicerem et animum potius, quam pecudum hoftias offerrem. מְגִלַּת סֵפֶר *Volumen libri*, h. e. liber qui oblongis membranis convolvitur, nam quemadmodum Latinis *Volumen* a *vol-*

volvendo, ita Hebraeis מְגִלָּה a גָּלַל, *convolvit*; et adhuc Judaei non folum in libris, qui vulgata forma plicabilibus foliis conftant, fed in Synagogis in oblongis membranis, quae ex more antiquo fuper cylindrum feu axem ligneum in orbem circumvolvuntur, legem fcriptam habent. Per hoc autem *Libri Volumen* Davidis tempore, cum haec fcriberet, intelligi aliud non potuit, quam *Pentateuchus*. Dictionem autem כָּתוּב עָלָי reddendam effe, *praefcriptum eft mihi*, clariffime patet ex 2 Reg. XXII, 13. *Non obtemperarunt majores verbis hujus libri* (Legis), לַעֲשׂוֹת כְּכָל־הַכָּתוּב עָלֵינוּ, *ut facerent fecundum omnia, quae nobis funt praefcripta*. Eadem ratione particula עַל poft verba *praecipiendi* et *mandandi*, צִוָּה et פָּקַד, ufurpatur Genef. II, 16. וַיְצַו יְהוָה עַל־הָאָדָם *Praecepit Jova homini*, et Efr. I, 2. וְהוּא־פָקַד עָלַי *Et ille praecepit mihi, ipfi domum aedificare Hierofolymis*.

9. Magis explicat addictionem et confecrationem, qua Deo fe confecravit, dum canit, legem Dei ita effe impreffam cordi fuo, et in affectus fuos immiffam, ut nihil aeque libeat, nihil majorem adferat voluptatem, quam praeceptis divinis convenienter vivere, quod his verbis exprimit: לַעֲשׂוֹת־רְצוֹנְךָ אֱלֹהַי חָפָצְתִּי וְתוֹרָתְךָ בְּתוֹךְ מֵעָי, *Facere quae Tu probas collibuit, lex tua in medio vifcerum meorum*, in intimis meis eft quafi recondita, praecepta tua follicite memoria confervo, eisque obfequi fummopere ftudeo. *Vifcera* h. l. per fynecdochen generis pro *corde*, vifcerum praecipuo, five *anima*, ut Job. XXXVIII, 36. *Quis pofuit* בַּטֻּחוֹת חָכְמָה *in vifceribus fapientiam?* Sic Jerem. XXXI, 33. Ezech. XI, 19. promittit Deus, fe daturum fpiritum et legem fuam in *vifcera Ifraelitarum* (בְּקִרְבָּם).

10. Quia ex fincera Deo gratificandi voluntate id continuo nafcitur, ut homo nihil prius cupiat, atque ut quam plurimis praedicet et commendet, Dei immenfam bonitatem, qua cum fuis cultoribus cuncta agit; canit nunc, quantopere hoc ipfum ftuduerit. בִּשַּׂרְתִּי

צֶדֶק

צֶדֶק בְּקָהָל רָב הִנֵּה שְׂפָתַי לֹא אֶכְלָא יְהוָה אַתָּה יָדָעְתָּ *Depraedico justitiam tuam in concione frequenti; en! os meum nequaquam continui; nosti Tu ipse, Jova!* Verbum בִּשֵּׂר eſt *nunciare rem novam*, quaeque plurimum afficiat, ſive laetam, ſive triſtem, unde ille qui caedem Iſraëlis et filiorum Eli nunciabat, nihilominus מְבַשֵּׂר vocatur 1 Sam. IV, 17. Sed dum hic cum juſtitia Dei hoc verbum conjunctum eſt, utique publicam ſalutis a Jova praeſtitae renunciationem, et quaſi praeconis voce evulgationem ſignificat. Conf. Jeſ. LXI, 1. 1 Paral. XVI, 23. Ad nomen צֶדֶק ſubaudiendum eſt pronomen ſuffixum perſonae ſecundae (צִדְקָתְךָ cf. Vs. 11. צִדְקָתְךָ), quod et alias haud raro omitti ſolet, veluti Pſ. CXIX, 128. כָּל־פִּקּוּדֵי כֹל יִשָּׁרְתִּי *Omnia, omnia praecepta* tua *recta agnoſco.* Jerem. XXXI, 17. *Redibunt* בָנִים *filii* tui *in fines ſuos.* Jeſ. LVIII, 13. *Ut non loquaris verbum* tuum, *ſed potius meum.* Cf. ſupra Pſ. XXX, 13. *Juſtitiam* vero *Jovae* complecti quoque fidem ſuam et benignitatem erga ſuos cultores, qua eis ſalutem et opem praeſtat, ſaepe jam vidimus.

11. צִדְקָתְךָ לֹא־כִסִּיתִי בְּתוֹךְ לִבִּי *Juſtitiam tuam non occultavi in medio cordis mei*, i. e. intra cor meum; ſic namque nomen תּוֹךְ, *medium*, uſurpari ſaepius conſtat non ad medietatem rei alicujus praeciſe indicandam, ſed quando aliquid non eſt extra rem, adeoque *in medio* idem eſt ac *in*, *intra*, ut Joſ. III, 17. *In medio Jordanis*, i. e. intra alveum; 2 Reg. IV, 13. *in medio populi mei.* Quid autem intelligat, dum dicit, ſe non occultaſſe juſtitiam Dei intra ſe, ſtatim declarat, addens: אֱמוּנָתְךָ וּתְשׁוּעָתְךָ אָמָרְתִּי *fidem tuam ſervandique voluntatem celebravi*, לֹא־כִחַדְתִּי חַסְדְּךָ וַאֲמִתְּךָ לְקָהָל רָב *bonitatem et veritatem tuam depraedicare concioni frequenti minime ceſſavi.*

12. Inde ab hoc Verſu petit, ut Deus non definat, ipſum et deinceps complecti hac miſericordia et bonitate, quam expertus eſt tam luculentam ſuperioribus temporibus.

bus. *Ne ergo, Jova, cohibeas a me miferationes tuas; benignitas et veritas tua perpetuo me cuftodiant.*

13. כִּי אָפְפוּ־עָלַי רָעוֹת עַד־אֵין מִסְפָּר *Nam circumftant me mala usque ad nullitatem numeri*, quae omnem numerum fupetabant. Cf. eandem locutionem Genef. XLI, 49. Jud. VI, 5. VII, 12. De verbo אָפַף vid. not. Pf. XVIII, 5. — הִשִּׂיגוּנִי עֲוֹנֹתַי *Iniquitates meae comprehenderunt me*, h. e. poenae meorum peccatorum; eadem locutio Deuter. XXVIII, 15. *Omnes hae maledictiones venient fuper te* וְהִשִּׂיגוּךָ *et apprehendent te.* וְלֹא יָכֹלְתִּי לִרְאוֹת *Ut non poffem videre*, fcil. terminum eorum, ut eorum numerus oculos falleret, et nequirem cunctas cognofcere. Alias phrafis haec, abfolute fine Accufativo pofita (*non potui videre*), coecitatem denotat, v. g. 1 Sam. III, 2. IV, 14. *Eli* לֹא יָכֹל לִרְאוֹת; et 1 Reg. XIV, 4. *Achia* לֹא יָכֹל לִרְאוֹת. Hoc vero loco fubaudiendum eft e contextu nomen מִסְפָּר, ut fupra Vs. 2. *inclinavit* fcil. aurem. עָצְמוּ מִשַּׂעֲרוֹת רֹאשִׁי *Plura funt prae capillis capitis meis*; fimilis comparatio Pf. LXIX, 4. וְלִבִּי עֲזָבָנִי *Et cor meum*, omnis virtus et vitae vigor, *deferuit me*; fimilis fum mortuo, vel animi deliquium paffo, cujus anima e corpore videtur migraffe, ipfumque reliquiffe exanime. Sic 1 Sam. XVII, 32. cor dicitur *concidere*; Pf. CXLIII, 4. *defolari*; Jerem. IV, 9. perire. Cf. Pf. XXXVIII, 11.

14. Tot malis obrutus auxilium fibi ferri petit, et quidem celere; quo urgentem vim adflictionis exprimit: רְצֵה יְהוָה לְהַצִּילֵנִי יְהוָה לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *Libeat tibi, Jova, liberare me; Jova propera, ut me adjuves.* Hic et qui inde proxime fequuntur Verfus, repetuntur Pf. LXX.; imo hunc totum conftituunt; de qua re fuo loco videbimus.

15. Hoftes repelli, et fuis conatibus dejici, ac ita opprobrio et ignominia affici, eisque dignam malitiae eorum mercedem rependi orat: יֵבֹשׁוּ וְיַחְפְּרוּ יַחַד מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי לִסְפּוֹתָהּ *Pudefiant et afficiantur opprobrio pariter, qui vitae meae infidiantur, ut extinguant eam.* De phrafi

phrafi *vitam alicujus quaerere* vid. ad Pf. XXXV, 4., qui locus totus fere cum noftro convenit. Verbum סָפָה, quod proprie *colligere* notare videtur, ut Chaldaicum סְפָא, fignificationem ab אָסַף mutuans, plane ut hoc ipfum, etiam ad *auferendi, abfumendi* notionem exprimendam adhiberi folet (cf. not. ad Pf. XXVI, 9. fupra p. 717.), ut h. l. et Genef. XVIII, 23. 24. *Num* הַאַף תִּסְפֶּה *abfumes probum cum improbo?* Jef. VII, 20. *Novacula barbam etiam* תִּסְפֶּה. Reliqua hujus Verfus verba aderant fupra Pf. XXXV, 4., nifi quod ibi pro noftro: חֲפֵצֵי רָעָתִי legitur חֹשְׁבֵי רָעָתִי, et ejusd. Pf. Vs. 26. שְׂמֵחֵי רָעָתִי.

16. יָשֹׁמּוּ עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם *Obftupefcant propter confufionem fui.* Nomen עֵקֶב, *finis, extremum,* aliquando particulae caufalis gerit vices, vel pofitum nude, ut Num. XIV, 24. עֵקֶב הָיְתָה *propterea quod fpiritus alius in eo fuit;* et Deut. VII, 12. VIII, 20.; vel fequente אֲשֶׁר, ut Genef. XXII, 18. עֵקֶב אֲשֶׁר *propterea quod obtemperafti voci meae,* fic Cap. XXVI, 5. 2 Sam. XII, 6.; vel fequente כִּי, ut 2 Sam. XII, 10. עֵקֶב כִּי *eo quod contemfifti,* Amos. IV, 12. Eodem modo et noftrum עַל־עֵקֶב accipiendum effe, docet res ipfa. Chaldaeus quoque tam h. l. quam Pf. LXX, 4. illud מְטוּל, *propter,* reddidit. Alias minime probabiles interpretationes hujus formulae vid. in J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 1953. atque in G. B. Reddingii *Obfervatt. de Pfalmis bis editt.* p. 68. Aptiorem tamen fenfum reddit ea legendi ratio, quae Pf. LXX, 3. extat: יָשׁוּבוּ עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם, *Revertantur propter pudorem fuum.* Potuit autem יָשׁוּבוּ in יָשֹׁמּוּ eo facilius converti, quo frequentius tam Arabes quam Hebraei literas ב et מ in pronuntiando inter fe permutare folent. Exempla vide in Eichhornii *Ifagog. in V. T.* P. I. §. 97. p. 217. — הָאֹמְרִים לִי הֶאָח הֶאָח *Qui occlamant mihi: vah! vah!* Conf. Pf. XXXV, 21. 25.

17. Poftremo Jovae ftudiofos, et omnem falutem ab eo exfpectantes laetitia perfundi, et ita excitari in laudes Dei orat: יָשִׂישׂוּ וְיִשְׂמְחוּ בְּךָ כָּל מְבַקְשֶׁיךָ *Gaudeant et laetentur de Te quicunque Te quaerunt*, quales in altero hemiftichio vocat אֹהֲבֵי תְּשׁוּעָתֶךָ *amantes falutem tuam*, id eft, tuam folius opem quaerentes, non aliorum. יֹאמְרוּ תָמִיד *Dicant continuo*, iis fit femper, unde dicant: יִגְדַּל יְהוָה *Extollatur Jova!* Eadem fententia adfuit Pf. XXXV, 17.

18. Ultimo confirmatam fuam in Deum fiduciam canit: וַאֲנִי עָנִי וְאֶבְיוֹן אֲדֹנָי יַחֲשָׁב־לִי *Adflictus fui et inops, fed Jova cogitavit mihi*, h. e. de me, confuluit mihi. Alii: *aeftimavit me*, dignum habuit, cui auxilium ferret. Ita Rabbini virum honoratum vocant חשוב, proprie, *reputatum*, cujus alii rationem habent. Jarchi ad hunc locum notat, עָנִי וְאֶבְיוֹן in Pfalmis non nifi de *populo Ifraelitico* capienda effe. עֶזְרָתִי וּמְפַלְטִי אַתָּה *Auxilium meum et ereptor meus Tu*, conf. Pf. XVIII, 3. 49. אֱלֹהַי אַל־תְּאַחַר *Deus mi haudquaquam moram feceris!* Tu, qui in tempore juvare foles.

PSAL-

PSALMUS PRIMUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Miſeriis oppreſſus fauſta apprecatur iis, qui miſericordiae affectu ducti miſeros curant juvantque (Vs. 2. 3. 4.), queritur vero de aliis, qui inſultant et obtrectant ei in ſua calamitate (Vs. 5 — 9.), et inprimis de quodam ex his, qui neceſſarius et alumnus ſuus fuerit (Vs. 10.). Imprecatur autem malum illis inimicis ſuis, et ſe a malo ſuo, morbi et calamitatum ceterarum, liberari petit, ſpe indubitata et fiducia certa benignitatis et gratiae Dei erga ſe (Vs. 11 — 14.).

Quum non ſit, cur inſcriptioni, hunc Pſalmum Davidi tribuenti, fidem denegemus; maxime conſentaneum fuerit, illum ad ſeditionis Abſalonicae tempus referre, cui omnia in hoc carmine optime conveniunt, atque ita is, de quo queritur Verſus 10., erit Mephiboſeth, filius Jonathanis, nepos Saulis qui alumnus Davidis convictor fuit menſae ejus (2 Sam. IX, 7.), et

et tamen poſtea in ſeditione Abſalonica non deduxit Davidem fugientem trans Jordanem, ſed inſultavit ei, dicens: *hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris*, i. e. avi *mei*, (2 Sam. XVI, 3.), neque cuiquam Verſus ille magis convenit. Veriſimile autem omnino, illo tempore in animi dolore etiam corporis morbo attentatum Davidem fuiſſe. Nam quae Vs. 4. 6. 9. queritur ejusmodi ſunt, ut minus, quam in aliis Pſalmis, per metaphoram et allegoriam ad alia transferre illa recte poſſimus.

Quia quod Pſaltes Verſu 10. queritur de perfidia unius ex ſuis adverſariis, qui aliquando ejus convictor fuiſſet, Chriſtus apud Joannem XIII, 18. ad Judam Iſcariotam, qui ipſum prodidit, applicat, plurimi e Chriſtianis interpretes totum Pſalmum prophetiam de Chriſto exiſtimarunt. Sed audiamus Rudingerum ſobrie et caute hac de re judicantem (in *Ratione Paraphraſeos* Vs. 10.): „Quod David hoc loco ſibi accidiſſe queritur, id Chriſtus iis accommodat quae ipſi cum Juda proditore acciderunt, et rem quidem, vel rei eventorum ſimilitudinem, non verba ſingula, quae verba univerſa Chriſto accommodari nequaquam poſſunt, et hac de cauſa Evangeliſta ipſe unum colon Verſus hujus ex ſermonibus Chriſti omiſit. Nam quod David dicit, ſe deceptum a neceſſario et convictore ſuo et eo; qui pars eſſet familiae ejus, de quo, et

fide

ſide ejus, opinio et ſpes fuiſſet optima, hoc igitur iis, quae Chriſto a Juda facta ſunt, nullo modo accommodari poteſt. Nam et praeſcivit Chriſtus ut Deus, qualis eſſet Judas, et quid perpetraturus, et quid de eo ſperare, ſibique perſuadere deberet, non potuit ignorare, quum nulla in re decipi illi potuerit. Itaque et Chriſtus, ut diximus, illud comma in citatione Verſus hujus omiſit: nam ad humanam naturam ſolam haec referenda non ſunt. Haec igitur omnia demonſtrant ex iis, quae David inter ſuos caſus et eventus loquitur et canit, quaedam, et multa quidem, quum typum gerat Chriſti, et regni et eccleſiae ejus, ad Chriſtum prophetice referenda eſſe, ſicut et ipſe Chriſtus multa ſibi ex his applicat, et ab Evangeliſtis non pauca ex Pſalmis ad Chriſtum referuntur, ſicut res ſert, et typi et antitypi ratio. Videndum tamen, quid, cui, et quomodo, et qua de cauſa, quove reſpectu accommodetur, ne allegoriis detortis et alienis ſententia vera et hiſtorica corrumpatur, et ad unam unius Verſus in Pſalmis de Chriſto citationem vel a Chriſto, vel ab Apoſtolis, vel ab Evangeliſtis factam, ideo ſtatim omnes Verſus, et pone ſyllabae, eodem accommodentur, et ita corrumpantur omnia, ſed ea tantum, quae Chriſtus ipſe ſibi, ex ſermonibus Davidis, et Apoſtoli ei, indicata de cauſa, accommodant, et ſaepe γενικοτέρως."

2. אַשְׁרֵי

2. אַשְׁרֵי מַשְׂכִּיל אֶל־דָּל בְּיוֹם רָעָה *Felicia illius qui animum advertit ad miſerum in die malo,* h. e. ut Chaldaeus recte, דְּמַשְׂכִּיל לְעִנְיֵי מִסְכְּנָא לְרַחֲמוּתֵיהּ *qui advertit ad res afflictas pauperis,* miſeri, *ut ejus miſereatur.* Nomen דָּל, quod alias de macilento, atque de *exhauſto opibus,* tenui forte, paupere, dicitur Levit. XIV, 21. Prov. XIX, 17. XXII, 9., hoc loco ad miſerum et propter morbum transfertur. Sic Jonadab, cognatus Davidis, filium Davidis, Ammonem, cum ex amore Thamarae, ſororis, aegrotaret, vocabat: *Quare tu ſic* דָּל, hoc eſt, *miſer es,* adflictus, aegrotus, *cum ſis filius regis?* 2 Sam. XIII, 4. Per מַשְׂכִּיל אֶל־דָּל *eum qui intelligentiam adhibet ad miſerum,* ſ. ratione miſeri (vid. eandem verbi הִשְׂכִּיל cum אֶל conſtructionem Nehem. VIII, 13. conf. Proverb. XVI, 20.), interpretum plures ſignificari putant talem, qui de miſero et morbo afflicto homine non judicat temere, aut pro impio illum propter morbum habet, et a Deo ita abjectum et damnatum, ut numquam ſit exſpectandum, Deum illum liberaturum, et hoc modo oſtenſurum, quod curet et reſpiciat ipſum. Sed magis rei eſt conſentaneum מַשְׂכִּיל אֶל־דָּל intelligere de eo, qui *animum advertit ad afflictum* et miſerum ejusque rationem habet, ut et miſericordiae affectus, et juvandi ſtudium deſignetur. In verbis, quae ſequuntur, יְמַלְּטֵהוּ יְהוָֹה *eripiet eum Jova,* Pronomen affixum quidam referunt ad דָּל, calamitoſum et aegrotum, quem a morbo Deus ſit liberaturus, quum tamen vix dubium ſit, eſſe ad מַשְׂכִּיל אֶל־דָּל referendum, quum iis omnibus, quae duobus proximis Verſibus ſequuntur, explicet Pſaltes id, quod initio γενικῶς poſuit, bene fore ei, qui afflicti rationem habeat, et ſignificet, qui miſericordiam uſurpet, eum etiam miſericordiam experturum, ſecundum Chriſti ῥητὸν, Matth. V, 7. בְּיוֹם רָעָה *die mali,* infortunii, adverſitatis; ſubſtantive enim nomen רָעָה eſſe accipiendum, docet generis differentia, quum יוֹם maſculinum ſit, רָעָה vero femininum.

3. יְהוָֹה

3. יהוה ישמרהו *Jova cuftodiet eum*, ne pereat ויחיהו *et vivificabit eum*, valetudinem ei reftituet, cf. not. fupra ad Pf. XXX, 4. — יאשר בארץ *Beatus* adhuc *reddetur in terra*, multos adhuc annos vita hac, cum omni profperitate et felicitate fruiturus. ואל־תתנהו בנפש איביו *Non trades* enim *illum*, o Deus, *animae inimicorum ejus*, non permittes eum libidini adverfariorum. Vid. de hac phrafi ad Pf. XXVII, 12.

4. Quod corpore aut animo ei ita male erit, ut decumbat, יסעדנו על־ערש דוי *fuffulciet Deus eum fuper lecto doloris*, tranquillabit animum ejus, et reftituet ei vires et valetudinem. כל־משכבו הפכת בחליו imo, o Deus, *omne ftratum ejus vertes in infirmitate ejus*, id eft lectus ejus definet effe aegroti lectus, et fiet lectus recte valentis. Vel: eum fanum reddes, ac ita efficies, ut lectum, in quo aegrotus modo detinetur, penitus relinquat, alioque, ut fieri folet, in quo jam incolumis quiete fua fruatur, commutet. Alii illud opinantur innui, quod aegrotis aliquid levaminis afferat, cum lectus eorum vertitur, ut molliter cubent. Ita Campensis, qui fenfum fic expreffit: *lectum illius totum angulis undique ventilatis, in ipfo morbo verfabis, Domine, ut mollius cubet.* Aben-Efra ante nomen משכבו fubaudit particulam על, hoc fenfu: *tu, Deus, verfabis aegrotantem* על משכבו *fuper ftrato fuo* מצד אל צד *ex uno latere in alterum latus, ita ut minifterio hominum, eundem fulcientium, non indigeat.*

5. אני אמרתי *Ego dixi*, i. e. dico, haec eft formula precum mearum. Praeteritum hic de tempore praefente eft capiendum, quum, ut fequentia oftendunt, nondum malo illo fuo, tam corporis quam animi, liberatus, effet, quando hunc Pfalmum compofuit. יהוה חנני רפאה נפשי *Jova, miferere mei, fana animam meam*, h. e. mei pfum. Quamquam non raro נפש et pro *corpore* in V. T. accipiatur, videtur tamen mihi vates hoc dicto voluiffe fignificare, animam jam et vitam in fummum periculum adductam, eamque ftatim, nifi Deus opem ferat, extinguendam.

dam. Quod vero, tanquam cauſam, adjecit: כִּי־חָטָאתִי לָךְ *quia in te peccavi*, videtur hunc ſenſum habere: quod Te offendi, quod in te peccavi, id cauſa eſt hujus morbi. Tu percuſſiſti ſolus, ſolus item ſanare potes. Precor igitur, ut miſerearis nunc mei, et valetudinem ac felicitatem reſtituas, qui peccato meo irritatus, eam ademiſti.

6. Inde ab hoc Verſu usque a decimum canit, ut ſe habeant ipſo laborante inimici et amici ſimulati: אוֹיְבַי יֹאמְרוּ רַע לִי *Inimici mei malum de me loquuntur*, hoc eſt malum et pernicioſum de me votum, cum inter ſe conveniunt, jactant. Praefixum ל non Dativum h. l. notat, ſed facit praepoſitionem *de* ut Geneſ. XX, 3. אִמְרִי לִי, vid. et Pſ. III, 3. XXV, 2. XXXV, 19. Ipſos nunc inimicos inducit ſciſcitantes alius ab alio: מָתַי יָמוּת וְאָבַד שְׁמוֹ *Quando morietur tandem, interibitque nomen*, omnis memoria, *ejus?*

7. Verſu, qui praeceſſerat, oſtendit, quam ſint in ſe animo hoſtili. Nunc ſimulationem eorum deſcribit: וְאִם־בָּא לִרְאוֹת שָׁוְא יְדַבֵּר *Cum quispiam ex eis venit me inviſurus vanum loquitur*. Inviſebant nonnumquam ex illis aliqui aegrotum regem, et coram dolere ſibi ejus morbum mentiebantur, id *vanum* illud f. *falſitas* erat, quod loquutos queritur. Ceterum haec certe ad morbum alludunt ſaltem, ſi non indicant. Interea vero לִבּוֹ יִקְבָּץ־אָוֶן לוֹ *Cor ejus pravitatem colligit ſibi*, hoc eſt, omnia explorat, et quibus ſuos exhilaret, ex iis, quae circa aegrotum gerebantur, colligit et ea יֵצֵא לַחוּץ יְדַבֵּר *egreſſus foras* ſtatim *eloquitur* ſuis conjuratis.

8. יַחַד עָלַי יִתְלַחֲשׁוּ כָּל־שֹׂנְאָי *Simul contra me muſſitant, omnes, qui me odio habent*, conſiliis clandeſtinis adverſus me ſimul conſuſurrant univerſi inimici mei. עָלַי יַחְשְׁבוּ רָעָה לִי *Contra me cogitant malum mihi*, communiter meditantur mihi exitium. De phraſi חָשַׁב רָעָה vid. ad Pſ. XXXV, 4.

9. Quae iſti tum cogitarint et loquuti fuerint, nunc memorat. Dicebant namque: דְּבַר־בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ *Verbum Belial*,

Belial, fcelus aliquod grande, *infufum eft ei*, h. e. ultio grandis cujuspiam fceleris penitus penetravit et occupavit iftum, ut liberari ab ea nequeat, inde dicebant et quod fequitur: שָׁכַב לֹא־יוֹסִיף לָקוּם *Ifte decumbens haud furget pofthac*, conficietur hoc morbo; decumbere tam graviter cepit, ut numquam valetudinem priftinam recepturus fit. Quum fupra Vs. 6. introducat hoftes fuos quaerentes; *quando morietur tandem?* minus poteft dubitari, animi illum morbum, de quo fimiliter confitetur, et calamitatem quamcunque, in qua tum haefit Davides et in oculos incurrentem morbum ei attuliffe, e quo in fpem mortis ejus venirent inimici. Nihil igitur obftat, quo minus verba haec: *jacet, non furget*, de morbo intelligamus, e quo non fit refurrectures. Vocem בְּלִיַּעַל proprie fignificare *omne quod nil prodeft, nocivum*, vidimus ad Pf. XVIII, 5. Vol. I. pag. 476. Hinc דְּבַר בְּלִיַּעַל *fcelus, flagitium, res prava* dicitur, ut ex Pf. CI, 3. liquet. Alii Davidem hoc Verfu inimicorum fuorum pravitatem defcribere exiftimant, vertuntque: *Nequitia adhaeret* (יָצוּק referentes ad verbum צוק, *arctare, premere*) *ei*, h. e. unicuique oforum meorum, *qui* femel *jacuerit*, ab iis proftratus, *is non refurget*. Quod quam coactum fit, et quam parum conveniat toti orationis tenori, quisque fponte intelliget.

10. Nunc de perfidia falforum amicorum queritur. גַּם־אִישׁ שְׁלוֹמִי *Etiam vir pacis meae*, f. pacificus meus, fic *amicum* vocat, de qua appellatione cf. not. ad Pf. VII, 5. Cf. Jerem. XX, 10. כֹּל אֱנוֹשׁ שְׁלוֹמִי, et Cap. XXXVIII, 22. Obad. Vs. 7. Cum addit אֲשֶׁר־בָּטַחְתִּי בוֹ, *quo nitebar*, fignificat, fe illi plurimum crediditfe, ac confifum fuiffe: verifimile enim eft, infignem aliquem, maximeque conjunctum atque honoratum Davidi fuiffe, quem hic notarit. Eo enim, quod fubjunxit: אוֹכֵל לַחְמִי, *qui comedebat panem meum*, non videtur tantum fignificaffe, illum fuo beneficio alitum, fed magis adhibitum menfae regiae. Qui honor praecipuus fuit, ut ex eo colligere licet,

quod, tanquam infigne beneficium, eum Davides filio Jonathanis, Mephibofet obtuliffe legitur 2 Sam. IX, 11., quem ipfum virum hic notari fatis eft verifimile, vid. Argument. hujus Pfalmi. Certe illud: *quo nitebar*, vel, de quo confidebam, non de quovis aulico dixerit. Is autem et ipfe הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב *extulit contra me calcaneum*, h. e. infidias et dolos mihi ftruxit, petita metaphora vel a luctantibus, qui fuppofito pede alterum evertunt ac fupplantant, vel a beftiis colcitrantibus, quae calcem impingunt aliis. Alii hanc dictionem explicant, inferiorem contra fuperiorem exfurgere, eique injurias et damna inferre; fumtam autem opinantur effe ab equis, qui cum prodeffe et fervire deberent homini, calcibus eum impetunt. Sed quum tam verbum עָקַב, Genef. XXVII, 36., quam nomen עָקֵב et עָקְבָה Pf. XLIX, 6. Jof. VIII, 13. et 2 Reg. X, 19. de *infidiis* adhibeatur, prior illa interpretatio omnino retinenda videtur, quam et veteres omnes praeiverunt.

11. Memorat, ut fanitatem reftitui fibi precatus fit, ac voverit, perfidis illis fe repenfurum: וְאַתָּה יְהוָה חָנֵּנִי וַהֲקִימֵנִי וַאֲשַׁלְּמָה לָהֶם *Tu ergo, Jova, miferere mei atque reftitue me, ut rependam iftis.* Judaei hic varie fe torquent eo, quod videantur haec repugnare iis, quae de fe cecinit Pf. VII, 5., ubi dire fe devovit, fi rependiffet malum, iis etiam, quae ipfi malum rependerant pro bono, adverfa; atque ideo alii dicunt, hanc repenfionem, de qua hic canit, in eo tantum fuiffe, quod re ipfa declaraverit, male illos feciffe, quod fe putarint moriturum. Quidam dicunt hic promififfe fe bona eis repenfurum. Sed praeftat fimpliciter haec accipere, nec indignum arbitrari, regem feditiofis et perfidis hominibus, regni potius, quam fui hoftibus, digna fuis fceleribus rependere. Id quod et Salomoni filio de quibusdam, quibus ipfe pepercerat, mandaffe legitur, dum contra ipfius decretum Adoniae, ejus filio, fe adjunxiffent.

12.

12. Canit, quam ampliter Jova fuum in ipfum favorem declaraverit, undeque certe iterum illum agnoverit, nempe, quod non permiferit, ut de ipfo extincto perfidi illi laetarentur, quodque incolumitatem ipfi reftituerit. בזאת ידעתי כי־חפצת בי כי לא־יריע איבי עלי *In hoc agnovi, te favere mihi, quod non exultat de me inimicus meus.*

13. ואני *Et me quod attinet*, Nominativus abfolutus, qualis fupra Pf. XXXV, 13., ubi not. vid. בתמי תמכת בי *In integritate*, fcil. corporis mei, in profpera mea valetudine, *fuffulcies me*, porro me incolumem, fpero, fervabis; quoque ab omni malo tutior fim, ותציבני לפניך לעולם *collocabis me coram te in fempiternum*, id eft, femper habebis in oculis, quo tuearis et ferves.

14. ברוך יהוה אלהי ישראל מהעולם ועד העולם *Laudetur Jova, Deus Ifraelis a feculo usque in feculum*, in omnem aeternitatem. Δοξολογία haec ex 1 Paral. XVI, 36. defumta, addita eft a collectore horum carminum in fine libri primi, uti fimilis legitur in fine fequentium librorum, nempe Pfalmi LXXII. LXXXIX. CVI. De hac Pfalmorum divifione in *quinque* libros vid. Prolegom. Vol. I. p. XXIV, feqq.

PSAL-

PSALMUS SECUNDUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Vates, procul a ſacris Jovae exul oberrans, ab hoſtibus oppreſſus eorumque conviciis exagitatus, querimoniam et preces ad Deum fundit. Ardenti ſe deſiderio, cultui Jovae publico feſtoque ejus intereſſe, teneri profitetur. Excruciari animum queritur partim inſultatione hoſtium, vocibusque impiorum, fruſtraneum pietatis in Jovam ſtudium, cui fuerat deditus, ipſi objicientium, partim aerumnarum et multitudine et magnitudine oppreſſum. Mox tamen ſe ipſum a moerore ſublevat ſpe certa, fore, ut tandem deſiderii ſui compos fiat. De carminis auctore et occaſione vide notata ad Vs. 1.

1. De nomine מַשְׂכִּיל vid. Prolegomm, Vol. I. pag. LXIII. לִבְנֵי קֹרַח] Cora, pronepote Levi, principe conjurationis contra Moſen, a terra abſorpto (Numer. XVI.), ſervati

fervati fuerunt filii ejus tres, Afir, Elkana, et Abiafaph (Num. XXVI, 11.). Ex horum pofteris fuerunt quidam cum aliis Levitis a Davide ad decantandum facros hymnos conftituti, et inter eos *Heman*, praecipuus Cantorum princeps, ut conftat ex 1 Paral. VI, 22. coll. 31. feqq. Confer Cap. IX, 19. XXVI, 1. et 2 Paral. XX, 19., ubi הַקָּרְחִים dicuntur furrexiffe ad laudandum Jovam. His *undecim* Pfalmi infcripti leguntur (praeter noftrum XLIV. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. LXXXXIV. LXXXV. LXXXVII. LXXXVIII.), fed incertum eft, an ideo, quod ipfi eorum Pfalmorum auctores fint, an quod folum per eos fuerint decantati; quatuor namque millia Cantorum, qui certos habebant ordines, certasque vices David felegerat, 1 Paral. XXIII. In utramque partem disputatum vid. in C. Sonntagii *Titulis Pfalmorum*, p. 473. feqq. et in J. G. Carpzovii *Introduct. in Libros Canonicos Vet. Teftam.* P. II. p. 105. Mihi verifimile eft, Pfalmos, quibus nomen Coraitarum praenotatum eft, a primoribus ex eorum ordine effe dictatos. Nam fi ab aliis dictati effent, alicubi auctorum nomina legerentur adfcripta, ficut fupra Pfalmus XXXIX. titulum habet *Jeduthuni, Oda Davidis,* ut per ordinem Jeduthum, decantatum et a Davide agnofcas editum. Praeterea hiftoriarum fcriptor (1 Reg. IV, 31.), volens praedicare fapientiam Salomonis, regis, qua cunctos mortales praecelluit, confert eum nominatim *Ethani,* Efrachitae, *Hemani, Calcal* et *Dardae.* Hinc fatis aperte colligitur, *Hemanem,* Coraitam (1 Paralip. VI, 18. 22.), cum tribus illis, quos hiftoricus fimul nominavit, eruditionis et fapientiae fuiffe quam rariffimae, ut quibus ex omni hominum genere felectis, Salomonem, fapientia et eruditione tanto poft fe intervallo cunctos mortales relinquentem, comparaverat. Quumque Salomo fpiritu carmina pangendi praeditus fuerit, nam ibidem (1 Reg. IV, 32.) legitur compofuiffe quinque millia, equidem non dubitarim, eodem et valuiffe Hemanem aliosque Coraitas, quos Davi-

des

des ſacris praeſecerat cantionibus. Quotquot autem inter Pſalmos Coraitarum praeſcriptum habent nomen, majori et orationis et ſententiarum ſublimitate exſurgunt, atque affectus ſpirant concitatiores vehementioresque, quam quae a Davide proficiſcuntur carmina, quippe quae remiſſiora et planiora ſunt, animumque produnt variarum aerumnarum pondere quaſi depreſſum. Dictiones et locutiones ſibi proprias, a Davidicis diverſas, carmina Coraitica ſervare, animadvertit quoque C. G. Hensler in *den Bemerkungen über Stellen der Pſalmen* p. 68. not. Quibus argumentis permotus et Eichhorn in *der Einleit. in das A. T.* P. III. p. 408. ed. ſec. Pſalmos illos non a Davide compoſitos judicavit. Iam vero ad noſtrum Pſalmum quod attinet, quum e Pſalmi XXIII, Vs. 6. 7. 8., nec non Pſalmi XXVII, Vs. 4., porro Pſ. LXIII. aliisque haud dubie Davidicis carminibus ſatis pateat, quando David ſacri coetus deſiderio ſtudioque flagrarit, de quo eodem et hic Pſalmus canit; quumque praeterea hujus carminis Verſus ſeptimus Davidi, coram Abſalom, filio, fugienti, apprimi congruant; ego ad hanc perducor opinionem, poetam quendam Coraitam non tam ſua ipſius, quam ſub Davidis potius perſona hic canere. Quae conjectura commendari videtur eo, quod Pſalmus LXXXIV., qui itidem eſt Coraiticus, et argumentum habet cum noſtro prorſus commune, Verſu 10. diſerte *regem* precantem inducit. Utrumque autem Pſalmum, et hunc, et LXXXIV., ad illa tempora pertinere, cum per Davidem omnes ceremoniae eſſent reſtitutae, feſtaque jam pridem coeperint digne celebrari, legenti ſatis patebit, et Pſ. LXXXIV, Vs. 8. Zionis expreſſa facta eſt mentio. Ex quibus omnibus ſimul conficitur, infortunium illud, de quo queſtus, ex noſtra ſententia, inducitur hic Davides, quodque eum a ſacris Jovae abstineret, fuiſſe fugam, qua propter filii conjurationem vitae et ſaluti conſulere coactus erat, de qua 2 Sam. XVII, 22. ſeqq. Et forſan eo tempore, quo illa accidit,

accidit, unum agebatur ex praecipuis illis feſtis, quibus cuncti Iſraelitici mares ad locum, in quo fixum erat tabernaculum, conveniebant, Exod. XXIII, 14. ſeqq. Quum itaque nemo magis arderet, feſta Jovae celebrare, non potuit regi pio non moleſtiſſimum eſſe, id ſibi minime licere. Quod occaſionem dediſſe videtur Coraitis, ut plures Pſalmos hac de re componerent, in quibus regis ſummopere adflict queſtus et preces exprimerent, atque ea carmina vel illo ipſo tempore, vel poſtmodum, in illarum calamitatum memoriam, inter ſacra decantarent. In alia omnia abit Josua van Iperen, qui in *Disquiſitione de filiis Corachi Pſalmorum quorundam auctoribus*, inſerta *Bibliothecae Haganae* Cl. II., Faſc. I, p. 99. ſeqq. demonſtrare conatus eſt, primum quidem, Corachi Levitae nepotes, in peculiari ſuo ſtemmate conſideratos, ab Hemane, archimuſico, quanquam et ipſe Corachita fuit, nec non a Kehatitis, omnino distinguendos eſſe, deinde, peculiarem muſicam, non illam in templi Salomonei atriis ſolitam, ſed *militarem*, illis, una cum Kehatitis, et quidem non a Davide, ſed a Joſaphato, rege, demandatam fuiſſe, et proinde Pſalmos illos undecim, qui nominibus *filiorum Corachi* inſigniuntur, non tantum ad Joſaphati demum aetatem pertinere, ſed et potiſſimum ad ejus res et fata, ſeptem ſaltem priores, paſſim manifeſte alludere. Atque hunc quidem Pſalmum referendum putat ad proelium illud prope Ramotham in Gileaditide Achabum inter, regem Iſraelis, cui ſeſe Joſaphatus junxerat, et Syros commiſſum, in quo Joſaphatus involutus proelio et circumdatus a Syrorum curribus falcatis, in praeſentiſſimum vitae periculum venit, e quo tamen, precibus ad Jovam fuſis, eſt ereptus; vid. 2 Chron. XVII, 4. ſeqq. 32. 34. Verum eſt in hoc Pſalmo adeo nihil, quod ad tale periculum, quod aliquis proelio involutus obiret, aliqua cum veri ſpecie poſſit referri, ut iſtam ſententiam retuliſſe idem ſit ac refutaſſe. Plus habet veri ſimilitudinis, quod conjicit Paulus in *Clavi*

arriſit-

arriſitque et De Wettio, haberi hic elegum ſacerdotis, qui exul procul a templo verſaretur inter alienigenas, qui ipſi ob fiduciam in Jova poſitam illuderent. Rudingerus dubius haerens, num ad Davidem, tempore rebellionis Abſalonicae, an vero ad totum populum in calamitate Machabaica Pſalmus ſit referendus, ſuam de hoc argumento disquiſitionem his verbis claudit (*Liber ſecundus Paraphraſeos Pſalmorum* p. 9.): „Erunt igitur hae preces, vel threni potius, quas in calamitate Antiochica effudit e poſteritate Cores Levita pius, in ſua perſona, pro toto populo quando in templum, prohibiti a praeſidio Antiochi, venire non potuere, neque ibi ſacrificare. Vel Davidis potius ipſius querela haec fuerit in exilio Abſalonico, et poſtea poſt recuperationem regni ad decantandum Coraidis traditus, atque ab his etiam ſane aſſervatus."

---

2. Canit, ſe plus quam effari poſſit, aeſtuare deſiderio adeundi ſacrum coetum, feſtumque cum piis agendi. Quo tamen indicet, quantum fuerit, confert illud cervae glocitanti prae ſiti, cum inhiat ad profluentem: כְּאַיָּל תַּעֲרֹג עַל־אֲפִיקֵי־מָיִם כֵּן נַפְשִׁי תַעֲרֹג אֵלֶיךָ אֱלֹהִים *Tanquam cerva glocitat, inhians profluenti, ſic anima mea glocitat inhians Tibi, Deus.* Non minus ſitire ſe Deum dicit, quam ſoleat cerva, infeſtata canibus; tum enim cupidiſſime ad aquas fugiunt, propter aeſtum atque anhelitum. Nomen אַיָּל conjungitur h. l. cum verbo feminino תַּעֲרֹג, quia nomen eſt ſpeciei, adeoque generis communis. De verbo עָרַג, quod praeter hunc locum ſemel tantummodo occurrit, nempe Joel. I, 20., ubi de beſtiis agri, ſeu ſylveſtribus, vociferantibus ob rivos aquarum exſiccatos, dicitur, egimus ad Bocharti *Hieroz.* P. I. Lib. III. Cap. XVII. Tom. II. p. 241. not. 6.; de veterum verſionibus disputavit Bochartus ibid. p. 239.

239. Cf. Ed. Pocockii *Commentar. ad Joel.* p. 108. Verf. lat. (Lipfiae, 1695. 4.). De אָפִיק, *alveo*, tum, *torrente* ipfo, vid. not. ad Pf. XVIII, 16. Copiofe de hoc nomine disferuít P. J. Bruns in *Notis exegeticis* in hunc Pfalmum, quae fubjectae funt Ejusdem Notis Criticis in eundem Pfalm. (Adpendicis loco adjectis Benj. Kennikotti *Notis criticis in Pfalmos XLII. XLIII. XLVIII. LXXXIX. ex Anglico verfis et Appendice auctis a P. J. Bruns, et editt. cum Praefatione et Notis* J. C. F. Schulzii, Lipf. 1772. 8.) pag. 165 — 176.

3. Idem, quod Verfu fuperiore, fed fine fimili canit, nempe fiti Dei animam fuam aeftuare: צָמְאָה נַפְשִׁי לֵאלֹהִים לְאֵל חָי *Sitit anima mea Deum, Deum vivum*, quae appellatio oppofita eft fictitiis aliarum gentium deaftris, qui nihil funt, vita et exfiftentia carent. Magno cum affectu fubjicit: מָתַי אָבוֹא וְאֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים *Quando demum veniam, et comparebo coram facie Dei*, h. e. in facro ejus tabernaculo, cultorumque ejus inibi collecta concione, in quibus tum fuam Deus *faciem*, h. e. praefentiam exhibiturum promiferat. Poft verbum וְאֵרָאֶה fubaudienda eft particula אֵת, ceu conftat ex 1 Sam. I, 22., ubi Hanna non ad feftum afcendiffe dicitur, usque dum adduceret filium, וְנִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְהוָה *ut confpiceretur*, vel compareret, *coram facie Jovae*. Sic Exod. XXXIV, 24. לֵרָאוֹת אֶת פְּנֵי יְהוָה *Ut compareas coram facie Jovae* in tribus feftis, item Deut. XVI, 16. XXXI, 11. Poteft vel particula אֶל h. l. fubaudiri ex loco Exod. XXIII, 17. *Ter in anno unusquisque* יֵרָאֶה פְּנֵי אָדוֹן *confpiciatur*, appareat, *coram Domino. Faciem* vero *Dei* pro loco conventuum facrorum folenni ufurpari, conftat ex Exod. XXIII, 15. *Non confpicietur* facies mea *vacue*, et Pf. C, 2. *Venite ad* faciem ejus *ovantes*; et pro אֵרָאֶה in codicibus quibusdam, et manu fcriptis et typis expreffis, אֶרְאֶה, futurum Cal, ut verba noftra vertenda fint: *quando confpiciam faciem Domini?* Prava haud dubie legendi ratio; nam *Dei faciem videre* formu-

mula fuit Hebraeis minime vulgo recepta: לֹא תוּכַל לִרְאֹת פָּנָי *Faciem meam videre non potes. Nemo enim, dum vivit, me potest videre.* Conf. Th. F. Stange *Anti-Critica in locos quosdam Psalmor.* P. I. pag. 171. seqq.

4. הָיְתָה־לִּי דִמְעָתִי לֶחֶם יוֹמָם וָלָיְלָה *Sunt mihi lachrymae meae pro pane dies noctesque.* Canit, se ex illo desiderio ita doluisse, ut nihil aeque libuerit, quam lachrymari, et id dies noctesque ut lachrymas jam pro cibo habuerit, non minus scilicet cupide illas effundens quam quis vescatur cibo, omni cibi desiderio, per nimiam animi aegritudinem, profligato. Aut *lachrymas panem sibi esse* dicit ea de causa, quia assidue in lachrymis erat, quemadmodum panis ad cibum assidue adhibetur; aut ideo, quia numquam sine lachrymis cibum sumebat. Huic loco geminus Ps. LXXX, 6. הֶאֱכַלְתָּם לֶחֶם דִּמְעָה *cibasti eos pane lachrymarum, potasti lachrymis mensura magna.* Ita Plautus in *Asinar. Tune verberes, qui pro cibo habeas Te verberari?* et Ovidius *Metamorphos.* L. X. Vs. 288. *Cura dolorque animi lachrymaeque alimenta fuere.* בֶּאֱמֹר אֵלַי כָּל־הַיּוֹם אַיֵּה אֱלֹהֶיךָ *Dum mihi diceretur quotidie, ubinam est Deus tuus?* Indicat, ut praeterea afflixerit ipsum insultatio improborum, qui continuo ingeminabant; *ubi nunc est Deus tuus,* cujus auxilium tam confidenter jactabas, in cujus ceremoniis tam multus eras? Id forte neminem audivit dicere coram. Sciebat autem, multos impios talia jactare apud se. Id ferebat tanto gravius, quanto cupiebat Jovae bonitatem celebrare praeclarius. Hinc ergo, quod et a sacra concione, festum Jovae agente, arceretur et animo audiret impia verba in Dei bonitatem jactari, tanto discruciabatur dolore, ut nihil potius duceret, quam lachrymari, et indulgere lamentis continuis. בֶּאֱמֹר אֵלַי *In dicere ad me,* h. e. dum ad me dicitur. Infinitum activum quandoque naturam verbi passivi induit, sive impersonaliter ponitur, ut in illo Genes. IV, 13. *Majus est peccatum meum* מִנְּשֹׂא *prae remittere,* h. e. quam ut remittatur.

5. אֵלֶּה

5. אֵלֶּה אֶזְכְּרָה וְאֶשְׁפְּכָה עָלַי נַפְשִׁי כִּי אֶעֱבֹר בַּסָּךְ אֶדַּדֵּם עַד־בֵּית אֱלֹהִים בְּקוֹל־רִנָּה וְתוֹדָה הָמוֹן חוֹגֵג *Illorum memor fum et effundo animam meam in me, quod transirem cum multitudine, incederem cum eis usque ad aedem Dei cum voce laudis, turbae feftum agentis* h. e. ejicio femel omnem coram Jova animi aeftum, queftibus et precibus totus deditus, cum mecum reputem, ut folebam magno cum cumulo domum Jovae petere, et quamplurimos illo pariter ducere, eosque ovantes et laudantes, nempe turbam, feftum jam Deo agentem. Locutio *effundere animam* alias eft, deficere quoad omnes animae vires, deftitui veluti anima, ut Job. XXX, 16. עָלַי תִּשְׁתַּפֵּךְ נַפְשִׁי *Anima mea in me effufa eft, comprehenderunt me dies anguftiarum.* Atque fic etiam h. l. de dolore immenfo, ubi anima moerore quafi diffluit, quidam hanc formulam accipiunt; veluti Kuinoelius, qui vertit: *Vergehen möchte ich, wenn ich gedenke* etc. Quandoque tamen שָׁפַךְ נֶפֶשׁ, *effundere animam,* eft, laxatis dolori habenis, omnes femel affectus omnem animi aeftum, et quafi ipfum cor, querendo effundere (quemadmodum et nos dicere folemus: *das Herz ausfchütten*). Sic animam fuam effundebat Hanna, mater Samuelis, quando oppreffa aegritudine, ob fterilitatem, et aemulae infultationem, cum lachrymis fuam miferiam Deo quereretur, eoque levari oraret, 1 Sam. I, 15, *Mulier moefta ego,* וָאֶשְׁפֹּךְ אֶת־נַפְשִׁי לִפְנֵי יְהוָה, *effundo animam meam coram Jova.* Infra Pf. LXII, 9. dicitur: שִׁפְכוּ *Effundite coram eo cor veftrum.* Thren. II, 19. *Clama,* שִׁפְכִי, *effunde, quafi aquam, cor tuum in confpectu Domini.* Sic Pf. CXLII, 3. *Effundebam coram eo meditationem meam.* Vid. et Pf. CII, 1. Particula על h. l. *in* vertenda eft, ut Hof. XI, 8. *Cor meum* עָלַי *in me.* Cf. Pf. CVII, 5. CXLII, 4. Coh. V, 1. VII, 9. Nomen סָךְ, quod hoc tantummodo loco reperitur in V. T., haud dubie convenit cum Chaldaico סָךְ, *numerus collectus, fumma, collectio,* cui affine Arabum شكيكة, *turba,* Recte autem

tem illud hoc loco explicat Jarchi גדודי בני אדם *turmas hominum*, et Aben-Esra כלל החוגגים *coetum feriantium.* Aliis ob similitudinem cum סך et סֻכָּה, *tugurium*, nostrum nomen denotat *tabernaculum*, ut veteribus plerisque, de quorum interpretamentis vid. J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 1748. Sed minus commode, quum suffixum plurale in sequenti אֶדַּדֵּם non nisi ad hocce collectivum referri possit. Illud אֶדַּדֵּם vero est futurum Conjugationis Hithpaël pro אֶתְדַּדֵּם, a דָּדָה, *lente processit*, Chaldaeis etiam usitato; vid. Buxtorfii Lex. Talmud. Praeter hunc locum extat Jes. XXXVIII, 15. In utroque loco sermo est de solenni pompa Israelitarum ad locum sacrum. Affixum huic verbo h. l. additum resolvendum est in praepositionem separatam עִמָּהֶם, ex idiotismo linguae, de quo vid. Glassii *Philologia Sacra* ed. Dath. p. 167. Plura de dissensu interpretum antiquiorum et conjecturis parum necessariis dabit Koehlerus in *Animadverss. Critt. in Psalmos*, in *Repertor. Literar. bibl. et Oriental.* P. VI. p. 35, seqq., atque in J. D. Michaelis *Supplemm.* P. II. p. 396. seqq. Illud אֵלֶּה, sub hujus Versus initio, nonnulli ad insultationes improborum, de quibus Versu superiore questus erat, referunt, sensumque hujus Versus constituunt hunc: *illarum recordabor, quinimo effundam intra me animam meam*, sincere Jovae gemitus meos universos exponam, *quando*, vel, *quam primum tandem aliquando transibo rursus ad sacras Jovae aedes*, ibidem Deo committam has injurias. Sed quem nos supra huic Versui dedimus ordinem, res ipsa, quam canit, probat: utique ex recordatione festorum, quae antea ingenti cum gaudio cum innumeris piorum turbis, quam felicissime egerat, augebatur ei dolor, cum idem in praesentia non liceret.

6. Canit in hoc, et tribus, qui proxime sequuntur, Versibus, ut sese sit consolatus, et rursus in questus animum laxarit, ita ut sit, dum animus a cupitis abstinetur, et adversis premitur. מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי

Quid

Quid deprimis temetipfum, quid dejecta es, *anima mea?* Hac metaphora fummam moeftitiam fignificat, qua ita deprimi anima videtur, ut corpus impofito onere graviore, quam queat ferre. De verbo שָׁחַח vid. ad Pf. XXXV, 14. In Hithpael non nifi in hoc Pfalmo (Vs. 7. 12.) et Pf. XLIII, 5. reperitur. וַתֶּהֱמִי עָלָי *Et infremis in me?* id efficiunt contenti diu dolore fpiritus, cf. Pf. XXXIX, 4. Sed huic vulneri et dolori medicinam apponit: הוֹחִלִי לֵאלֹהִים *Spera in Deum*, fpera, adfore Dei mifericordiam, ut tantis malis exutus, et de exilio liberatus, illum tuum liberatorem adhuc, ut prius faciebas, laudes, illique grates, ut confuevifti, perfolvas; quod his verbis fignificat: כִּי עוֹד אוֹדֶנּוּ *Adhuc celebrabo eum*. Quod vero ad finem Verfus nunc legitur, יְשׁוּעוֹת פָּנָיו *falutes vultus ejus* fcil. celebrabo, vulgo ita explicant: ob opem, latam ab ipfo, praefente vultu fuo benevolo, adfpectu favoris tefte, eum celebrabo; tum enim, cum auxiliatur Jova, dicitur Hebraeis faciem fuam benevolus exhibere, et effe praefens. Sed legendum effe et hic, ut infra Vs. 12. et Pf. XLIII, 5., ubi eadem plane formula repetitur, יְשׁוּעוֹת פָּנַי וֵאלֹהָי (ut אֱלֹהַי Verfus 7. initio ad hunc fit trahendum, eique ו illud, quod his nomini פָּנַי additum, praeponendum), ita probavit P. J. Bruns in *Nott. Critt.* p. 100. feqq., verfionum veterum confenfu aliisque rationibus, ut vix dubitationi locus effet relictus. Formulae vero אוֹדֶנּוּ יְשׁוּעוֹת פָּנַי וֵאלֹהָי *Celebrabo eum falutes*, vel, *auxilia vultus mei, et Deus meus*, fenfus hic erit: ob falutem, quam ipfe mihi feret, ut adhuc in hac vita faciem exporrigam, et quod *Deum*, hoc eft, fofpitatorem fefe mihi praeftitit, eum celebrabo; factam ab ipfo falutem coram omnibus mortalibus praedicabo.

7. Iterum dicit, ut eum excruciarit recordatio Dei. עָלַי נַפְשִׁי תִשְׁתּוֹחָח עַל־כֵּן אֶזְכָּרְךָ *In me ipfo anima mea dejecta eft, propterea quod tui recordor*, h. e. loci et coetus facri, arcam enim foederis etiam Dei nomine

vocari,

vocari, vidimus ad Pf. XXIV, 7. Recte autem Ludov. de Dieu monuit, עַל־כֵּן h. l. pofitum effe pro עַל־אֲשֶׁר־כֵּן, ut Genef. XXXVIII; 26. Num. X, 3. XIV, 43. Confide-randa haec verba videntur tanquam ad interrogationem Verfu fuperiori: *Quid dejecta es, anima me?* refponfio; ait enim: Propterea anima mea in me dejecta eft, quod memor fum tui, quod mecum reputo, ut magnifice te in Tabernaculo, in concione facra, praefentem exhibes, cum interim cogor ego hic in *terra Jordanis*, hoc eft, trans Jordanem, inter accolas montis Hermon exulare, a facra panegyri exclufus. אֶרֶץ יַרְדֵּן *Terra Jordanis* eft regio quae trans Jordanem fita eft, cefferatque tribui Ruben, Gad, et dimidiae Manaffe, oppofita *terrae Canaan*, quod nomen illi tantummodo regioni, quae ad occafum Jordanis eft fita, proprium erat. Vid. Adr. Relandi *Palaeftin. illuftr.* Libr. I. Cap. I. p. 4. et Cap. XXXIII. p. 194. In regionem illam fefe contuliffe Davidem, cum a filio fugeret, conftat ex 2 Sam. XVII, 22. feqq. Accuratius autem adhuc nofter locum definit, in quo detentus fuerit, dum addit: וְחֶרְמוֹנִים, *et* ex montibus *Hermon*, recordor tui, Jova. *Hermon* חֶרְמוֹן, nomen eft orientalis Libani jugi, five Antilibani, quod conftituit terminum feptentrionalem terrae Ifraeliticae trans Jordanem, vid. Deut. III, 8. IV, 48. Conf. Relandi *Palaeft.* Libr. I. Cap. XLIX. p. 323. feqq. et Michaelis in *Supplementt.* p. 927. feqq. Nofter autem in Plurali חֶרְמוֹנִים dixit, quia montana funt, non unicus mons; longe enim exporrecta montium juga faepe et pluraliter vocari folent, ut *Alpes, montes Apennini*, id quod recte monuit Sebald. Ravius in *Exercitat. in Pf. XLII*, 7. 8. Traj. ad Rhen. 1753. (inferta eft *Belgii literati Opufculis hiftorico-philologico-theologicis, edid.* J. Oelrichs T. I. Bremae, 1774. 8.). In montium illorum radicibus fita erant מַחֲנַיִם, *Mahanaim*, ubi commoratus eft Davides in exilio Abfalonico, 2 Sam. XVII, 24. Quis autem fit הַר מִצְעָר, incertum eft. Plerique

pro

pro nomine proprio montis Hermoni adjacentis accipiunt, five tractus montis Hermonis, ubi paulatim fe jam demittit, ut refpectu altiffimorum montium in illo continuo tractu, illa pars dici potuerit *mons parvus.* Significat enim מִצְעָר, a verbo צָעַר, *parvus, exiguus fuit,* rem parvam, exiguam; veluti Genef. XIX, 20. ubi Zoar dicitur עִיר מִצְעָר *parvum oppidum;* et Job. VIII, 7. *Principium tuum erit* מִצְעָר *exiguum.* Hinc alii noftrum הַר מִצְעָר tanquam nomen appellativum accipiunt, et reddunt, *a monte exiguo.* Quorum fententiam puto non omnino abfurdam. Fieri enim poteft, ut locus in quo Davides detinebatur, cum feftum Hierofolymis ageretur, in monte fitus fuerit, quem ideo vocarit *montem exiguum,* propter humilitatem et obfcuritatem, praefertim cogitanti majeftatem eximiam Hierofolymorum. Studio religionis fic ardebat vir pius, ut forderent ei prae monte Sion, monte coetus facri et tabernaculi, omnia.

8. Verfu hoc et proximo componit praefentem calamitatem, quae continuo cumulabatur, praeteriti temporis felicitati, quando ei libere fine ullo metu hoftium licebat vel ex remotiffimis partibus frequentiffimo comitatu ad locum facrum venire. Et primo quidem mala, quae illi continuo accumulantur, vivida imagine defcribit: תְּהוֹם-אֶל-תְּהוֹם קוֹרֵא *Fluctus fluctum advocat,* hoc eft, calamitas calamitatem invitat adducitque. Aquarum inundationi paffim in Pfalmis infortunia affimilantur, vid. not, ad. Pf. XVIII, 17. et XXXII, 6. Ut igitur in fluminibus continenter fluentibus non ante prior gurges defluxit, quam alter influat, adeo ut prior fequentem, ut veniat, vocare, et fequens priori, quafi advocatus, occurrere videatur, ita nofter queritur calamitatibus et aerumnis tam multis premi, ut finis nullus effe videatur, fed aliae nafcantur ex aliis, et uni recedenti fuccedat altera. לְקוֹל צִנּוֹרֶיךָ כָּל-מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ *Perftrepentibus jugiter catarrhactis tuis, cuncti fluctus tui et undae tuae in me irruunt.* Inducit

 Deum,

Deum, velut e canalibus et catarrhactis, immensam super se demisisse vim aquarum, quae sic aestuarent, fluctibusque tempestuosae essent, ut nec navi evadere illas liceret. לְקוֹל צִנּוֹרֶיךָ Propr. *ad vocem tuborum* vel *emissariorum tuorum.* צִנּוֹר est *tubus, canalis,* per quem aqua in declive fertur, puta ex monte, vel ex tecto, ut 2 Sam. V, 8., praeterea haec vox non occurrit in V. T. Sed Chaldaeis illa significatione satis usitata est, vid. Buxtorfii *Lexic. Chald.* p. 1930. Hinc Chaldaeus paraphrastes hoc ipso nomine utitur pro Hebraeo נַחַל Cohel. I, 7. Hebraeorum magistri vocem צִנּוֹר explicant per מַרְזֵב, quod notat *canalem* seu *tubum* aquam effundentem, quomodo etiam a Chaldaeo paraphraste adhibetur hoc מַרְזֵב Job. XXXVIII, 25. de canalibus, aquas tepidas fundentibus, itemque hoc loco, ubi sic reddidit: לְקָל וְלְחִי מַרְזְבַיִךְ *ad sonum defluxionum canalium tuorum.* Aben-Esra: *Meminit* הַצִּנּוֹרִים, *tuborum, quia descendunt aquae ex celsis montibus.* Recte; respexit enim vates haud dubie aquas pluviales, quae magno cum strepitu per declivia praecipitantur, multasque et hic et illic efficiunt eluviones. Hinc non male Alexandrinus τῶν καταῤῥακτῶν σου, et Vulgatus *cataractarum tuarum,* posuit. Catarrhactae enim in fluminibus vel aquaeductibus loca sunt, ubi aquae praecipites ruunt. Quam J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 2113. seqq. tentavit nominis צִנּוֹר etymologiam, ad Arabicum صِنَّار, *caput fusi muliebris* (*Spindel*) illud referens, et quam reperisse sibi visus est inter *fusum* et *catarrhactam* similitudinem, auctori suo relinquamus. Per קוֹל, *vocem,* h. l. ille aquarum per montium declivia sese praecipitantium fragor intelligendus est. Nomen מִשְׁבָּר, *fractio,* in Plurali accipitur de *fluctibus* se mutuo confringentibus, vel quae franguntur a litore 2 Sam. XXII, 5. Ps. LXXXVIII, 8. XCIII, 4. Ad Libani catarrhactas hoc Versu vatem respexisse, conjicit J. D. Michaelis ad *Lowthii de Sacra Hebraeor.*

Poesi

Poefi Praelect. XXIII. p. 468. ed. Goett. fec. not. 100. p. 570. edit. Lipf. עָלַי עָבָרוּ, *fuper me transierunt*, h. e. inundaverunt, et tanquam fuo impetu correptum demerferunt; eft enim verbum עָבַר proprie aquarum, impetu defluentium, et obvium quidque rapientium. Vid. Pf. CXXIV, 4. Jon. II, 4.

9. Felicitatem autem priftinam, dum collecto ad fe univerfo populo fefta Deo celebraret, ejusque laudes caneret, hisce verbis indicat: יוֹמָם יְצַוֶּה יְהוָה חַסְדּוֹ *Interdiu mandabat Jova benignitatem fuam*, ablegabat ad me tanquam famulam, illam mihi praeftabat, curabat illam mihi obvenire. Ita Pf. CXXXIII, 3. כִּי שָׁם צִוָּה יְהוָה אֶת־הַבְּרָכָה *Nam illic mandavit Jova beneficentiam*, id eft, mandavit et curavit, ut illic, ubi fraternus amor vigeret, omnes fua beneficentia fruerentur. וּבַלַּיְלָה שִׁירֹה עִמִּי *Et noctu canticum ejus mecum* erat, noctu etiam ab illo cauffa mihi fuppeditabatur celebrandi ipfum canticis meis. Senfus eft: Olim Jova mihi continuo (id enim fignificatur formula: *diu noctuque*) ope fua adfuit, nunc quotidie mihi nova quaedam calamitas, hinc תְּפִלָּה לְאֵל חַיָּי *precatio ad Deum vitae meae*, oratio mea Deum, auctorem vitae meae, follicitat nunc, ut velit pariter effe ejus fervator. Pro חַיָּי *vitae meae*, codices nonnulli manu exarati, nec non Syrus, exhibent חָי, ut et fupra Verfu tertio לְאֵל חָי legitur. Probant hanc lectionem Bruns in *Nott. Critt.* p. 111., et Dathius. Sed huic Verfui multo aptior eft lectio vulgata. Quum enim Deum precibus fuis follicitaturum dicat, fane perquam appofite *Deum vitae fuae* illum appellat, hoc eft, cui foli fuam debeat vitam et profperitatem, tam ut datori, quam ut fervatori. Eadem ratione Davides Pf. XXIV, 5. Deum vocat אֱלֹהֵי יִשְׁעוֹ, *Deum falutis fuae*; cf. ibi not. Interpretes tantum non omnes hunc Verfum in *Futuro* reddunt, ut fenfus enafceretur hic: fpero, Jovam deinceps continuo ope fua mihi affuturum effe. Illam tamen, quam nos dedimus, interpretationem, quamque primus Aben-Efra propofuit, flagitare videtur totus orationis tenor, praefertim hujus

Verſus concluſio. Neque obſtat huic interpretandi rationi, quod יְצַוֶּה, propria *Futuri* forma, eſt poſita, quum ſatis conſtet, quam parum accurate Hebraei, praeſertim poëtae, et ipſi etiam hiſtorici, in uſurpandis temporum formis verſari ſoleant. Exempla plura habes Pſ. XLIV, 3. 10 — 15. Vid. et Exod. XXXIII, 7. Cf. Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 162.

10. Sequuntur nunc illae ipſae preces, quarum ſub finem Verſus ſuperioris mentionem fecerat: אוֹמְרָה לְאֵל סַלְעִי *Dicam Deo petrae meae*, h. e. Deo, qui eſt petra mea, quo ſolo ſemper ſum nixus. Loco appoſitionis interdum conſtructio per regimen uſurpatur, ut Jerem. XIV, 17. בְּתוּלַת בַּת עַמִּי, *virgo filiae populi mei*, i. e. virgo, quae eſt filia populi mei. Cf. Schroederi *Syntax. Nominn.* Reg. VI. p. 227. Gesenii *Lehrgeb.* p. 677. אוֹמְרָה autem h. l. non eſt Participium, ſed prima Futuri Cal, cum ה paragogico, ut אֹסְפָה, *congregabo*, Mich. IV, 6. Vid. Buxtorfii *Theſaur. Grammat.* p. 111. לָמָה שְׁכַחְתָּנִי *Quare oblíviſceris mei?* Id enim videbatur tantopere adflicto. לָמָּה־קֹדֵר אֵלֵךְ בְּלַחַץ אוֹיֵב *Quare ater*, pullatus, vel funeſtus *ingredior, opprimente usque hoſte?* Quare ſemper eſt, unde lugendum mihi? quare perpetuo hoſtis obterit, ut cogar continuo indulgere lamentis? Ex habitu enim luctus, luctum et dolorem, per Synecdochen ſignificat, ut et Pſ. XXXV, 14. et XXXVIII, 7. ubi not. vid.

11. Iterum repetit illud, quod impii ei opprobrium objecerunt (Vs. 4.), dum inſortunio adhuc premeretur, queriturque omnem cruciatum excedere dolorem, quem ei inferret illa hoſtium inſultatio. בְּרֶצַח בְּעַצְמוֹתַי חֵרְפוּנִי צוֹרְרָי בְּאָמְרָם אֵלַי כָּל־הַיּוֹם אַיֵּה אֱלֹהֶיךָ *Cum confractione in oſſibus meis convitiantur me inimici mei*, h. e. excruciant me acerbiſſimis opprobriis, quae tantum mihi inferunt dolorem, ac ſi oſſa mea frangerentur, ſive, ut recte Dathius vertit: *Tanquam ſi oſſa mea frangerentur, dolent me meorum hoſtium convicia, cum dicunt ad me*

quo-

quotidie: ubi eſt Deus tuus? Nomen רֶצַח vulgo vertunt *occiſionem*, et ſane verbum רָצַח Hebraeis de *homicidio* ac *trucidatione* uſurpatur; ſed primam et propriam vim ſervavit nobis Arabum رضح et رضخ, *confregit, contudit, comminuit*, ſpeciatim *lapide*; hinc et, *telo* percuſſit. Sed propria *confringendi* notione Hebraeum verbum occurrit Pſ. LXII, 4. et nomen רֶצַח praeter noſtrum Ezech. XXI, 22. (al. 27.), ubi de *fractione murorum*, adhibitis arietibus, dicitur. Recte itaque noſtro loco Alexandrinus vertit: ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστέα μου, quod Vulgatus expreſſit: *dum confringuntur oſſa mea*. Ac Syrus: ܒܡܬܒܪܘ ܕܓܪ̈ܡܝ *in confractione oſſium meorum*. Pro בְּרֶצַח reperiri in quibusdam codicibus כְּרֶצַח, *ſicut confractio*, obſervavit jam VATABLUS, atque eandem lectionem in aliis nonnullis codd. invenerunt et Kennicottus atque de Roſſi.

12. Iam iterum recipit ſe, et animam ſuam conſolatur, iisdem verbis, quibus ſupra Verſu quarto uſus eſt, ad quem vid. not.

PSAL-

PSALMUS TERTIUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Ita hic Pſalmus et argumento et ipſa dictione cum ſuperiore convenit, ut pars illius potius, quam novus Pſalmus putandus ſit, praeſertim quum et intercalationem eandem repetat ad calcem, quam ſuperior in medio et ad extremum habet. Quid? quod in codd. XXXVII, a Kennicotto citatis, novemque a de Roſſio inſpectis, hic Pſalmus cum XLII. ita conjunctus ſit, ut unum continuum carmen efficiant.

1. שָׁפְטֵנִי אֱלֹהִים *Judica me, Deus,* hoc eſt, ſecundum me, eoque me vindica, וְרִיבָה רִיבִי *et litiga litem meam,* defende cauſſam meam, vid. de hac phraſi ad Pſ. XXXVI, 1. Id inde orat et exoraturum ſperat, מִגּוֹי לֹא חָסִיד *propter gentem non benignam,* quod adverſarii gens eſſent inhumana, ſaeva, bonitatis expers. Talis utique tum erat illa populi Iſraelitici pars, quae patiebatur adduci ſe ad conjurandum contra regem de ipſis tam optime meritum. Sunt, qui haec verba מִגּוֹי לֹא

לֹא חָסִיד cum ultimo hujus Verſus verbo, תְּפַלְּטֵנִי, conjungerent, ut vertendum eſſet: *a gente minime benigna me eripias.* Sed accentus ſuadent illa verba potius cum iis, prae praeceſſerunt, connectere, ut particula מ ante גוי vertenda ſit *propter*, indicetque cauſam accelerandi judicii,* ſupinam nempe et propudioſam hoſtium plurimorum iniquitatem. מֵאִישׁ מִרְמָה וְעַוְלָה תְּפַלְּטֵנִי *A viro fraudis et pravitatis eripe me*, h. e. a viro fraudulento et pravo, quo vel Ahitophelem, vel ipſum Abſalomum, aut certe conjuratos omnes intelligit, ut אִישׁ collective ſit accipiendum.

2. אֱלֹהֵי מָעוּזִּי *Deus propugnaculi mei*, quandoquidem tu adhuc ſemper fuiſti propugnator et defenſor meus (de מָעוֹז vid. not. ad Pſ. XXVII, 1.), לָמָה זְנַחְתָּנִי, *quare me reſpuiſti*, ſ. abjeciſti *me?* h. e. quare me hoſtium libidini penitus permiſiſti, non aliter ac ſi me prae taedio abjeciſſes. Verbum זָנַח, quod proprie *odorem rancidum contraxit*, *foetuit* ſignificat (vid. N. G. Schroederi *Obſervatt. ad Origg. Hebrr.* C. V. p. 70.), hinc aliquid cum faſtidio *adjicere*, *adverſari*, denotat, conjungitur namque cum מָאַס *faſtidivit*, *faſtidio reprobavit*, Pſ. LXXXIX, 39., ſaepiusque de Deo populum ſuum abjiciente, i. e. non defendente contra hoſtium irruptiones et devaſtationes uſurpatur, ut Pſ. LXXIV, 1. LXXVII, 8. LX, 3. 12. Sic de ara, a Jova neglecta, nec contra hoſtes, eam profanantes, defenſa, Thren. II, 7. — לָמָּה קֹדֵר אֶתְהַלֵּךְ בְּלַחַץ אוֹיֵב *Quare pullatus incedo, obterente hoſte?* *Vid. not. ad Pſ. XLII, 10.

3. שְׁלַח־אוֹרְךָ וַאֲמִתְּךָ *Mitte lucem tuam et veritatem tuam.* Sibi, in miſeriarum tenebris verſanti, *lucem* petit *Dei* mitti, hoc eſt, effulgere, nempe opem, qua eo periculo eximeretur (vid. Pſ. XXVII, 1. XXXVI, 10.), quam ipſam *et fidem Dei* vocat, quia ex fide, qua Deus fovet ſuos, opem cultori ſuo laturum ſperat. Cf. not. ad Pſ. XXV, 5. — הֵמָּה יַנְחוּנִי *Illae deducant me*, ſecure et feliciter, negotium meum expediant. Latet namque

in

in verbo נָחָה, *deduxit*, peculiaris cura et circumspectio, qua aliquis ducit alium, veluti instar pastoris, magna cum cura teneras ducentis oves, ne vel defatigentur nimium, vel ad avia deflectant, ut Ps. XXIII, 3. Sic etiam Genes. XXIV, 28. de servi Abrahami, alias viarum ignari, per semitam rectam, item de ductu Israelitarum per columnam ignis in deserto, Exod. XIII, 21. Nehem. IX, 12. 19. Innuit itaque noster, se consilii esse prorsus inopem, nec viam invenire, quomodo ab exilio ad locum toties optatum possit reverti, nisi divina ope adjuvaretur. יְבִיאוּנִי אֶל־הַר־קָדְשְׁךָ וְאֶל־מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *Perducant me ad montem sanctum tuum, et ad habitacula tua*, ad sanctam panegyrin in monte Sion, Jovae sacro, celebrandam, adque Tabernaculum sacrum, quod *habitationis Jovanae*, מִשְׁכַּן יְהוָה, nomine indigitari, res ipsa docet, et liquet ex Exod. XXV, 9. XXVI, 1. seqq. 2 Sam. VII, 6. Ps. LXXVIII, 60.

4. וְאָבוֹאָה אֶל־מִזְבַּח אֱלֹהִים *Ut adire liceat aram Dei*, cum hostiis eucharisticis, qualia offerre solebant liberati e magnis periculis, אֶל־אֵל שִׂמְחַת גִּילִי, *ad Deum gaudii mei, exultationis meae*, hoc est, gaudii sui, unde laetaretur et gestiret, auctorem celebraturus, qui, lata ope, faciem suam exhilarasset, seque Deum suum declarasset. De גיל vid. supra p. 597. seq. וְאוֹדְךָ אֱלֹהִים אֱלֹהָי, *atque ut celebrem cum cithara Te, Deus, mi Deus.* De כִּנּוֹר vid. not. supra ad Ps. XXXIII, 2.

5. Ad hunc Versum adnotanda vide supra Ps. XLII, 6.

PSAL-

PSALMUS QUARTUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

In calamitatibus populi maximis, cum ſuccumberet in multis praeliis, et premeretur graviter ab hoſtibus, has preces fecit auctor Pſalmi hujus, Coraides, quibus praemittit glorioſam commemorationem ſummorum beneficiorum, quae Deus in populum Judaicum contulerit, tam eo tempore, quo primum in terram Cananaeam eum introduxit, quam ſuccedentibus omnibus temporibus, ab initiis rerum ſuarum usque ad illa tempora. Sed in praeſentia experiri ſe nequaquam ſimilem benignitatem gratiae ejus, et hac occaſione queritur miſerabiliter de malis, in quibus haereant: atque ita implorat opem Dei ardenter et fidenter, ut talem, nunc etiam, ſe Deus praebere velit populo adverſus hoſtes ſuos et gentes exteras, qualem ſuperioribus temporibus ſemper ſe ei praebuerit, cum in verae pietatis vero et conſtanti cultu atque ſtudio, et eadem

eadem pietate et religione, quam patres ipsorum, coluerint, propterque idem studium veritatis haec mala omnia eis accidant.

Non autem esse hunc Psalmum Davidis, et titulus ostendit, et compositio etiam ipsa à Davidica formula aliena est; nec fuisse talem, tanquam miserum et tristem statum populi Davidis tempore, constat. Itaque aliqui ad Assyriaca et Babylonica tempora, alii ad reversionem ab exilio, alii ad Antiochica et Macchabaica referunt, id quod et ego censeo, cum res ostendat, fuisse adhuc aliquem statum populi, qui nullus fuit Babylonico tempore, congruant autem Antiochico praeclare omnia *).
Adstipulatur huic sententiae et Dathius, qui praeterea observat, stili quoque simplicitatem et facilitatem, quae Psalmis serioribus propria sit, Antiochicis temporibus optime convenire.

---

2. אֱלֹהִים בְּאָזְנֵינוּ שָׁמַעְנוּ *Deus, auribus nostris audivimus,* pleonastica locutio, qualis illa: *oculis videre,* Deut. XXXIV, 4. Ezech. XLIV, 5. Ps. XCI, 9.; *voce clamare,* Ps. III, 5., *lingua loqui,* Ps. XXXIX, 4. — אֲבוֹתֵינוּ סִפְּרוּ־לָנוּ פֹּעַל פָּעַלְתָּ בִימֵיהֶם *Majores nostri narrarunt nobis facinora, quae illorum temporibus patrasti.* Post פֹּעַל subaudiendum pronomen relativum אֲשֶׁר, cujus ellipsis satis frequens, praecipue in Psalmis, ut VII, 16. IX, 16. XVI, 4. — בִּימֵי קֶדֶם *In diebus antiquitatis,* tempore prisco.

3. Quae-

*) Cf. not. infra ad Vs. 12. et 23.

3. Quaenam ſint illa facinora, exponit. אַתָּה יָדְךָ גּוֹיִם הוֹרַשְׁתָּ *Manu tua gentes* ſedibus ſuis *ejeciſti.* Ante יָדְךָ ſubaudiendum eſt praefixum בְּ, quod facit Ablativum inſtrumenti, ut Pſ. XVII, 13. חַרְבֶּךָ, *gladio tuo. Gentes* terram Cananaeam incolentes, quarum catalogum recenſet liber Joſuae. וַתִּטָּעֵם *Et plantaſti eos,* ſcil. majores noſtros; affixum referendum eſt ad remotius, אֲבוֹתֵינוּ Vs. 2., cujusmodi exempla ſunt Geneſ. XIX, 13. לְשַׁחֲתָהּ *ad perdendam eam,* ſcil. civitatem, e Vs. 12. et Pſ. XVIII, 15. וַיְפִיצֵם ſcil. hoſtes, e Vs. 4. Utitur autem noſter *plantandi,* נָטַע, verbo, ut firmas illorum ſedes indicaret, ſignificat enim per metaphoram, ita aliquid provehere atque promovere, ut feliciter permaneat ac proficiat, non mox veluti ſuo humore deſtitutum exareſcat; qua eadem metaphora uſus eſt Moſes in Cantico Exod. XV, 17. de eadem re loquens, *Introduces eos,* inquit, וְתִטָּעֵמוֹ *et plantabis in monte haereditatis tuae.* Et 2 Sam. VII, 10. Jova ait: *Poſui locum populo meo Jſraël,* וּנְטַעְתִּיו *et plantavi eum, et ſine ullo timore ibi habitabit.* Eandem porro ſententiam diverſis verbis repetens, ait: תָּרַע לְאֻמִּים *Affixiſti populos,* Cananaeos illos, וַתְּשַׁלְּחֵם, *et ejeciſti eos,* e ſedibus avitis. Sed quia verbum שָׁלַח in Piel etiam *late emittere,* aut *extendere* ramos, propaginesve ſignificat, ut Ezech. XVII, 7. *Vitis* שִׁלְּחָה *extendit propagines ſuas,* et Vs. 6. *fecit palmites* וַתְּשַׁלַּח *et emittit propagines ſuas,* vid. quoque Ezech. XXXI, 5. Pſ. LXXX, 12.; hinc alii et noſtro loco וַתְּשַׁלְּחֵם *et emiſiſti,* extendiſti, *eos,* ſcil. Iſraelitas, hoc eſt, propagaſti eos in longum et latum, eosque in terra Cananaea omnibus opibus et potentia feciſti florentes. Quae ipſa Syri interpretis videtur mens fuiſſe, qui poſteriorem Verſus noſtri partem ita reddidit: *maleſeciſti regnis,* ܘܩܝܡܬ ܐܢܘܢ *et ſtabiliviſti illos.* Apparet tamen dispar ratio conſtructionis, ſi locos adductos verbi שָׁלַח conferamus cum noſtro loco, in illis enim *emittere* dicitur res ipſa plantata ſuos ramos

vel

vel propagines, hic vero diceretur de Deo, vires extendendi creſcendique largiente, quod vix admittat linguae uſus: praeterea alias apponitur Accuſativus, quid emittat arbor aut vitis, nempe ramos, vel propagines, qui tamen h. l. deſideratur. Retinenda igitur *ejiciendi* ſignificatio, quomodo hoc ipſum verbum שִׁלַּח de uxore repudiata, foris pulſa, uſurpatur, Deut. XXXIV, 1. 3. 4. Jeſ. L, 1., nec non de Iſraelitis, propter impietatem expulſis Pſ. LXXXI, 13. Cf. 1 Reg. IX, 7. Jerem. III, 8. XV, 1. Ita et noſtro loco Alexandrinus, ἐξέβαλες αὐτούς, Vulgatus, *expuliſti eos*, et Chaldaeus: פַּסַּרְתִּנּוּן, *conſumſiſti eos.*

4. Hoc unius Dei virtuti et benevolentiae acceptum refert, negatque virtuti populi aliquid horum tribuendum. כִּי לֹא בְחַרְבָּם יָרְשׁוּ אָרֶץ *Nec enim gladio ſuo terram poſſederunt*, non ſuis armis terram Cananaeam occuparunt. In verbo *poſſidendi* incluſum latet verbum adhuc aliud, quod cogitatione anticipatur, nempe *expugnandi*, vel *occupandi;* terra namque, gladio prius occupata, poſtea demum *poſſideri* poteſt jure hereditario. Cujusmodi verborum praegnantium exempla vidimus Pſ. XVIII, 46. XXII, 22. — וּזְרוֹעָם לֹא־הוֹשִׁיעָה לָּמוֹ *Et brachium eorum*, virtus ſeu fortitudo bellica, *non praeſtitit eis ſalutem*, כִּי־יְמִינְךָ וּזְרוֹעֲךָ וְאוֹר פָּנֶיךָ *ſed dextera tua et brachium tuum et lumen vultus tui*, favor tuus, illos adjuvit in terra Cananaea occupanda. כִּי רְצִיתָם *Nam favebas illis.* non ob aliud, quam quia libuit tibi benefacere illis.

5. Inducit nunc vates populum confitentem Deo, ſibi et poſtquam in terram Canaan ipſum transtulit, atque in ea mirifice auxit, ſaepiſſime mira benignitate adfuiſſe, et ab hoſtibus ſe potenter vindicaſſe. אַתָּה־הוּא מַלְכִּי אֱלֹהִים *Tu ipſe rex meus es, Deus*, quo argumento flectere ſtudet Deum ad opem ſibi ferendam. Non alius, inquit, majorum noſtrorum tempore Deus fuit, quam tu ipſe, quem nos hoc tempore licet malis omnibus

bus vexati colimus, et regem habemus; fi ergo tu ipfe es Rex nofter, et Deus nofter, qui olim pro partibus noftris res tam admirabiles geffifti, aequum eft, ut hoc quoque tempore populum tuum adjuves et laboranti fuccurras. צַוֵּה יְשׁוּעוֹת יַעֲקֹב *Praecipe*, vel *manda*, *falutes Jacobi*, juffu tuo effice, ut falus adveniat Jacobitis; falutem et opem tuam tanquam miniftros mandes, et tanquam legatos mittas populo tuo. Refpicitur ad *regis* potentiam, folo mandato aliquid efficientis.

6. בְּךָ צָרֵינוּ נְנַגֵּחַ *Per te adverfarios noftros feriebamus*, tua ope muniti et fortitudine confirmati, copias hoftium quamvis multas et fortes fundere foliti fumus atque fugare, non fecus atque tauri vel arietes cornibus ferire atque fugare infirmiorum pecorum armenta gregesve folent atque hac illac difpergere. בְּשִׁמְךָ נָבוּס קָמֵינוּ *Per nomen tuum conculcavimus infurgentes contra nos*, non aliis armis, nifi tua ope, conterere, inftar boum, res cornubus proftratas pedibus comminuentium, confuevimus eos, qui in nos infurgerent, et armis ultro laceſſerent. קָמֵינוּ pro קָמִים עָלֵינוּ Pf. XCII, 12.

7. כִּי לֹא בְקַשְׁתִּי אֶבְטָח *Non enim in arcu meo fiduciam pono*, per *arcum*, ut poftea per *gladium*, fynecdochice indicantur arma quaevis bellica. וְחַרְבִּי לֹא תוֹשִׁיעֵנִי, *et gladius me minime fervabit.*

8. כִּי הוֹשַׁעְתָּנוּ מִצָּרֵינוּ וּמְשַׂנְאֵינוּ הֱבִישׁוֹתָ *Sed tu ab infeftis nobis nos fervafti, et pudefecifti, qui nos odio profequebantur*, qui, cum ea, quae animo praefumferant, in diverfum atque in contratrium tuo nutu cecidiffent, confufi funt et pudore completi, adeo ut in publicum prodire et lucem intueri refugerent.

9. בֵּאלֹהִים הִלַּלְנוּ כָל־הַיּוֹם וְשִׁמְךָ לְעוֹלָם נוֹדֶה *Deum laudabimus quotidie, et nomen tuum fempiterna laude celebrabimus;* quotidie fuit, unde Deum laudarint, quam etiam laudem non dubitarunt fore perpetuam.

10. Inde ab hoc Verfu queritur populus omnia fecum in diverfum immutata. Antea ita egrediebatur inter figna populi fui Jova, ut hoftes fuos plane conculcarent, eoque fpoliis eorum potirentur, femperque ob victoriam Deo laudes decantarent. Nunc deplorant fe a Deo repulfae, non egredi illum una ad proelium. אַף־זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ וְלֹא־תֵצֵא בְּצִבְאוֹתֵינוּ *Nunc autem repudiafti et ignominia affecifti nos, non exis cum exercitibus noftris.* Cum exire adverfus hoftes ad pugnam oportuit, cum arma conferre, non, ut antea folebas, tanquam dux et imperator, copias noftras exercitumque duxifti, fed aciem noftram duce fpoliatam reliquifti, quae res nobis cladis acceptae caufa fuit. De verbo זָנַח vid. fupra ad XLIII, 2.

11. תְּשִׁיבֵנוּ אָחוֹר מִנִּי־צָר *Reverti nos fecifti*, fecifti terga dare, *propter hoftem*, nobis validiorem redditum, ftrenueque fugientes nos infequentes. Particula מִן h. l. habet Jod paragogicum, ut Jef. XLVI, 3. — וּמְשַׂנְאֵינוּ שָׁסוּ לָמוֹ, *Et qui odio nos profequuntur, praedati funt fibi*, abftulerunt fibi praedam, facultates noftras.

12. תִּתְּנֵנוּ כְּצֹאן מַאֲכָל *Pofuifti nos ut gregem comeftionis*, h. e. ut gregem, quem quis ab iis, quas ftatuit alere ad progeniem et lanificium feligit, ordine fingulas mactat. Tum qui victoris hoftis gladium evaferunt, ii difperfi venditi inter gentes ferviunt miferrime: וּבַגּוֹיִם זֵרִיתָנוּ *et inter gentes difperfifti nos*, tanquam paleas ex area in omnem ventum diffipantur, quod eft propria verbi זָרָה fignificatio, vid. Ruth. III, 2. Jerem. IV, 11. Jef. XLI, 16. Antiochus Epiphanes, pro infenfiffimo, quo in Judaeos animo erat, Jafonis, Pontificis Maximi, tumultu offenfus Judaeorumque a fe defectionem timens, cum ex Aegypto redux, Hierofolymorum urbem vi expugnaffet, intra triduum 40,000 Judaeorum trucidavit, et 80,000 pro mancipiis vendidit; 1 Maccab. I, 17. 29. 2 Maccab. V, 11. 23. JOSEPHI *Archaeol.* Libr. XII. Cap. VII. Et biennio poft expugnatam a fe urbem

Apol-

Apollonium, tributorum suorum praefectum cum exercitu in Judaeam misit, omnes inter Judaeos puberes mares jugulare, impuberes autem feminasque pro mancipiis vendere jussum, 2 Maccab. V, 24. 27.

13. תִּמְכֹּר־עַמְּךָ בְלֹא־הוֹן *Vendidisti tuum populum absque opibus*, tanquam vilissima mancipia, vel sine pretio, vel tam vili, ut paene nihil videretur, vendidisti, omni dominio ac potestate in hunc populum te abdicasti, quemadmodum et alias Deus, populum suum non curans nec defendens, dicitur eundem vendidisse, Deut. XXXII, 30. Jud. II, 14. III, 8. IV, 2. Jes. L, 1. — בְלֹא־הוֹן ad verbum, *absque opibus;* vel pecunia, id est ejusmodi pretio, quod pretium videri non potest, sed quasi gratis dedisti et donasti hostibus ut vilissima mancipia, a quibus pretium exspectari aut percipi nullum posset. וְלֹא־רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם, quae verba Chaldaeus recte haud dubie ita explicavit: וְלָא אַסְגִּיתָא קִנְיָנָא בִּפְרוּגֵיהוֹן, *neque multiplicasti possessionem pretiis ipsorum*, non ejusmodi venditio fuit, ut in commutatione lucrum magnum accederet venditori; quem sensum et Theodotion expressit: καὶ οὐκ ἦν πλέονασμα ἐν τῷ ἀλλάγματι ἡμῶν, *et non fuit redundantia*, vel *utilitas in commutatione nostra.* Recentiores interpretes praefixum בְּ ante מְחִירֵיהֶם constructioni Accusativi servire existimant, vertuntque sic: *nec multiplicasti pretia eorum*, non similis fuisti mercatori, qui rem vendendam, praecipue si sit aliquantum grata, amplificato pretio solet reddere caram, sed Tu vilissimo pretio, et quasi paucis annumeratis obolis, omne tuum jus renunciasti in manus hostium nostrorum. Sed nusquam alias verbum רִבָּה per praefixum ב cum Accusativo conjungitur.

14. תְּשִׂימֵנוּ חֶרְפָּה לִשְׁכֵנֵינוּ *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris*, comparasti nos, ut probris nos afficiant vicini, h. e. gentes in conterminio Palaestinae habitantes, quales ab occasu Philisthaei, a meridie Edomaei, ab ortu Ammonitae ac Moabitae, ubi populum Judaicum hosti-

hoftibus caedi fpoliarique vident, opprobria in eum jactant. תְּשִׂימֵנוּ *Ponis nos*, h. e. facis ut fimus, ut Pf. XXXIX, 9. et alias faepiffime. לַעַג וָקֶלֶס לִסְבִיבוֹתֵינוּ *Irrifionem et ludibrium* ponis nos illis *qui circa nos funt.* קֶלֶס *Ludibrium*, h. e. ludibrii materiam, vel fumme delufos et contemtos. Bis adhuc haec vox occurrit, Pf. LXXIX, 4. ubi eadem verba, quae hic, et Jerem. XX, 8. ad defignandam ingentem prophetae delufionem ob mandati divini praeconium fibi ab impiis illatam. Chaldaeus interpres h. l. חִירְפְּתָא, *ignominiam*, Pf. LXXIX, 4. גִּיחְכָא *derifionem*, Jerem. XX, 8. לַעַג *fubfannationem*, reddidit. Ceteris dialectis ea notione nec verbum nec nomen ufitatum eft; de fignificatione tamen nulla poteft effe dubitatio. לִסְבִיבוֹתֵינוּ Propr. *circuitibus noftris*, h. e. iis gentibus, quae funt circa noftram terram fitae; quae antea *vicini* vocantur. Ita Ezech. V, 14. 15. *Inter gentes* אֲשֶׁר סְבִיבוֹתַיִךְ *quae circa te.*

15. תְּשִׂימֵנוּ מָשָׁל בַּגּוֹיִם *Fecifti nos proverbium inter gentes*, ad eam conditionem nos redegifti, ut jactetur de nobis extremae calamitatis proverbium, ut noftram fortem pro fumme mifera et calamitofa homines ufurpare folerent. Conf. Jerem. XXIV, 9. Deut. XXVIII, 37. — מְנוֹד־רֹאשׁ בַּלְאֻמִּים *Agitationem capitis inter gentes* nos fecifti, ut quisque confpectis nobis commoveat caveat caput, qui eft irridentium geftus, vid. Pf. XXII, 6. et ibi not.

16. כָּל־הַיּוֹם כְּלִמָּתִי נֶגְדִּי וּבֹשֶׁת פָּנַי כִּסָּתְנִי *Quotidie ignominia mea coram me*, adeo non poffum oblivifci miferiae meae, ut ea femper obverfetur menti meae et oculis meis, dum adverfarii mei non intermittunt continuis irrifionibus me infectari, *et pudor faciei meae operuit me*, adeo deturbatus fum a dignitate mea priftina, adeo crebris obtundor undique contumeliis, ut prae pudore non ferre amplius poffim aliorum confpectum.

17. מקול מחרף ומגדף *Propter probra jacientes et conviciantes* operuit faciem meam pudor, de quo Vs. 16. Verbum גדף in Conjugatione Piel tantummodo occurrens, proprie *profcidit convitiis, maledictis infectatus eft*, fignificat, docente Arabum et Aramaeorum dialecto, in V. T. femper quidem ufurpatur de his, qui *divinum numen verbis violant*, 2 Reg. XIX, 6. 22. Jef. XXXXI, 6. 23. Ezech. XX, 27. Num. XX, 30., fed nomen גדוף dicitur etiam de *ignominia* et *convitiis* homini illatis, ut Jef. XLIII, 28. LI, 7. Zeph. II, 8. — מפני אויב ומתנקם *Propter hoftes et ulcifcendi avidos* pudore oppleor. מפני h. l. valet *propter*, ut Pf. XXXVIII, 4.

18. Sincerum nunc idemque perfeverans Dei ftudium, quamlibet intolerabili calamitate et miferia preffi, profitentur. כל־זאת באתנו ולא שכחנוך ולא־שקרנו בבריתך *Totum hoc accidit nobis, attamen nequaquam tui oblivifcimur, nec perfide nos in foedere tuo habemus.* לא־שקרנו Propr. *non menduciter egimus contra foedus tuum*, h. e. non aliter atque decet eos, qui Deo nomen dederunt, ex praefcripto illius vivimus.

19. לא־נסוג לבנו ותט אשרנו מני ארחך *Non deflectit retro cor noftrum*, amorem nequaquam in alia tranftulimus, eoque *nec declinant a femitis tuis greffus*, omnibus cum dictis tum factis fic inftitutis, ut divinis praefcriptis congruerent.

20. כי דכיתנו במקום תנים *Quando contrivifti nos*, acerbiffime nos afflixifti, inftar eorum, quibus omnia conquaffata et comminuta funt offa, de tali namque conquaffatione verbum hoc vidimus ufurpari Pf. X, 10. XXXVIII, 9. LI, 10. 19., *in loco draconum*, objiciendo nos draconibus, inter quos verfemur. Significari autem *draconum* nomine tyrannos, qui eos opprimunt et crudeliter tractant, manifeftum. Alii *locum draconum* intelligunt horrentes terras, et fqualore ac fterilitate deformes ac defertas, ut belluarum ac ferarum potius quam hominum habitatio viderentur, quam fenten-

tiam fequutus eft Aquila, qui vertit: συνέθλασας ἡμᾶς ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ, *contrivifti nos in loco inhabitabili.* A primaria verbi تن, תָּנַן, fignificatione, quam Arabum Lexicographi, referente A SCHULTENSIO in *Commentar. ad Job. XL*, 20. p. 1170., fynonymo قمع, id eft, *forbere, abforbere, diductis faucibus*, declarant, nomen תַּנִּים *belluas quasque terribiles, immenfae magnitudinis*, tam *aquatiles*, quam *terreftres*, notare videtur (quae fignificatio aptiffima locis Jef. XXXIV, 13. Jerem. IX, 10.), ita tamen, ut nonnumquam etiam de certis quibusdam belluis vaftis et noxiis ufurpetur, veluti de *ferpentibus*, Exod. VII 9. coll. IV, 3., de *crocodilo* Pf. LXXIV, 13 14. Jef. XXVII, 1., quibus locis תַּנִּין et לִוְיָתָן promifcue fumuntur, de *cetis*, Genef. I, 21. Pf. CIV, 26. CXLVIII, 7. Alias de hoc nomine fententias retulimus et perpendimus, in Not. ad BOCHARTI *Hieroz* P. II L. III. Cap. XIV. Tom III. p. 222. edit. Lipf. וַתְּכַס עָלֵינוּ בְצַלְמָוֶת *Et umbra mortis nos operuifti*, omnem nobis fpem emergendi ex his miferiis ademifti penitus, ita ut confilii inopes inftar caecorum palpemus terrore maximo perculfi, inftar eorum, qui in folitudine quadam horrida oberrant, et quidem nocte caliginofiffima, ubi nec ftellulam, nec quicquam lucidi datur intueri. De nomine צַלְמָוֶת vid. not. ad Pf. XXIII, 4.

21. אִם־שָׁכַחְנוּ שֵׁם אֱלֹהֵינוּ *Si obliti fuiffemus nominis Dei noftri*, h. e. fi abnegaffemus religionem veram et cultum Dei noftri, vel neglexiffemus eum per contemtum. *Nomen* h. l. ut faepius ponitur pro re nominata; fupra Vs. 18. dixerat: *non obliti fumus Tui*, nunc, *nominis tui*. וַנִּפְרֹשׂ כַּפֵּינוּ לְאֵל זָר *Atque fi expandiffemus manus noftras ad Deum alienum*, fi opem alienorum deorum imploraffemus, tanquam qui a Jova defecerint, eumque non amplius pro Deo fuo agnoverint.

22. הֲלֹא אֱלֹהִים יַחֲקָר־זֹאת *Annon exploraffet hoc Deus?* Si illud admififfemus, nequaquam impune tuliffemus,

bus, coluimus igitur a Deo vero, quamlibet ſaeviente, divelli, כִּי הוּא יֹדֵעַ תַּעֲלֻמוֹת לֵב *quandoquidem ipſe novit recondita cordis.*

23. Tantum vero abeſt, ut quicquam defectionis talis admitteremus, ut contra potius, ideo, quod Te et tuam veritatem profitemur, ab hoſtibus noſtris accidant nobis haec omnia: כִּי־עָלֶיךָ הֹרַגְנוּ כָל־הַיּוֹם נֶחְשַׁבְנוּ כְּצֹאן טִבְחָה *Sed propter Te occidimur quotidie, reputati ſumus inſtar gregis mactationi deſtinati.* Conf. ſupra Vs. 12. Haec vix aliis temporibus convenerint, niſi illis, quibus Antiochus Epiphanes crudeliſſime in Judaeos ſaeviit, et nihil aliud egit, quam ut religionem Judaicam penitus extirparet. Sub poena enim ſupplicii ſacra ſummo numini fieri, filios circumcidi, ſabbatha et feſta celebrari, legemque Moſaicam obſervari vetabat. Contra ea idolis in ſuſcitatis per totam Judaeam aris ſacra facere juſſit. Vid. 1. Maccab. I, 30 — 67. Josephi *Archaeol.* XII, 5. 4. Haec igitur, quae hoc Verſu leguntur, pii dicunt ex populo, et ad hos ſolos referenda haec conteſtatio, qui et ab apoſtatis graviter afflicti fuerunt. Illud עָלֶיךָ ſub hujus Verſus initio, quod omnes interpretes et veteres et recentiores *propter Te* reddunt, hoc eſt, propterea quod tibi et religioni tuae addicti ſumus, C. G. Henslerus in *den Bemerkungen über Stellen in den Pſalmen* p. 69. *coram Te,* vertendum cenſet, id eſt, te vidente et admittente occidimur. Et certe particula עַל haud raro *coram* denotat, veluti Zachar. IV, 14. VI, 5. pluribusque aliis locis a Noldio in *Concordantt. Particular.* p. 551. ed. Tymp. enumeratis. Non tamen a veterum interpretum unanimi conſenſu diſceſſurum fuiſſe Henslerum exiſtimo, ſi de Antiochicis temporibus cogitaſſet. Chaldaeus מְטוּלְתָךְ, Syrus ܡܛܠܬܟ, Alexandrinus ἕνεκά σου, Vulgatus *propter te* reddidit.

24. Dum adeo permittit ſuos Deus impiis, *dormire averſiſſe faciem* ſuam videtur, ut *evigilare* et *reſpicere,*

 dum

dum impiis proſtratis ſuos ſervat; id ut faſiat, Verſu ho[c] et proximo orant: עוּרָה לָמָּה תִישַׁן אֲדֹנָי הָקִיצָה אַל-תִּזְנַח לָנֶצַח *Evigila, quare obdormis, Domine, excita te, ne repudies nos perpetuo.*

25. לָמָּה פָנֶיךָ תַסְתִּיר תִּשְׁכַּח עָנְיֵנוּ וְלַחֲצֵנוּ *Quare faciem tuam oculis, nullam habes afflictionis et oppreſſionis noſtrae rationem?*

26. כִּי-שָׁחָה לֶעָפָר נַפְשֵׁנוּ *Depreſſa eſt anima noſtra ad pulverem*, id eſt, ad extremam miſeriam redacti, et mortui proximis ſumus, ſimiles militibus victis inque terram proſtratis, quorum collis corporibusque inſiſtere ſolet victor, ut Joſ. X, 24., Deuter. XXXIII, 29. — דָּבְקָה לָאָרֶץ בִּטְנֵנוּ *Terrae adfixus eſt venter noſter*, ſimilitudo iterum mutuata ab homine in terram proſtrato, cujus venter terrae jam haeret.

27. קוּמָה עֶזְרָתָה לָּנוּ וּפְדֵנוּ לְמַעַן חַסְדֶּךָ *Surge in auxilium nobis, et redime nos propter bonitatem tuam.* Ante עֶזְרָתָה ſubaudienda fuerit particula ל, quae alias in hac formula frequens, veluti Pſ. XXIII, 20. לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה, item Pſ. XL, 4. XXXVIII, 23. LXX, 2. LXXI, 12., aut particula ב, ex Pſ. XXXV, 12. קוּמָה בְּעֶזְרָתִי. Poſſit tamen et h. l. in *Vocativo* verti, ut antonomaſtice Deus appelletur *Auxilium*, hoc modo: *Surge, o Auxilium noſtrum!* Sic namque in caſu recto Deus appellatur עֶזְרָתָה Pſ. LXIII, 8., *quia fuiſti* עֶזְרָתָה לִּי, et Pſ. XCIV, 17. *Niſi Dominus* עֶזְרָתָה לִּי *auxilium mihi.* De verbo פָּדָה vid. ad Pſ. XXV, 22.

PSAL-

PSALMUS QUADRAGESIMUS ET QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Carmen magni alicujus regis virtutes et felicitatem magnifico laudis praeconio extollens. Dedicatione praemissa (Vs. 2.), poeta statim ad virtutes regis laudandas transit, atque pulchritudine et eloquentia ipsius commemorata (Vs. 3.), paulo longius in praedicanda virtute ejus ac animi fortitudine, justitiae atque veritatis studio incensa haeret (Vs. 4 — 8.); tum, praemiis harum virtutum descriptis, felicitate nimirum regni istius et conjugii nunc celebrandi solemnitate exposita (Vs. 9. 10.), ad sponsam ejusque venustatem celebrandam se convertit. Hortatur eam, ut penatum sit jam immemor, laeta ac hilaris, ut rex ipsius amore capiatur, quem si consequatur fore, sperat, ut gentes externae ipsius benevolentiam sint ambiturae, eique munera splendidissima oblaturae (Vs. 11. 12. 13.). Pulchritudine, quae regis amorem ipsi concilia-

rat,

rat, descripta, ipsa ad regem adducitur cum sociis, ut ab eo in palatium recipiatur, sicque pro ipsius uxore rite declaretur (Vs. 14. 15. 16.). Denique poeta prolem futuram honore et dignitate condecorandam regi gratulatur (Vs. 17.), et ad se rediens laudes regis numquam interituras, hymni sui fructum sperat gratissimum (Vs. 18.).

Hunc Psalmum neque Davidi, neque Salomoni accommodari posse, vere monuit, praeter alios interpretes, J. H. Michaelis [1]. „Quippe neuter eorum," inquit, „fuit *Deus* (Vs. 7. 8), neutrius solium fuit, *perenne* ac perpetuum (Vs. 7.), neutrius denique conjux usquam legitur a *filia Tyri* muneribus exorata (Vs. 13.), et David praeter Michaelem, Sauli, et Maacham, Gesuritarum regis filiam (2 Sam. III, 3.), nullas habuit conjuges regio satas sanguine, nullamque inter has, quae tanto prae ceteris splendore eminuisset, quantum de una illa, eaque insigniter distincta Regina Psaltes praedicat Vs. 10. 14. seqq. Salomoni haud convenit Psalmus, quippe qui nulla bella gessit, ut tam magnificam meruisset laudem, qualis Vs. 4. 5. 6., neque filios suos loco patrum constituit principes in universa terra (Vs. 17.), et clausula Psalmi (Vs. 18.) majorem laudis pollicitationem continet,

1) In *Annotatt. uberiorib. in Hagiogr.* T. I. p. 283.

ret, quam vel Salomoni, vel ulli terrenorum regum tribui potest ac debet" [2]). Si vero neque Davidi, neque Salomoni Psalmus convenit, multo minus alii cuidam regi Hebraeorum accommodari cum aliqua veri specie poterit [3]). Nos olim in hanc cogitationem incideramus, carmen hoc regi alicui Persarum recens inaugurato sub ipsius regni auspiciis ab illorum Judaeorum, qui sub Persici imperii ditione viverent, poeta aliquo fuisse oblatum, moti potissimum eo, quod Vs. 17. canitur de regis filiis, regni provinciis administrandis a patre aliquando praeponendis; nam regni Persici satrapiae regum filiis

2) Repudianda igitur Rudingeri et Grotii sententia, esse hoc carmen epithalamium factum Salomoni, et uxori ipsius praecipuae, Pharaonis filiae, 1 Reg. III, 1. Nec felicius in hujus carminis interpretatione versatus est I. C. Doederlein, qui in *dem Theolog. Journal*, P. I. p. 188. seqq. illud in solenni pompa, qua Davides regium in Sione monte inauguravit, decantatum conjicit.

3) Vir quidam doctus, qui tacito nomine suo *Bibliothecae literaturae biblicae* ab Eichhornio editae P. II., 46 seqq. carminis hujus explicationem inseruit, Psalmum canere putat regis in proelia descendentis virtutem, atque victoriam ab ipso reportandam, clade hostium eximia, et praeda pulcherrimarum feminarum insignem futurum. Cui vero opinioni quam parum ultima Psalmi pars conveniat, quae tota in eo est, ut reginae, amatae, ac neutiquam captivae, decus atque ornamenta depingat, quis est qui non intelligat?

filiis folebant decerni [4]). Sed jam nos poenitet hujus fententiae, quum nec credibile fit, poetam Hebraeum regem exterum *Deum* appellaffe (Vs. 7. 8.), fi vel maxime regius is titulus fuerit, nec tale carmen in honorem regis, Hebraeorum facris non addicti, inter carmina in templo Jovae decantanda receptum fuiffe, facile fit creditu. Verum optime omnia in hoc Pfalmo inter fe congruent, fi antiquiorum Hebraeorum fequuti fententiam, quam Chaldaeus interpres [5]) et Epiftolae ad Hebraeos fcriptor [6]) nobis tradiderunt, magni illius regis, Meffiae, virtutes et laudes, fimulque felicitatem olim futuram gentis prae ceteris omnibus ipfi dilectae, fibique, tanquam fponfa conjunctae carmine hoc celebrari ftatuamus. Per totam enim pofteriorem carminis partem regnat illa prophetis Hebraeorum tantopere adamata allegoria, qua Dei erga populum fuum affectus amoris conjugalis imagine fiftitur, et per varias partes et minutiora adjuncta faepe deducitur [7]). In qua quidem alle-

4) Vid. Brissonium *de regio Perfarum principatu*, L. I. § 171.

5) Cf. not. ad Vs. 3. Kimchi quoque diferte ait, cani hoc Pfalmo Meffiam.

6) I, 8. 9. coll. Vs. 7. et 8. noftri Pfalmi.

7) Vid. Jefaj. LIV, 5. LXII, 5. Jerem. III, 1. feqq. Ezech. XVI. et XXIII. Eandem allegoriam ab antecefforibus fuis receptam Novi etiam Foederis fcriptores retinuerunt, eaque auctoritate denuo con-

allegoria deducenda et exornanda totum versatur *Canticum*, quod dicitur, *Canticorum*, cujus idem ac nostri-Psalmi esse argumentum, apud sanos interpretes nulla est dubitatio.

---

1. Plures hic tituli coacervati sunt. De לַמְנַצֵּחַ, שֹׁשַׁנִּים, מַשְׂכִּיל et vid. Vol. I. Prolegomm. שִׁיר יְדִידֹת haud male Aquila reddidisse videtur, *ἆσμα προσφιλίας, carmen suavitatis*, sicut apud Theocritum *Idyll. VIII.* est *προσφιλὲς μέλος, suave carmen.* Nomen יְדִידוֹת praeter hunc locum semel tantummodo reperitur, Ps. LXXXIV, 2. מַה יְּדִידוֹת מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *quam dilectae*, vel *amabiles*, sunt *habitationes tuae!* יָדִיד enim *dilectum* significat (Arab. ودّ *amavit, dilexit*) Deut. XXXIII. 12. Jes. V, 1. Ps. LX, 7. CVIII, 7. Hoc loco tamen Pluralis feminini generis significatione neutrali videtur accipiendus esse (ut גְּדֹלוֹת, *magna*, et cf. Schroederi *Instit. Ling. Hebr.* Syntax. Reg. XX. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 661.), ut vertendum sit: *carmen dilectorum*, sive *rerum delectarum*, h. e. carmen jucundum, suave, delicatum; id quod optime convenit Versui 2.

---

2. Prae-

secrarunt, vid. Matth. IX, 15. Joa. III, 29. 2. Cor. XI, 2. Eph V, 2. 3. seqq. Apoc. XIX, 7. XXI, 2. XXII, 17. Ejus allegoriae originem et rationem nemo exposuit magis perspicue et elegantius Lowthio in Praelect. XXXI. *de Sacra Hebraeor. Poesi* p. 347. seqq. edit. Lips., qui verissime monuit, observari omnino in sacris Hebraeorum poematibus quandam dictionis parabolicae consuetudinem et analogiam, qua certae imagines, plurimum naturales, certas alias notiones, quarum subtilior est ratio, lege quadam constanter servata exprimant.

2. Praefatur poeta, fe aliquid boni et jucundi cantaturum: רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב *Ebullit cor meum verbum bonum,* h. e. carmen gratum et jucundum, quod voluptatem afferat; vel, grata et jucunda geftit dicere cor meum. Verbi רָחַשׁ, hoc tantummodo loco in V. T. occurrentis, fignificatio repetenda eft ex Syriaco ܪܚܫ *fcatuit* (quae haud dubie primaria eft hujus verbi notio, unde reliquae, *movit fe, repfit, verminavit,* defcenderunt), Iam vero, quemadmodum Aramaeorum נְבַע, Arabumque نَبَعَ et نَبِعَ, *fcaturivit,* proprie dicitur de fonte, feu aqua vivente, ebulliente, hinc autem transfertur ad fermonem, emanantem ex ore, ut aqua e vena, feu fonte fuo (conf. Pf. CXIX, 171. et CXLV, 7. et Chaldaicam verfionem Proverb. XVIII, 4. נְבַע שְׁטוּתָא *eructat, eloquitur, ftultitiam,* et Pf. XC, 12. מַבַּע חָכְמְתָא *eloquitur fapientiam,* et أَلنَّوَابِغُ, propr. *fcaturientes,* Arabibus dicuntur *poetae*); ita et noftrum רָחַשׁ *eloquendi, proloquendi* fignificatum h. l. obtinet. Videtur autem poeta hoc verbum fignificanter ufurpaffe, et hoc indicare voluiffe, fe tanta laetitia geftiffe, ut e pectore cum impetu quodam hocce carmen emiffum fit, felici et veloci quadam verborum copia, aliis poft alia ftatim continenti fluxu erumpentibus, non fegnibus et otiofis, fed vivacibus, et impetu quodam agitatis. Chaldaeus vertit; בָּעֵי לִבִּי *ebulliens cor meum,* Syrusque ܐܘܒܥ ܠܒܝ *fcaturavit cor meum.* Alexandrinus verbo ἐξερεύγειν ufus eft, quod Vulgatus *eructare* reddidit, quodque ipfum idem ille interpres etiam adhibuit Pf. CXIX, 171. ad exprimendum hebraeum נָבַע, ἐξερεύξαιντο τὰ χείλη μου ὕμνον, *eructabunt labia mea hymnum.* Verba. quae proxime fequuntur, אֹמֵר אָנִי מַעֲשַׂי לְמֶלֶךְ, vulgo fic vertunt: *dico ego opera mea regi,* quafi Accufativus effet מַעֲשַׂי pendens ab אֹמֵר, quod *dicare* alii, alii *recitare* explicant. Secundum

dum hos igitur sensus foret hic: *dicturus sum opera mea regi,* vel, *de rege;* secundum illos: *dicabo,* seu *consecrabo, opera mea regi.* Sed illi, qui vocalium et interpunctionis signis textum hebraeum instruxerunt, atque ea in re traditionem, a majoribus acceptam, nobis minime contemnendam, haud dubie sunt sequuti, dum h. l. voculae אֹמֵר non solum accentum distinctivum *Tiphcha* apposuerunt, sed etiam *Camez,* loco *Pathach,* quod indicium pausae est, innuerunt, verba illa sic esse vertenda: *dico ego: opera mea sunt regi,* hoc est, ego huc impendam labores meos, ut enarrem laudes et virtutes regis, unde Symmachus מַעֲשַׂי non male τὰ ποιήματα μου reddidit. Praefixum ל itaque h. l. ordinaria Dativi est nota, qua designatur ille, in cujus honorem vates recitare velit hanc odam, nec necesse est, illud *de* (rege) vertere, ut Ps. III, 3. לְנַפְשִׁי, Ps. XXV, 2. *ne exultent hostes mei* לִי, nec non Ps. XXXV, 19. XLI, 3. Studium canendi regis his verbis testatur: לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר *lingua mea stilus scribae expediti,* quae Chaldaeus bene ita vertit: מַמְלַל לִישָׁנִי מוֹחֵי הֵיךְ קוּלְמוֹס סַפְרָא רְגִיל, *loquela linguae meae festinat sicut calamus scribae exercitati,* promti, expediti. Si animus dicenda celeriter quidem atque expedite suppeditet, sed lingua tardior sit ad ea, quae animus suggerit, eloquenda, carmen iners erit et segne; at ubi cor abunde dicenda suggerit, et lingua, quae ex animo scatent, excipiens, celeriter et expedite protulerit, tum egregium carmen erit, et efficax, ac leni facilique vena fluens. Nomen עֵט a verbo עוּט, Arab. غاط, *fodit,* proprie *stilum* videtur designasse, sive instrumentum acuminatum, ad exarandum in plumbo, saxo, cera, palmarum foliis, aliave materia, scripturam, certe עֵט־בַּרְזֶל *stilus ferreus,* quo verba incidantur rupi, diserte memoratur Job. XIX, 24. et Jer. XVII, 1.; postea tamen et de *calamo scriptorio* usurpatum fuerit, quomodo Chaldaeus reddidit hoc loco et Job. XIX, 24. atque Jer. VIII, 8., sed Jer. XVII, 1. nomen Hebraeum

braeum retinuit. Neque praeter quatuor haec loca vox illa in V. T. occurrit. Ceterum ante מַ h. l. fubaudienda eft particula fimilitudinis כְּ, ut Pf. XXII, 7. 13. Coh. VII, 26. Dictionem סוֹפֵר מָהִיר Alexandrinus recte γραμματέως ὀξυγράφου, et Vulgatus *fcribae velociter fcribentis* reddidit, quum מָהִיר proprie fignificet *feftinum*, a verbo מָהַר, *feftinavit*, minimeque neceffe fit, notionem fecundariam *periti*, *experti*, qua ܡܗܝܪܐ Syris, et ماهر Arabibus in ufu eft, poft *Ludovic de Dieu* h. l. adhibere.

3. Laudare jam regem incipit, et primum illum commendat a dignitate formae et gratia eloquentiae. יָפְיָפִיתָ מִבְּנֵי אָדָם *Tu venuftate cunctos mortales antecellis.* Nobilioribus enim animis praeditos prifci homines et formae praeftantia pollere crediderunt. Ita Jofeph infigni fuiffe forma fcribitur, et Homerus Achillem fuum atque Hectora pulchritudine praeftabili infignivit. Hinc et Virgilius fuum Aeneam *os humerosque Deo fimilem*, hoc eft, majore, quam humana, pulchritudine praeftantem, fecit. Et quantopere corporis proceritas et venuftas in rege aeftimata fuerit, apparet ex 1 Sam. IX. 2. X, 23. Quum itaque regem fuum poeta nofter vellet quam ampliffimis a Deo affectum ornatumque beneficiis praedicare, formae dignitatem illi tribuit. Chaldaeus: שׁוּפְרָךְ מַלְכָּא מְשִׁיחָא עָדִיף מִבְּנֵי נָשָׁא *pulchritudo tua, o rex Meffia, praeftantior eft filiorum hominum.* Verbum יָפְיָפִיתָ A. Schultensio in *Inftitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* p. 312. videtur compofitum ex יְפִי vel יֹפִי, *pulchritudo*, et יָפָה *pulcher fuit*, q. d. *pulchritudine pulcher es*; G. C. Storrio autem in *Obfervatt. ad Analog et Syntax. Hebr.* p. 173 not. eft compofitum ex Infinitivo f. nomine יֹפִי, et Participio יָפֶה, converfo in יָפֵי, unde, ultima Infinitivi radicali abjecta, exiftat יָפְיָפִיתָ. Cujusmodi compofitionis geminum exemplum in toto

toto linguae Hebraeae et cognatarum dialectorum ambitu vix reperies. Referendum potius noſtrum verbum ad ſingularem conjugationum ſpeciem, quae duas priores radicales geminat, ad formam פְּקַפְּקַר cujus Paſſivum פֻּ־פְּקַר, cujus ipſius formae eſt תְּשַׂגְשֵׂגִי *admodum creſces*, Jeſ. XVII, 11. a radice, Chaldaeis uſitata, שְׂגָא vel שְׂגָה, *creſcere, multiplicari.* Multis de hac forma et de verbo noſtro egit Dithm. Hackmann in *Praecidaneis Sacris* (Lugd. Batavor. 1735. 8) pag. 260. ſeqq. Cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 254. Quum autem noſtrum יָפְיָפִיתָ Paſſivum ſit, apparet, vertendum eſſe: *venuſtiſſimus redditus es*, intendi enim ſignificationem duorum radicalium geminatione, vidimus ſupra Pſ. XXXV, 6. in חֲלַקְלַקּוֹת, et XXXVIII, 11. in סְחַרְחַר. Conf. Storrii *Obſervatt.* pag. 190. not. Eo autem, quod ſequitur, הוּצַק חֵן בְּשְׂפְתוֹתֶיךָ, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis*, a gratia ſermonis, hoc eſt, eloquentia rex commendatur. Nomen חֵן Ebraeis eam omnino ſignificantiam habet, quam apud Graecos χάρις, et apud Latinos *gratia*, et de eloquentia etiam uſurpatur Cohel. X, 12. דִּבְרֵי פִי־חָכָם חֵן *Verba oris ſapientis ſunt gratioſa.* Hoc eloquentiae miraculum in eo poeta indicavit, quod canit gratiam in labiis ejus non ſimpliciter eſſe, ſed *diffuſum* Non diſſimile hoc illi eſt, quod de Pericle jactatur, *ſuadelam ſeſſitaſſe in labiis ejus*, ut Cicero ait de *Clar. Orat.* 59, 15. Chaldaeus: אִתְיְהֵיב רוּחַ נְבוּאָה בְּסִפְוָתָךְ *datus eſt ſpiritus propheṭiae in labiis tuis.* עַל־כֵּן בֵּרַכְךָ אֱלֹהִים לְעוֹלָם *Propterea quod bene precatus tibi Deus in ſempiternum*, propterea quod te Deus ſempiternis ornavit beneficiis. עַל־כֵּן h. l. *propterea quod* vertendum (pro עַל־כֵּן אֲשֶׁר) ut Jerem. XLVIII, 36. *Mihi propter Cirhereſenſes animus tibiarum ritu ſonat*, עַל־כֵּן יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *propterea quod reſiduum* opum, quas ſibi comparaverant, *perit.* Ideo enim, quod Deus regem peculiari ſua beneficentia dignatus eſt, et forma et facundia adeo praeſtitit. De verbo בֵּרֵךְ vid. not. ad Pſ. XXI, 4.

4. Per-

4. Pergit ad praedicandam regis fortitudinem; ex qua virtute principibus ſumma gloria et admiratio apud priſcas gentes conciliari ſolebat. Mutat autem ex ardenti quodam ſtudio quaſi faciem orationis, et ad modum adhortationis ſermonem conformat. חֲגוֹר חַרְבְּךָ עַל־יָרֵךְ גִּבּוֹר הוֹדְךָ וַהֲדָרֶךָ *Cinge, o heros, femur tuum gladio tuo, qui eſt decus tuum et ſplendor.* Celſo animo communia pericula depellere, ac utilitates maximas ingentemque dignitatem multis adducere, tanti habetur, ut nihil fere laudetur ore pleniore. Haec poeta regi huic tribuit, cum גִּבּוֹר, *heroa*, vocat, et *gladio* ornat, eumque *decus* et *ſplendorem* ejus vocat, eo quod, ut diximus, nihil habebatur virtute bellica admirabilius, et laude magis dignum. De הָדָר vid. not. ad Pſ. XXIX, 2. Chaldaeus: *Accinge gladium femori tuo* לְמִקְטַל מַלְכִין עִם שִׁלְטוֹנִין *ad occidendum reges una cum dominatoribus ſplendore tuo et gloria tua.*

5. Ergo quum pulchritudine ac ſpecie regia ſis, gladioque decentiſſime ſis ornatus, hic omnis decor et ornatus te regia majeſtate dignum eſſe coarguit; quamobrem וַהֲדָרְךָ צְלַח רְכַב *Et decore tuo felix vehitor*, h. e. decore tuo fretus progredere, et regiis equis conſcenſis ad regnum accede, regnum auſpicare cum magnificentia. וַהֲדָרְךָ *Decore tuo*, eodem nempe, quem accinxiſti, tibique prodituro circumpoſuiſti, Vs. 4. Subaudiendum eſt praefixum ב, ut alias ſaepiſſime (vid. Waltheri *Ellipſes Hebr.* p. 133.), adeoque per anadiploſin, *decor*, quo Verſus antecedens finiebatur, nunc reſumitur, ut eodem accinctus proſpere etiam pergat ſua gerere. Figurae illius exempla Pſ. XCIII, 1. XCIV, 23. XCIV, 6. CXXI, 1. 2. Pro וַהֲדָרְךָ Alexandrinus pronunciavit וְהַדְרֵךְ *et calca arcum* nempe, קֶשֶׁת (vid. Pſ. VII, 13. XI, 2. et ibi not.), vertit enim *καὶ ἔντεινον, et intende*, ut Vulgatus habet, quo ipſo Graeco verbo et Pſ. VII, 13. XI, 2. uſus eſt. Et Euſebius, ab Agellio ad h. l. adductus, ſenſum, ex verſione illa, hoc modo explicat: ἐντείνειν σου τὰ τόξα, ἔπειτα

τα βαλὼν τοὺς ἐχθροὺς κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε· *intende arcum tuum, deinde, percuſſis hoſtibus, proſpere procede et regna.* Sed haec legendi ratio, quae Cappello aliisque praeplacuit, improbanda vel ideo eſt, quod verbo דְּרֹךְ, quando ſignificationem *tendendi, intendendi,* habet, ſemper adjunctum eſt nomen קֶשֶׁת, *arcus,* ſine eo nuspiam occurrit, vid. Pſ. XVII, 13. Thren. II, 4. Verba צְלַח רְכַב ad verbum ſonant: *felix eſto, vehitor,* id eſt, feliciter vehitor; etenim duo verba ejusdem temporis, numeri et perſonae ita conjungi ſolent, ut poſterius rem ipſam exponat, prius autem ejus modum, vel circumſtantiam aliquam, deſcribat, atque ſic Adverbii vicem expleat, ut Deut. I, 5. פִּזַּר נָתַן, *ſparſit, dedit,* id eſt, ſparſim, ſive copioſe, dedit. Hoſ. IX, 9. שָׂמְחוּ וְרָאוּ, *laetati ſunt et viderunt,* i. e. laeto animo viderunt. Vid. N. G. Schroederi *Inſtitt. ad fundam. L. h.* Syntax. Reg. LXIII. a. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 823. *Vehendi* autem (רְכַב) verbum vates ideo uſurpaſſe videtur, quod Perſarum rex extra aulam aut equo aut curru vehebatur, pedes numquam conſpectus fuit. Athenaeus *Deipnoſoph.* L. XII. 2. Ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππου, πεζὸς δὲ οὐδέποτε ἑωράθη ἔξω τῶν βασιλείων. Quo pertinet, quod Eſth. VI, 8. dicitur, ſi rex quem vellet honorare, afferri סוּס אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו הַמֶּלֶךְ, *equum quo rex eſſet vectus* ſcil. בְּיוֹמָא דְעַל לְמַלְכוּתָא *die, quo intravit ad regnum,* ut Chaldaeus explicat. Noſtra verba Chaldaeus bene vertit: תַצְלַח לְמִרְכַּב עַל סוּסֵי מַלְכוּתָא *proſpere vehitor in equo regio.* Alexandrinus βασίλευε, *regna* poſuit, quia, eum equos regios conſcendere creatis regibus moris eſſet, *equita* pro eo intellexit, ac ſi eſſet *regna,* ſenſumque transferre, ut clarior eſſet ſermo, maluit. עַל־דְּבַר־אֱמֶת *Propter veritatem,* i. e. ut bene Chaldaeus, עַל עֵסֶק הֵימָנוּתָא *propter negotium veritatis,* q. d. ut pulſis dolis atque mendaciis, fides ac veritas, quae ſuppreſſae jacuerunt (cf. Jeſaj. LIX, 14. Hos. IV, 1.), ſub regno auſpiciisque tuis emergant. Alii haec verba

verba cum iis quae proxime fequuntur וַעֲנָוָה־צֶדֶק jungunt hoc modo: *propter veritatem, et manfuetudinem justitiamque*, hoc eft, quia virtutibus illis ornatus es, quae majeftatem regiam potiffimum decent, ideo regno digniffimus es. *Veritatem* tenere regem volunt, dum dictorum factorumque conftantiam fervat, conftantem fe praeftat in fervandis promiffis (quemadmodum fenatores Exod. XVIII, 21. dicuntur אַנְשֵׁי־אֱמֶת *viri fideles*), porro *manfuetudinem*, qua neque defpicit nec dedignatur humiles, fed benigne fovet, *juftitiam* poftremo eum fervare dum nihil per injuriam facit, fed jus cuique reddit, librato examine et perpenfo judicio cuncta decernit: quibus virtutibus quantum popularitatis, quantum gloriae et auctoritatis regi concilietur, nemo non intelligit. Et hunc quidem fententiam qui verbis illis contineri volunt, ii וַעֲנָוָה־צֶדֶק ἀσυνδέτως pro וַעֲנָוָה וָצֶדֶק pofitum putant, ut infra Vs. 9. וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת. Ita et h. l. Chaldaeus vertit, וְעִנְוְתָנוּתָא וְצִדְקְתָא, nec non Alexandrinus, καὶ πραΰτητος καὶ δικαιοσύνης, atque Vulgatus, (propter) *manfuetudinem et juftitiam*. In qua explicatione tamen hoc defiderandum, quod Makkeph ita loco minus commodo fit pofitum, collato infra Vs. 9., ubi voces priores aptius, quam hic pofteriores, per Makkeph conjunguntur. Alii enallagen ftatus abfoluti pro conftructo h. l. effe putant (cujus enallages exempla bene multa enumerat Buxtorfius in *Thef. Gramm.* L. II. C. IV. p. 378. et Bochartus in *Hieroz.* P. II. Lib. II. Cap. XVI. T. II. p. 851. ed. Lipf.) pro עֲנָוַת צֶדֶק, (propter) *manfuetudinem juftitiae*, quod manfuetudinem juftitia, et juftitiam manfuetudine temperatam, explicant. Eundem in modum Syrus interpres: *vehere fuper verbo veritatis* ܥܠ ܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ *et humilitate*, manfuetudine, *juftitiae*. Sed quo minus עַנְוָה *manfuetudinem* hic notare ftatuamus, nos prohibet infueta nominis forma, quum *manfuetudo* alias femper עֲנָוָה dicatur. Quod alios movit, ut עַנְוָה habe-

haberent pro Imperativo verbi עֲנֵה cum ה paragogico, ad inſtar רְאֵה *videre* Ezech. XXVIII, 17., unde Junius *proloquere juſtitiam*, Geierus vero *exaudi juſtitiam* vertit, coll. Pſ. XVII.; uterque contra accentus, ſecundum quos voces עַנְוָה־צֶדֶק arctius cohaerent cum proxime praecedente *propter veritatem* quam cum remotiore verbo רְכַב *vehere*. Quae quum ita ſint, malim cum J. H. Michaele עַנְוָה pro Particula formae נֶגְדָּה *coram* (Pſ. CXVI, 14. 18.) habere, quae *propter* ſignificet, perinde ac יַעַן et לְמַעַן, cum quibus commune habet etymon, videlicet עָנָה *reſpondit*. Ita igitur ſimpliciſſime et iis, quae praecedunt, convenienter וְעַנְוָה־צֶדֶק vertendum erit: *et propter juſtitiam*, i. e. ad puniendos et coercendos malos et defendendos ac vindicandos bonos. Pergit vates: וְתוֹרְךָ נוֹרָאוֹת יְמִינֶךָ *Et docebit te terribilia dextera tua*, quod ſi tibi progrediendum fuerit adverſus hoſtes, horrendas inter illos ſtrages facies, neque alio bellandi magiſtro, aut propugnatore opus habebis, niſi *dextera*, hoc eſt, fortitudine tua, quae ſaepius nomine illo ſignificatur, ut ſupra XLIV, 4. et infra XCVIII, 1. Conf. J. Drusii *Animadverſſ.* L. I. Cap. 54. Alii haec interpretantur in hunc modum: ea eris potentia et felicitate, ut tantum opus ſit admota dextera, illico ſuccedent omnia, nihil non pro voto perficies; ut ipſa te dextera tua ſit doctura, ut maxime memoranda deſignes, undique victoriis ſplendidiſſimis relatis. Alexandrinus verbum הוֹרָה accepit ſignificatione *viam monſtrandi* (qua occurrerat ſupra XXV, 8. 12., XXXII, 8.), hincque *deducendi*, nomen נוֹרָאוֹת autem adverbii vice poſitum ſumſit, unde haec prodiit interpretatio: καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου· *et deducet te mirabiliter dextera tua*, ut Vulgatus vertit. Verum cum *viam monſtrare* הוֹרָה denotat, ſemper nomen דֶּרֶךְ ſibi junctum habet, vid. praeter loca paullo antea allata et Proverb. IV, 11., 2 Chron. VI, 27. 1 Reg. VIII, 36. Rectius Symmachus noſtrum locum reddidit: ὑποδείξει σοι φοβερὰ ἡ δεξιά σου, *oſtendet tibi*

terribilia dextera tua. Chaldaeus fenfum hoc modo explicat: וְיַלְּפִנָּךְ יְיָ לְמֶעְבַּד דְּחִילָן בְּיַד יְמִינָךְ, *docebit te Dominus terribilia patrare manu tua dextera.* Omnium peffime Syrus ܢܳܡܽܘܣܳܟ ܒܕܶܚܠܬܳܐ ܕܝܰܡܺܝܢܳܟ, *lex tua eft in timore dexterae tuae.* Accepit תּוֹרְךָ pro תּוֹרָתְךָ, et נוֹרָאוֹת pro בְּיִרְאַת. Sunt etiam, qui תורך ad fignificationem *jaculandi* (Prov. XXVI, 18.) trahant, et, *jaculari te faciet dextera tua terrores*, vertendum putent. Sed fpecies Hiphil verbi יָרָה non *jaculari fecit*, verum *jecit, jaculatus eft*, fignificat, vid. 1 Sam. XX, 20. XXXI, 3. 2 Reg. XIX, 32.

6. Victoriae laudem magis exprimit, dum addit: חִצֶּיךָ שְׁנוּנִים *Sagittae tuae acutae*, nihil non penetrantes, fubita eft perfonae mutatio, poetis Hebraeorum familiaris. Chaldaeus: גִּרָּרָךְ שְׁלִיפִין לְמִקְטַל אוֹכְלוֹסִין *Sagittae tuae extractae funt ad occidendum turmas.* עַמִּים תַּחְתֶּיךָ יִפְּלוּ *Populi fub te cadent*, armis tuis victi et profligati ad pedes tuos profternentur. Cf. Pf. XVIII, 36. Ad verba בְּלֵב אוֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ *in cor hoftium regis*, plures fubaudiunt: fagittae tuae cadent, repetitum ex iis, quae praecefferunt. Ita Chaldaeus: בְּנֵי קַשְׁתָּךְ יִשְׁתַּלְחוּן בְּלֵב סָנְאֵי מַלְכָּא *filii arcus tui*, h. e. fagittae tuae, *immittentur in cor hoftium regis.* Huic interpretationi tamen non favere Accentus, monet J. H. Michaelis. „Major enim eft," inquit, „apud *Merca-mahpachatum* diftinctio, quam apud *Athnachum*, cujus cum ditione arctius proinde haec verba cohaerent, quam cum illius ditione. Id quod Grammatica docet; habet enim vox יִפְּלוּ *Athnachum*, fed manente *Schwa*, quod, fi paufa illic foret, mutandum fuiffet in Cholem, retracto accentu." Quare Geierus cum aliis verba בְּלֵב אֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ refert ad defcriptionem τῶν עַמִּים, ubi fcilicet fint fiti, nempe *in corde*, i. e. in medio *hoftium regis*, ut hic fit loci fenfus: etiamfi populi tibi fe dedentes undique cinguntur tuis hoftibus, quorum metuere poffent inimicitiam, ut olim Gibeonitae, cum Jofua medios inter hoftes pacifcentes (Jof. X, 4.), plus tamen

men apud hosce valet tui amor et reverentia, quam hostium truculentia. Ita hic locus fenfu conveniet cum Pf. CX, 2., ubi de Meffia dicitur: רְדֵה בְּקֶרֶב אֹיְבֶיךָ *dominare in medio hoftium tuorum.* Conferri poteft et Mich. V, 7. Sed malumus haec ut appofitionem cum voce עַמִּים conjungere, ut fit: *populi*, qui funt *corde*, feu *ex animo hoftes regis*, collata fimili phrafi Pf. XVII, 9. *Abfconde me ab* אֹיְבַי בְּנֶפֶשׁ *hoftibus meis ex animo*, qui fumma animi cupiditate mihi infefti funt. Et Ezech. XXV, 6. 15. *Gaudes cum omni faftu tuo* בְּנֶפֶשׁ *ex animo.* Ceterum אוֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ pofitum pro אוֹיְבֶיךָ; crebro enim, ex prifca linguae fimplicitate, quae nomen ipfum iterare non dubitabat, loco pronominis nomen ponitur. Vid. Storrii *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 106. feq.

7. Firmum et ftabile hujus regis imperium nunc praedicat: כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *Solium tuum, o Deus*, eft folium *feculi et aeternitatis*, in fempiternum ftabit, ut recte Chaldaeus: כּוּרְסֵי יְקָרָךְ יְיָ קַיָּם לְעָלְמֵי עָלְמִין *Thronus gloriae tuae, o Jova, ftabilis eft in fempiternum. Solium* pro regno et imperio, quod fuper regali potiffimum throno folet exerceri, per metonymiam figni, quomodo etiam *fceptrum* et *diadema* ufurpatur, Pf. LXXXIX, 40. Ante עוֹלָם repetendum eft nomen כִּסֵּא: ut locutio plena effet: כִּסְאֲךָ כִּסֵּא עוֹלָם, *folium tuum eft folium aeternitatis*; hoc' eft, aeternum, quum confueto Hebraeis more nomen rectum crebro adjectivi locum teneat, vid. Schroederi *Inftitt. L. H.* Syntax. Reg. VII. a. Ornat autem vates regem אֱלֹהִים, *Dei*, appellatione; qua et alias *magiftratus* et *civitatum principes* defignantur, five ob fimilitudinem, quod illi perinde aliorum domini et gubernatores effe videntur, ut ipfemet fummus Deus omnibus praeeft, five quod Deus illis fuam potentiam, officium et dignitatem communicaffe credebatur. Hinc Pf. LXXXII, 6. Jova principes ita alloquitur: *Ego dixi:* אֱלֹהִים אַתֶּם וּבְנֵי עֶלְיוֹן כֻּלְּכֶם *Dii eftis et filii Altiffimi vos univerfi.* Cf. Exod. XXI, 6. XXII, 7. 8.

7. 8. 27., quorum locorum poftremo, qui in pofteriori Verfus membro נָשִׂיא, *princeps*, idem in priori אֱלֹהִים vocatur. Et apud plerosque antiquitatis, Afiae praefertim, populos, reges divino honore affecti fuerunt, quod Deorum quafi vicarios illos effe crederent. „Quod nunc dicam (J. Drusii verbis utor, *Obfervatt. Sacr.* L. XII. Cap. XI.), Perfis commune fuit cum Affyriis, et aliis multis barbaris. Alloquuturi Regem proni accidebant, eumque adorabant tanquam imaginem Dei, cuncta in terra confervantis. Quare dixit Aefchylus, *Perfas et Affyrios Deorum loco habere reges.* Q. Curtius L. V. *Rex curru paulo ante vectus, et Deorum a fuis honoribus cultus.* Artabani Perfae verba hac de re leguntur apud Plutarchum in vita Themiftoclis: ἡμῖν, inquit, πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι, τὸ τιμᾶν βασιλέα, καὶ προςκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος.“ Et *deos* olim reges appellatos fuiffe, idem Drufius in Notis ad librum *de nomine Dei Elohim* probavit hisce Tzetzis in Chiliadib. p. 26. Θεοὺς πολλάκις ἔφημεν, φασὶ, τοὺς βασιλέας. Et pag. 83. Τοὺς βασιλεῖς γὰρ ἅπαντας δίας οἱ πρὶν ἐκάλουν. Rurfum de Sofoofi, rege Affyriorum: Καὶ κοσμοκράτωρ καὶ Θεὸς ἐκέκλητε τοῖς τότε. Divinos honores fuis regibus exhibere et Aegyptios, narrat Diodorus Siculus Lib. I. Cap. 90. Διὰ δὲ τὰς αὐτὰς αἰτίας, (nempe grato animo, quod bene de ipfis mereantur) δοκοῦσιν Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας προςκυνεῖν καὶ τιμᾶν, ὡς πρὸς ἀλήθειαν ὄντας Θεούς. Quem locum, ut plura alia hanc in rem facientia attulit Spanhemius ad *Callimachi Hymn. in Jovem*, Vs. 79. Vid. et Silvestre *de* Sacy *Mémoires fur diverfes antiquités de la Perfe* p. 36. Nofter vero vates regem, quem canit, appellat *Deum*, non ut magiftratum, nullum enim fuorum regum hoc titulo Hebraei ornabant, fed quod eum vere regem humano majorem haberet, quod et *aeternitatis* mentio declarat, unde et Chaldaeus pro אֱלֹהִים hic יְהוָה pofuit (vid. fupra), et Apoftolus in Epiftola ad Hebraeos multis

multis argumentis ſupremam eminentiam et divinitatem Meſſiae, Dei filii, probaturus inter alia etiam hunc locum adducit I, 9. Meſſiae veteres Hebraeos divinam originem et naturam tribuiſſe, oſtendit et illius deſcriptio, quae habetur Jeſaj. IX, 5. 6., ad quem loc. cf. not. noſtr. Negat quidem Gesenius in *Commentar.* ad illum Jeſajae loc. (p. 365.) antiquiores Hebraeos hanc de divina Meſſiae natura opinionem tenuiſſe, illamque a ſerioribus demum Judaeis, haud ita longe ante Jeſum natum, conceptam fuiſſe contendit. Et hunc quidem, in quo verſamur, Pſalmi locum, כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד in nota ſic interpretatur: *ſolium tuum Dei*, ſ. *divinum*, i. e. in quo te Deus conſtituit, *perpetuum erit* (*dein Gottesthron ſteht immer und ewig*), eadem conſtructione, qua Levit. XXVI, 42. בְּרִיתִי יַעֲקֹב *foedus meum Jacobi*, i. e. cum Jacobo initum (*mein Jakobsbund*), dicitur. Haud abſimili modo Aben-Eſra verba כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים explicat כִּסְאֲךָ כִּסֵּא אֱלֹהִים *ſolium tuum* eſt *ſolium Dei*, collato 1 Chron. XXIX, 23. וַיֵּשֶׁב שְׁלֹמֹה עַל־כִּסֵּא יְהוָֹה לְמֶלֶךְ *ſeditque Salomo in throno Jovae ut rex*, et ſimili ſyntaxi, quae eſt 2 Chron. XV, 8., וְהַנְּבוּאָה עֹדֵד pro הַנְּבִיאָה נְבוּאַת עֹדֵד *prophetia*, *prophetia* videlicet *Odedi*. R., Saadias, Aben-Eſra referente, ſubaudito יָכִין verba noſtra ſic interpretatur: *thronum tuum Deus in perpetuum ſtabiliet.* Sed Verbi יָכִין ellipſis durior foret. Facilius vero orationem procedere, ſi אֱלֹהִים pro Vocativo capiamus, quam ex Aben-Eſrae et Geſenii interpretatione, nemo inficias ibit. Nec eſt cur dubitemus, jam antiquiores Hebraeos regem illum magnum, quem ſperabant auream aetatem orbi reducturum, humanâ naturâ majorem ſibi cogitaſſe, quum ſimiles opiniones et apud alios antiquiſſimos Aſiae populos deprehendamus (vid. not. ad Jeſaj. IX, 5. p. 367. ſequ. et cf. J. G. Rhode *die heilige Sage des Zendvolks* p. 461. ſeqq.), atque iſtiusmodi ſpes de divino aliquo generis humani ſoſpitatore aliquando futurò antiquiſſimorum hominum de diis inter homines verſantibus opinioni multo magis conveniret, quam ſobriae ſeriorum

aetatum

aetatum de talibus cogitandi rationi. Sed redeamus ad vatem nostrum, qui ejus, quem canit, regis justitiam nunc laudat, שֵׁבֶט מִישֹׁר שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ *Sceptrum rectitudinis*, s. rectum, est *sceptrum regni tui*, imperium et potestatem justissime administras, et summa cum aequitate moderaris. Notanda hic in verbis hebraeis est synchysis, metathesis subjecti et praedicati, sic namque ordinanda est propositio: *sceptrum regni tui est sceptrum rectum*. Alia exempla vid. in Glassii *Philol. S.* p. 665. ed. Dath. Nomen מִישֹׁר, *rectitudo*, de regiminis aequitate dicitur etiam Ps. LXVII, 5. XCVI, 10. Jes. XI, 3. 4.

8. Aequitatis illius causam nunc ponit: אָהַבְתָּ צֶּדֶק וַתִּשְׂנָא רֶשַׁע *Diligis justitiam et odis improbitatem*, hinc enim omnis recta et aequa regni administratio provenit: עַל־כֵּן מְשָׁחֲךָ אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן מֵחֲבֵרֶךָ *Propterea unxit te, o Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae sociis tuis*, hoc est, laetitia te majore perfudit, quam reliquos reges. Recte Doederlein in *Scholiis in Libros V. T. poeticos*, ad h. l. „Similis videtur haec phrasis illi: *coronam honoris alicui imponere*, quae nihil significat amplius, quam: *honorare aliquem*. Ita in dictione: *oleo gaudii inungere*, non argutandum, sed tenendus sensus simplex: magna laetitia et felicitate, majestate, victoriis, regni amplitudine, unde gaudium animi regii derivatur, te affecit.“ Quae interpretatio confirmatur loco Jes. LXI, 3., ubi שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן, *unguentum voluptatis*, opponitur *luctui* (אֵבֶל). Locutio inde desumta, quod in conviviis lautioribus, festisque aliis laetitiis unguentum adhibebatur, vid. supra ad Ps. XXIII, 5. et cf. Ps. CIV, 15. 2 Sam. XIV, 2. Ruth. III, 3. 2 Sam. XII, 20. Nomen אֱלֹהִים quod nos cum plerisque Christianis interpretibus in Vocativo, ut Versu, qui praecessit, capimus, alii in Casu primo sumunt; *unxit te Deus, Deus tuus*, quomodo אֱלֹהֶיךָ foret appositio talis, qualis supra XLIII, 4. אֱלֹהִים אֱלֹהָי et infra L, 7. אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ אָנֹכִי *Deus, Deus tuus sum ego*. Regis *socii*, חֲבֵרִים, quos laetitia, et status sui eminen-

eminentioris conſcientia vincit, haud dubie reges alii ſunt coaevi.

9. Ad regium ſplendorem pertinebant etiam veſtimenta, bonis odoribus ſuffita. Ea vates nunc deſcribit: מֹר־וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת כָּל־בִּגְדֹתֶיךָ *Myrrha et xylaloe et caſia omnia veſtimenta tua*, tam ſuavem odorem ſpirant, ac ſi ipſa eſſent fragrantiſſima aromata. Chaldaeus: מֵירָא דַכְיָא וְאַקְסִיל אֲלוֹאִין וּקְצִיעֲתָא מִתְגַּמְרִין כָּל לְבוּשָׁיךְ *myrrha pura et xylaloë et caſia ſuffita ſunt omnia veſtimenta tua.* מֹר eſſe *myrrham*, oſtendit Celsius in *Hierobot.* T. I. p. 520 — 535., qui ipſe et p. 135 — 171. de אֲהָלוֹת egit, idque nomen *xylaloën* ſignificare veriſimillimum fecit. Conf. not. noſtr. ad Num. XXIV, 6. De קְצִיעוֹת, *caſia odorata*, vid. ejusdem Celsii *Hierobot.* T. II. p. 360. ſeqq. „Myrrha et Labyzo Regis Perſarum cidarin delibutam fuiſſe, didici ex Athenaeo et Heſychio. Ille enim de Cidari Libr. XII. cap. II. talia ex Dinone ſcribit: κατεσκευάζεται ἐκ σμύρνης, καὶ τοῦ καλουμένου λαβύζου. Εὐώδης δὲ ἐστὶν ὁ λάβυζος καὶ πολυτιμώτερον τῆς σμύρνης. *Conficiebatur ex myrrha et labyzo, ceu vocant. Suaviter vero labyzus olet, et myrrha eſt pretioſior.*" Barn. Brissonius *de regio Perſarum Principatu*, L. I. §. 53. Heſychius, ab eo adductus, Athenaei verba repetit. In verbis מִן־הֵיכְלֵי שֵׁן מִנִּי שִׂמְּחוּךָ exponendis interpretibus negotium faceſſit vox מִנִּי, quae longe pleriſque eſt particula מִן, *ex*, cum *Jod paragogico*, ut ſupra Pſ. XLIV, 19., et multis aliis locis, quos vide in Noldii *Concordantt.* p. 515. Quum autem h. l. ſequatur verbum, שִׂמְּחוּךָ, illam particulam nullum ſenſum habere patet, niſi aliquid ſubaudias; et quia pronomen relativum non raro omittitur, illud et hic intelligendum putant, ac ſi locutio plena eſſet haec: מֵהֶם אֲשֶׁר, *ex quibus*, ſcil. palatiis. Ita Alexandrinus, qui ἐξ ὧν poſuit. Parum commode tamen dici: *ex palatiis eburneis, ex quibus te exhilarant*, omnes intelligunt. Alii volunt: *ex illis*, inquam, *palatiis*, quae *te laetificant*,

cant, quod quam durum ſit, non eſt quod moneamus. Plures alias minus adhuc probabiles interpretationes eorum, qui מִנִּי pro Particula מִן capiunt, retulit Noldius l. l. Not. 1664. Sed multo facilius procedet oratio, ſi מִנִּי quo nomine habeamus. Jam quum מִנִּי ſit regionis nomen proprium, uti patet ex Jerem. LI, 27., ubi junctim memorantur אֲרָרַט מִנִּי וְאַשְׁכְּנָז, et *Armeniae* partem illo nomine ſignificari oſtenderit Bochartus in *Phaleg* Libr. I. Cap. III. p. 19. 20. (conf. J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 1522.), unde et Chaldaeus מֵאֲרַע מִנִּי *ex terra Armenia*, reddidit; ſunt interpretes, qui hunc locum ita exponant: *e palatiis eburneis Armeniae exhilarant te*, i. e. exhilararis, ſcilicet muneribus; Armeniae principes muneribus oblectare te ſtudent, tuumque favorem ſibi conciliare. *Principes* enim eſſe, qui regi, qui hic canitur, munera offerrent, innui dicunt eo, quod ex *palatiis eburneis* voluptatem illi afferri dicitur. Alii מִנִּי hoc loco eſſe volunt nomen *Minaeae*, regionis Arabiae felicis, thuris et myrrhae feracis, vid. Strabonis *Geograph.* L. XVI. Cap. 4. §. 2. et Plinii *Hiſt. Nat.* L. XVII. Cap. 14. 16. Atque de Minaeis h. l. cogitare ſuadere poſſit et illud, quod Diodorus Siculus *Biblioth.* L. III. Cap. 47. Arabiae felicis incolas ſumtuoſas domus habere ſcribit, ebore et pretioſis lapidibus exornatas. Unde verba מִן־הֵיכְלֵי שֵׁן מִנִּי שִׂמְּחוּךָ ſic reddi poſſint: *e palatiis eburneis laetificant te Minaei* i. e. Minaei palatiis, ſuis eburneis relictis ad te muneribus accedunt teque exhilarant. Neſcio tamen, annon ſenſus elegantior prodeat, ſi cum Sebaſt. Schmidio, cui de Wette et Geſenius (*Lehrgeb.* p. 526.) adſtipulantur, מִנִּי pro rariore pluralis forma habeamus (ut 2 Sam. XXIII, 8. שָׁלִשִׁי, 2 Reg. IX, 4. 19. בְּרִי, 2 Sam. XXII, 44. Pſ. CXLIV, 2. עַמִּי), pro מִנִּים, quod, uti Syriacum ܡܢܝܢ, infra CL, 4. *chordas*, *fides canoras* ſignificat. Ita haec erit loci ſententia: *e palatiis eburneis fides*, fidicines *te exhilarant*. הֵיכְלֵי שֵׁן, *domus eburneae*,

non

non funt arcae putandae, in quibus veftes claudebantur; fed *palatia, quorum conclavia ebore veftita erant,* intelligenda funt, cujusmodi habuit Menelaus *Odyff.* Δ, 72. 73.

— — — — δώματα ἠχήεντα

Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος.

Domus refonantes auro, electroque, et argento atque ebore. Et apud Bacchilidem (*Athenaei* Deipnof. L. II.) Cei infulae proceribus χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε μαρμαίρουσιν οἶκοι, *auro et ebore fulgent domus.* Hinc et Horatius canit *Carm.* II, 18. 2.

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Et Virgilius *Aeneid.* X, 135. feq.

— *Quale per artem*
Inclufum buxo aut Oricia Terebintho
Lucet ebur.

Atque Achab palatium eburneum aedificaffe legitur 1 Reg. XXII, 39. Et Amos III, 15. memorantur בָּתֵּי הַשֵּׁן *domus eburneae.* שֵׁן, quod primo *dentem* in genere fignificat, deinde κατ' ἐξοχὴν dicitur de eximio illo dente, ex quo fit ebur, 1 Reg. X, 18. 2 Paral. IX, 17. Ezech. XXVII, 6. Cant. VII, 5. Recte igitur Chaldaeus verba מִן הֵיכְלֵי שֵׁן his verbis explicavit: מִן הֵיכְלַיָּא דִמְכַבְּשִׁין דְּפִיל *ex palatiis, quae veftita funt dente elephantino.*

10. Splendoris regum Afiae pars non ultima confpiciebatur olim, et adhuc confpicitur, in numerofo gynaeceo, in quod quanto nobiliori profapia exortae virgines deducuntur, tanto illuftrior rex habetur. Hinc nofter regem nunc celebrat a praeftantia et fplendore uxorum; quarum plerasque ex genere regio fuiffe, fignificat his verbis: בְּנוֹת מְלָכִים בְּיִקְּרוֹתֶיךָ *Filiae regum inter pretiofas tuas,* inter puellas nobiles, vel, tibi caras. Iis vero hic regna et populos fignificari, inter quos mox Vs. 13. בַּת־צֹר *filia Tyrus* nominatur, pro more loquendi Hebraeorum, e quo coetus integros *filias* appellare folent (cf. not. ad Jefaj.

Jeſaj. I, 8.), tota carminis ratio arguit. Hinc Chaldaeus verba illa ita expoſuit: בְּלְכֵי מַלְכְוָתָא אָתְיָין לְמִקְבַּל אַפָּךְ וּלְיַקָּרוּתָךְ *regiones regnorum venient ut ſuſcipiant faciem tuam et honorent te.* Diſertius vero Kimchi ſenſum declarat: *Filiae regum ſunt gentes quae omnes ad obſequium regis Meſſiae redigentur, coll. Pſ. LXXII, 8—11. . . . ! . . Gentes ſuſcipient praecepta Meſſiae legemque Iſraeliticam.* בְּיִקְּרוֹתֶיךָ *inter caras tuas.* Alii vertunt neutraliter vel ſubſtantive *in pretioſis tuis,* hoc eſt, in pretioſo ornatu, quem illis ſuppeditas, ſcil. בְּצֶבַע, quod ſit ſubaudiendum ex בְּצֶבַה, quod proxime ſequitur. Cf. Glassii *Philol. S.* p. 624. ed Dath. Prior tamen interpretatio et ſimplicior eſt, et ſenſum fundit magis congruum. Nomen יְקָרוֹת h. l. feminas ſignificare, quas in pretio habet rex et magni aeſtimat, ei caras, res ipſa docet. Sic Jerem. XXXI. 20. בֵּן יַקִּיר, *filius pretioſus,* eſt inprimis carus. Et in Cod. Talmud. *Sanhedrin* נשים יקרות ſunt *feminae praeſtantes.* Ceterum בְּיִקְּרוֹתֶיךָ pro בִּיקְרוֹתֶיךָ ſcriptum eſt, Aramaeorum more, apud quos ſimiliter Jod initiale Chirek ſuum rejicit in locum Schevatis ſub praecedente ſervili; quemadmodum Eccleſ. II, 13. בִּיתְרוֹן *ſicut excellentia,* pro כְּיִתְרוֹן poſitum eſt. Alia exempla ex ſerioribus V. T. libris collegit J. Alting in *Fundamm. Punctat. L. S.* Sect. XII. p. 371. (Frcf. a. M. 1730. 8.). Dageſch vero, literae ק impoſitum, pro *euphonico* eſt habendum. A. Schultensio tamen in *Inſtitt. ad Fundamm. L. H.* p. 469. Dageſch illud eſt *neceſſarium*, a יְקָּרוֹת, *valde honoratae*, ex forma Pihhel. Notanda praeterea antiquiſſima ſcriptionis in hoc nomine diſcrepantia, jam abhinc annis plus nongentis in codicibus animadverſa, atque inter חליפין שבן בני אשר ובן בני נפתלי *diſſenſiones, quae inter Aſcheritas et Naphtalitas* circa lectionem textus ebraei ſunt obortae, relata (de quibus vid. J. G. Carpzovii *Crit. S. V. T.* p. 358. ſeqq. et ſcriptores ab eo citatos). Aſcheritae enim בְּיִקְּרוֹתֶיךָ, Naphtalitae autem בִּיקְּרוֹתֶיךָ ſcribi juſſerunt,

runt, quod poſtremum etiamnum in pluribus codicibus a Kennicotto et de Roſſio inſpectis reperitur, atque a Doederleinio in Scholiis ad h. l. in *contignationibus tuis* h. e. in tectis tuis, explicatur. Male hoc quidem, quum *contignatio* ebraice dicatur מְקָרֶה, Eccleſ. X, 18., קוֹרוֹת autem ſint *tigna, trabes* Cant. I, 17. 2 Chron. III, 7. Sed, ut reliquae omnes Aſcheritarum et Naphtalitarum de lectione diſſenſiones circa minutias tantummodo orthographicas, atque circa vocales accentusque verſantur, ita et haec legendi varietas vocabuli noſtri ſignificationem minime adficit, ſed mera eſt *ſcribendi* diverſitas; Jod ſiquidem, ſecundum poſteriorem modum, abſorptum eſt, ut in nominibus pluribus aliis, quae a verbis, prima radicali Jod quieſcentibus, deſcendunt, quemadmodum דֵּעַ *ſcientia,* pro יְדַע; עֵצָה pro יְעֵצָה Sed redeamus ad vatem noſtrum. Is itaque, poſtquam nobiliſſimarum ex pellicum regis turba breviter mentionem feciſſet, jam tranſit ad *reginam*, circa quam diutius moratur. נִצְּבָה שֵׁגַל לִימִינְךָ בְּכֶתֶם אוֹפִיר *Adſtat regina dexterae tuae* ornata *auro Ophiritico.* Nomen שֵׁגַל non niſi ſemel adhuc reperitur, Neh. II, 7. de regina, Arthaſaſtae regi ad latus ſedente, et in Chaldaicis Danielis V, 2. 3. 23., ubi de uxoribus Belſazaris, diſtinctis a concubinis, dicitur. Seriori igitur Hebraismo proprium nomen videtur. Adſtat autem regina regi לִימִינְךָ, *ad dexteram,* utpote honeſtiore loco. Ita 1 Reg. II, 19. Bathſeba Salomoni proxime ad dexteram aſſidere narratur, vel proximum honoris locum ab illo occupare; rex namque cogitandus eſt ſedere in medio, a dexteris regina, a ſiniſtris regni principes. Porro regina ornata dicitur בְּכֶתֶם אוֹפִיר *auro Ophiritico,* hoc eſt, mundo aureo, ſupra veſtes poſito, quaſi tota auro, et aureis ornamentis induta eſſet, aureis monilibus, annulis, armillis, torquibus, et id genus aliis. Atque ut eximium hujus ornatus ſplendorem magis exaggeret, aurum, ex quo ille confectus eſt, *Ophiriticum* deſignat, regionem namque auri optimi ditiſſimam אוֹפִיר fuiſſe, patet

tet ex Job. XXVIII, 16. XXII, 24., Jes. XIII, 12. et locis pluribus aliis. De situ illius regionis vid. not. ad Gen. X, 29. Ceterum per *reginam* Kimchi recte indicari ait כנסת ישראל *synagogam Israelis, quae aliquando sit dominatura.*

11. Jam ad reginam, de qua adhuc in tertia persona erat loquutus, ipsam conversus vates, eam docet, quo pacto amorem sponsi s. mariti sibi conservare ac augere magis magisque possit. שִׁמְעִי־בַת *Audi filia,* compellatio blandientis, quali docentes erga discentes, ad conciliandam sibi attentionem uti solent. Haud obscure vero haec compellatio innuit, reginam, quae proprie dicitur, hic non intelligi; neque enim hoc sibi sumsisse vatem credibile est, ut erga principis sui conjugem tam familiari sermone uteretur. Recte Chaldaeus haec verba exposuit ita: שְׁמַעִי כְנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל אוֹרַיְת פּוּמֵיהּ *audi, congregatio Israelis, legem oris ejus.* וּרְאִי *Et vide,* cogita, considera, quanto honore dignata sis a sponso tuo. Chaldaeus: וַחֲמִי פְּרִישַׁת עוֹבָדוֹי *intuere admiranda operum ejus* וְהַטִּי אָזְנֵךְ *Et inclina aurem tuam,* ut quod dicam attente audias ac diligenter notes. Chaldaeus addit: לְפִתְגָמֵי אוֹרַיְתָא *ad verba legis.* — Jam incipit ipsa instructio, ad quam audiendam sponsa est excitata, unde ו ante שִׁכְחִי sit explicantis, ut saepe alias, e. c. Hos. I, 2. Amos. I, 2. Job. XIX, 25. et verba וְשִׁכְחִי עַמֵּךְ וּבֵית אָבִיךְ ita sint vertenda: *nempe obliviscere populi tui et domus patris tui.* Haec Chaldaeus ita exposuit: וְתִתְנַשַׁי עוֹבָדֵי בִּישִׁין דְרַשִׁיעֵי עַמֵּךְ וּבֵית טַעֲוָתָא דִפְלַחַתְּ בֵּית אֲבוּיךְ *obliviscere opera mala impiorum populi tui, et domum idolorum, quae coluisti in domo patris tui.* Abrahami, Hebraeorum progenitoris, domum coluisse idola, dicitur Jos. XXIV, 1. Quare et Jarchi haec verba recte explicavit hoc modo: שכחי. עבודת אילים־שעבדו אבותיך בעבר הנהר *obliviscere cultus idolorum quae coluerunt patres tui in terris trans fluvium,* Euphratem.

12. Redditur ratio, cur sponsa populi sui domusque paternae oblivisci debeat: וְיִתְאָו הַמֶּלֶךְ יָפְיֵךְ *tum, s. sic enim adpetet rex pulchritudinem tuam*, tum diliget rex te et expetet prae omnibus. כִּי־הוּא אֲדֹנַיִךְ, *Ipse enim est dominus tuus*, maritus tuus; ita Sara Gen. XVIII, 12. de Abrahamo, marito suo, loquens, dicit: אֲדֹנִי זָקֵן, *dominus meus est senex.* Tribuitur autem hoc nomen hic et alias saepe in plurali uni tantummodo personae, honoris causa, ut cum Genes. XXIV, 9. Abrahami servus manum suam sub femore אֲדֹנָיו *domini sui* posuisse dicitur. Vid. etiam Genes. XLII, 30., et cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 663. וְהִשְׁתַּחֲוִי־לוֹ *Tu vero eum adora*, dignus est regius tuus maritus, quem cum gestu reverentiae colas, cui affectu pio obedias.

13. Pergit describere praemia, quae latura sit regia sponsa, si Regem, posthabitis omnibus, unice colat. Tanti regis gloria ita in ipsam redundabit, ut futurum sit, ut opulentissimae gentes oblatis muneribus ejus gratiam sibi conciliare studeant. וּבַת־צֹר בְּמִנְחָה פָּנַיִךְ יְחַלּוּ *Et filia Tyri cum munere faciem tuam deprecabuntur. Filiam Tyri* non esse singulam feminam, sed collective, filios, seu filiorum coetum significare, uti solent Hebraei integros coetus, urbes, res publicas *filiarum* nomine appellare (cf. supra ad Vs. 10.), arguit illud, quod praedicatum, פָּנַיִךְ יְחַלּוּ in Plurali est additum; unde Chaldaeus recte וְיָתְבֵי כְּרַכָּא דְצוֹר *et incolae urbis Tyri* reddidit. Quod alii וּבַת־צֹר pro Nominativo absoluto habent, et constructionem ita instituunt: *Et ad filiam Tyri* quod attinet *cum munere vultum tuum deprecabuntur* עֲשִׁירֵי עָם *ditissimi* quique istius *populi*: id non admittunt Accentus, quum distinctivus *Rbhia* voci יְחַלּוּ impositus eam a sequenti Nominativo עֲשִׁירֵי עָם separet, arctiusque cum iis quae praecedunt cohaerere ostendat. Ceterum postrema Versus verba docent, *filiam Tyri* hic per synecdochen pro nationibus quibusvis opulentis esse positam, quod Tyrus ditissimum olim terrarum orbis emporium esset. Quod et Versus 10. initium

tium arguit; nam quod illic de *filiabus regum* in genere dixerat, id h. l. per *filiam Tyri* nominatim exprimit. Innuitur ergo, et ipſas nationes ditiſſimas populo Hebraeo acceſſuras, et quidquid habeant opum ei ſimul illaturas, ut ſacrum Jovae evadat, cf. Jeſ. XXIII, 18. coll. 2. ſ. 9. LX. 6. ſeqq. Ezech. XXVII, 2. ſeqq. Pſ. LXXXVII, 4. — בְּמִנְחָה Allato ſecum *munere*, ut ſoliti ſunt et ſolent hodienum Orientales, ſi quem illuſtri dignitate conſpicuum adire cupiunt, muneribus acceſſum ſibi faciliorem reddere, propitiosque ſibi conciliare animos; cf. not. ad Geneſ. XXXIII, 8. et vid. 1 Reg. X, 24. 25. 2 Reg. VIII, 8. פָּנַיִךְ יְחַלּוּ *Faciem tuam demulcebunt*, ſ. *emollient*. Phraſin hanc, et 2 Paral. XXXIII, 12. 1 Sam XIII, 12. Prov. XIX, 6. obviam, denotare precibus eo usque inſtare, ut alter negare quod petitur durumque ſe exhibere haud amplius ſustineat, oſtendit A. Schultens in *Origg. Hebrr.* L. I. Cap. 9. §. 24. ſeqq. Neque ſolum Tyrii, verum et עֲשִׁירֵי עָם *divites populi* i. e. ditiſſimi quique hominum ſcil. gratiam tuam et favorem muneribus ſibi conciliare ſtudebunt, פָּנַיִךְ יְחַלּוּ. עֲשִׁירֵי עָם Superlativum exprimit, ut אַבִּירֵי בָשָׁן Pſ. XXII, 13., ad quem loc. cf. not., et חַכְמֵי יֹעֲצֵי פַרְעֹה *ſapientes*, i. e. ſapientiſſimi quique *conſiliarorum Pharaonis*, Jeſ. XIX, 11.

14. Depingit reginam, in interiore regia ſemper aſſidentem regi proximam, aureis veſtibus ornatam, et intus in ejus cubiculo, quod aliis non licebat, niſi certis temporibus, adire, perpetuo verſantem. כָּל־כְּבוּדָּה בַת־מֶלֶךְ פְּנִימָה *Tota magnifica filia regis intrinſecus*, in interiore regia regio ſanguine nata regina, gratia, honore, et comtu omni, eminet. Verba כָּל־כְּבוּדָּה בַת־מֶלֶךְ proprie ſonant: *totus ſplendor* (ſubſtantivum enim h. l. eſt כְּבוּדָּה ut Jud. XVIII, 21.) *filia regis*, eadem loquendi forma, quae ſupra Pſ. XXXIX, 6. כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *Tota vanitas*, h. e. prorſus vanus eſt *omnis homo*. Quae ſupra Vs. 10. *conjux*, eadem hic *filia regis* dicitur, quaſi ad ſummam regii ortus dignitatem evecta. Adverbium פְּנִימָה *intus*, omnibus, quibus occurrit, locis, de interioribus

ribus aedium partibus ufurpatum reperitur (vid. 1 Reg. VI, 18. 19. 27. 36. 1 Chron. XXVIII, 11., Levit. X, 18.), hic vero de *interiore regia* dici, res ipfa docet. מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ *Ex ocellatis auri veftimentum ejus*, habet veftem auro intertextam. De nomine מִשְׁבְּצוֹת, *ocellata, teffelata*, Exod. XXVIII, 11. 13. 14. 25., vid. Braun *de Veftitu Sacerdot. Hebr.* L. I. C. XVII. §. 261. fequ. et N. G. Schroederus *de veftitu mulier. Ebraear.* p. 22.

15. Pompam reginae, fplendidiffime ornatae, ceterarumque gynaecei virginum ad regem ingredientium defcribit. לִרְקָמוֹת תּוּבַל לַמֶּלֶךְ *Veftibus acu pictis adducitur regi.* רְקָמוֹת effe *veftes phrygionicas*, five *acu pictas*, oftendit N. G. Schroeder l. c. p. 221. feq. Praefixum ל ante nomen illud h. l. modum ftatumve indicat, nominique adverbialem tribuit fignificationem, ut crebro, veluti לָבֶטַח *fecure*, לְבַד *feorfim*, Pf. IV, 9., לְצֶדֶק *jufte*, לְמִשְׁפָּט, *aeque*. J. D. Michaelis in *Supplemm. ad Lexx.* p. 2265. רְקָמוֹת h. l. funt *aulaea acu picta*; *poft quae thalamus conjugalis.* Refpiciunt haec ad ritum, illarum regionum populis etiamnum folennem, fponfam, poft finitas nuptias, adhibita mufica et pompa, fponfo adducendi, vid. Golii *Lexic. Arab.* p. 1100. (fub voc. زفّ), et *das alte und neue Morgenl.* P. IV. No. 1009. p. 272. et P. V. No. 87. p. 99. בְּתוּלוֹת אַחֲרֶיהָ רֵעוֹתֶיהָ מוּבָאוֹת לָךְ *Virgines poft eam, fociae ejus, adducuntur tibi.* Quod additur ut appareat, *virgines* illas reginam comitantes, non meras fore reginae pediffequas, fed compares, ejusdem dignitatis parficipes, fponfoque non minus, quam regina, nuptiis jungendas.

16. תּוּבַלְנָה בִּשְׂמָחֹת וָגִיל תְּבֹאֶינָה בְּהֵיכַל מֶלֶךְ *Adducuntur cum gaudiis et exultatione, introducuntur in palatium regis.* Plenius declarare voluit, quod fub ejus, qui proxime praeceſſerat, commatis finem dixerat (מוּבָאוֹת לָךְ); non coacte, non animo fubtrifti fed laetae

et

et tripudiantes fplendidiffimum tanti regis palatium ingrediuntur.

17. Acclamationem fubjungit, faufta precantem: תַּחַת אֲבֹתֶיךָ יִהְיוּ בָנֶיךָ *Patrum tuorum loco fint filii tui!* Filii tibi nafcantur tales, qui patres virtute, dignitate et gloria referant, regnumque perpetua generationum ferie perducant. תְּשִׁיתֵמוֹ לְשָׂרִים בְּכָל־הָאָרֶץ *Conftituas illos principes in omni terra!* regni tui regionibus diverfis illos praeficias, qui provincias, qui populos moderentur et regant.

18. אַזְכִּירָה שִׁמְךָ בְּכָל־דֹּר וָדֹר *Celebrabo nomen tuum perpetuo.* Nomen דּוֹר, quod *tempus vitae humanae,* nec non omnes homines fimul aliquo tempore viventes, fignificare, notum eft, reduplicatum plures aetates, five longiffimum tempus denotat, ut Pf. X, 6. LXI, 7. — עַל־כֵּן עַמִּים יְהוֹדוּךָ לְעוֹלָם וָעֶד *Propterea laudabunt te populi in fempiternum.* Quia ego tuas laudes canam, ideo populi, meis laudibus excitati, celebrabunt te perpetuo.

PSAL-

PSALMUS SEXTUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

In maximis periculis et molitionibus bellicis ab exteris gentibus, incolumis servabitur Hierosolymorum urbs, et terra Israëlica pacata manebit, propterea quod Deus illi urbi praesidio est, ideoque etiam si omnia terribili motu concutiantur, nihil erit sub tanto praeside timendum.

„Ante tempora captivitatis Babylonicae,“ inquit Rudingerus, „semel tantum Hierosolyma fuit obsessa a Sennacheribo Assyrio, tempore Ezechiae. Venerunt quidem contra eam Aramaei, cum Rege Israëlico, sub Achazo, et Ammonitae sub Josaphato, cum XXXV. regibus conjuratis, qui eduxerunt contra Judam et urbem regiam copias suas *), sed ad obsidionem non fuit deventum, et ne accessum quidem ad urbem fuit. Quae nimirum omnia cadunt extra tem-

*) 2 Paralip. XX.

tempora Davidica, ut fi de obfidionis calamitate accipiantur, neque nofter Pfalmus, neque XLVIII., qui funt argumento fimillimi, Davidicus effe poffit. Neque enim, Davide regnante, ulla obfidio accidit Hierofolymae. Saepe tamen fub ipfo etiam Davide periclitata eft, ut regnum univerfum, quando Reges exteri exercitus in Judaeam duxerunt, fub initia inprimis regni Ifraëlici ipfius, quos nifi victor repreffiffet, etiam ab urbis et fedis regiae obfidione non abstinuiffent, de quibus nihil prohibet hos tres Pfalmos, XLVI, XLVIII et LXVIII interpretari, et noftrum quidem inprimis de victoria contra Aramaeos et Ammonitas *), quando, non fub initia regni, fed fenefcente jam Davide, caefis Ammonitis, Moabitis et Syris, pax eft regno reddita, et pacem cum Davide fecerunt Aramaei, quo et alludere quaedam in hoc Pfalmo putantur; itemque de victoriis iis, quarum triumphus defcribitur in Pfalmo LXVIII.“ Dathius a Davide putat compofitum Pfalmum, cum in regnis finitimis infignes rerum mutationes eveniffent, Ifraelitae vero tunc pace et fecuritate fruerentur. Nobis tamen operam ludere videntur qui quaerunt, ad quaenam hic Pfalmus refpiciat pericula, inter quae incolumis fervata fuerit urbs Hierofolymitana aut terra Ifraëlitica, quum genera-

*) 2 Sam. X, 6 — 19. coll. 2 Paral. XIX.

generalis fit contestatio piorum, quae sit, et in quo posita spes et fiducia ipsorum, Deo nimirum, quo solo nitantur, et quem solum protectorem habeant adversus omnia pericula. Praesertim vero vatis animo observatos crediderim ingentes illos tumultus, quos aetate quadam futura a gentibus quibusdam barbaris et ferocibus concitatum iri, seriorum certe Hebraeorum opinio fuit, uti docent Ezechielis Capita XXXVIII. et XXXIX., atque ad ea, quae illic describuntur, magna bella hunc Psalmum et Aben-Esra et Kimchi referunt. In mediis igitur illis gravissimis adversitatibus rem Hebraeam fartam tectam, Deo protectore, servatum iri hic Psalmus promittit.

---

1. עֲלָמוֹת Musicum fuisse instrumentum, quod nabliis conjungi soleret, verisimile fit ex 1 Paralip. XV, 20., quale vero, hodie nemo dixerit. Sed Gussetius in *Commentar. L. II.* sub rad. עלם lit. H. nomine עֲלָמוֹת *vocem claram et acutam, quasi virginum,* indicari colligit inde, quod 1 Chron. XV, 21. illi opponitur שְׁמִינִית *octava,* eoque *cantoris* מְנַצֵּחַ *continuo canentis* in symphonia. At talis, inquit, musicae pars est gravis soni, ergo, opposita illa עֲלָמוֹת est acuta. Conjecturarum aliarum de hoc nomine farraginem vide in Chr. Sonntagii *Titulis Psalmorum,* p. 620. seqq.

---

2. אֱלֹהִים לָנוּ מַחֲסֶה *Deus nobis perfugium,* non ad arma et homines nos confugimus, sed Deus nobis refugium praestat, sub cujus praesidio tuti et tecti sumus, nul-

laque pericula timemus. וָעֹז *Roburque*, h. e. cauſa roboris, a quo omnem nanciſcimur depellendi hoſtis facultatem atque vires, eſt namque haec praedicatio metonymica, qualis Pſ. XXVII, 1. *Dominus lux mea et ſalus mea*; cf. Pſ. XVIII, 2. XXII, 20. Poſſes et per ἐν διὰ δυοῖν reddere hunc in modum: *perfugium validum*. Convenientius tamen videtur, discriminatim haec accipere, ut *refugium* ad defenſionem, *robur* vero ad impetendum pertineat. עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד *Auxilium in anguſtiis repertum eſt valde*, hoc eſt, validiſſimum adjutorem illum experti ſumus, maximis viribus nos defendit. Particulam מְאֹד adjectivi inſtar hic uſurpari, res ipſa docet, quod et Hieronymus vidit, qui ita vertit: *auxilium in tribulationibus inventus es validum.* Alexandrinus poſt בְצָרוֹת ſubaudiendum אֲשֶׁר exiſtimavit, נִמְצָא vero per enallagen et generis et numeri pro נִמְצָאוֹת (Geneſ. XIX, 15.) ſubaudito לָמוֹ accepit, unde talis prodiit interpretatio: ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα, quae verba Vulgatus ita reddidit: *in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis*, quod Agellius hoc modo explicat: „in tribulationibus, quae nobis, nil tale cogitantibus, nec pertimeſcentibus et imparatis, ex improviſo acciderunt, cujusmodi pericula ſolent animum ſubito terrore concutere, adjutor eſt, et ab illis nos eripit. Hic namque modus loquendi, in ſacris literis uſitatus: *invenerunt me tribulationes*, hoc ſignificat: ex improviſo et imparatum oppreſſerunt.“ J. Drusius in *Quaeſitis per Epiſtolas*, No. 109. noſtrum נִמְצָא *inventu faciliſſimus* putat vertendum. Ad verbum: *invenibilis valde*, quomodo et participia Paſſivi alia plura ſunt accipienda inſtar adjectivorum in *bilis*, ut Prov. XX, 20. *theſaurus*, נֶחְמָד *deſideratus*, h. e. deſiderabilis; ſic מְהֻלָּל *laudabilis*, Pſ. XVIII, 4., נִפְלָאָה *mirabile*, Pſ. XL, 6., nec non נִבְזֶה, *contemtibilis*, נִמְאָס, *abominabilis*.

3. עַל־כֵּן לֹא־נִירָא *Propterea non timebimus*, quum igitur in noſtris periculis tam firmam arcem, adeo tutum

tum praefidium experti fimus, nil eft, quod pertimefcere debeamus, בְּהָמִיר אָרֶץ, *in mutando terram*, etiamfi perturbatione maxima confundatur orbis, adeo, ut pro terra aquae fubeant, et ubi aquae fuerant et maria, eo terra transferatur, et fedes fuas elementa permutent. Quale illud HORATII *Carmm. III. 3. 7.*

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.

Verbum מוּר, in Hiphil tantummodo ufitatum, fignificat, alicujus rei ftatum *immutare*, unum cum altero *permutare*, ut cum populus Deum fuum cum alienis Diis permutat, Jer. II, 11., Pf. CVI, 20.; fic Hof. IV, 7. *Gloriam ipforum cum ignominia* אָמִיר *permutabo.* Levit. XXVII, 10. 33. de commutatione animalis femel voti. Cf. Mich. II, 4. Pf. XV, 4. Ezech. XLVIII, 14. Hoc loco, ubi nullius fit mentio agentis, verbum infinitum imperfonaliter eft interpretandum: *in mutari*, feu, *quando mutatur terra.* Infinitivi enim activi, cum particula conftructi, quando fe referunt ad fubjectum agens non expreffum et indefinitum, etfi fervant vim fuam activam, pro indole Latini fermonis in Verbum finitum paffivum commode refolvuntur, ut Exod. IX, 16. לְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי *propter narrare nomen meum*, i. e. ut narrent, fcil. homines, f. ut narretur nomen meum; Deut. XXX, 17. וְהָיָה לֶאֱכֹל *et erit ad comedere*, i. e. ut comedatur, Pf. XLII, 4. בֶּאֱמֹר אֵלַי *in dicere ad me*, i. e. quando dicitur. Eodem modo explicandum eft, quod fubjungit nofter: וּבְמוֹט הָרִים בְּלֵב יַמִּים *Et in movendo fe*, i. e. fi moveantur *montes in corde maris*, etiamfi moverentur, horrendis terrae motibus, montes medio in mari fiti, inque ejus imo fundati. בְּלֵב *In corde*, pro fimplici *in*, ut Deut. IV, 11. 2 Sam. XVIII, 24., et de ipfo quoque mari, ut h. l., Exod. XV, 8. Ezech. XXVII, 4. 25. 27. Jon. II, 4. Proverb. XXIII, 34. Nomen plurale יַמִּים, *maria*, de *mari magno*, feu *oceano*, eft intelligendum, ut et alia plura nomina pluralia ufurpari folent de *una* re, quae,

in

in fuo genere, magna eft, et excellens. Vid. N. G. Schroederi *Inftitt. ad fundamm. Ling. Hebr.* Reg. C. not. i. et cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 664. No. 2. Recte itaque Chaldaeus h. l. vertit: בְּפִילָגוּס דְיַמָּא רַבָּא *in pelago maris magni.* Alexandrinus: *καὶ (ἐν τῷ) μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν*, quod Vulgatus fic reddidit: *et transferentur montes in cor maris*, hoc eft: etiamfi montes de fuis fedibus et firmitate translati in maris medium fluitabunt.

4. יֶהֱמוּ יֶחְמְרוּ מֵימָיו *Fremant exaeftuentque aquae ejus*, fcil. maris, cujus facta erat mentio fub finem Vs. 3., ad cujus nomen, quamvis fit plurale, tamen eft referendum affixum fingularis numeri in מֵימָיו, quemadmodum faepius nomina pluralia, fignificationem numeri fingularis habentia, ut pluralia conftrui folent, veluti הַתַּנִּים הַגָּדוֹל *ille draco magnus*, Ezech. XXIX, 3., nec non Hof. XII, 1. *Tradam Aegyptum* בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה *in manum domini duri.* Plura vid. in N. G. Schroederi *Inftitt.* Syntax. Reg. XXV. et in Gesenii *Lehrgeb.* p. 704. i. not. *a*). Verbum חָמַר convenit cum Arabum خَمَرَ, *fermentavit*, unde h. l. de oceano ufurpatum *aeftuandi* notione fumendum effe apparet. Illud quod Pf. LXXV, 9. occurrit, חָמַר, ad Arabicum حَمَرَ (per Hha) *rubuit*, pertinere, fuo loco videbimus. יִרְעֲשׁוּ־הָרִים בְּגַאֲוָתוֹ *Etiamfi contremifcant montes prae elatione ejus*, fcil. maris, quod cum fluctus attollit, quodammodo fuperbire videtur. Ceterum haec omnia figurate dicta effe, de civitatum perturbationibus, quae et Pf. LX, 4. ingentibus terrae motibus conferuntur, apparebit infra e Verfu feptimo, ubi haec fine translatione dicuntur.

5. Ingentibus illis rerumpublicarum fubverfionibus, quas concitati maris aeftibus comparaverat, jam opponit Hierofolymorum tranquillam laetamque, Deo praefide, fecuritatem, quam rivis confert leniter fluentibus, hor-

tos-

tisque et agros pari amoenitate ac utilitate irrigantibus. נָהָר פְּלָגָיו יְשַׂמְּחוּ עִיר־אֱלֹהִים *Flumen et rivi ejus, recreant civitatem Dei.* Ante פְּלָגָיו fubaudienda copula Vau, ut Jef. LXIII, 11. Hab. III, 11. Nah. II, 11. Vel, quod eodem recidit, nominativus נָהָר abfolute politus, vim habet membri integri: *fluvium* quod attinet, *rivuli ejus* etc. Argutari videntur, qui aquas *Siloae,* quae Jef. VIII, 6. *leniter fluentes* dicuntur, hisce verbis refpici exiftimant, fenfumque faciunt hunc; etiamfi Hierofolymorum urbs non habeat mare aliquod tempeftuofum, quod hoftium incurfionibus opponatur, fed exiguum fluvium Siloae et placidum, tamen rivuli illius fluvii exigui et contemtibiles civitatem Dei exhilarant. Simpliciffimus fenfus haud dubie eft ille, quem paullo fuperius indicavimus. Simili imagine utitur Jefaias LXVI, 12., dum Jovam de Hierofolymis ita loquentem inducit: *En! ego extenfurus fum in eam quafi pacis flumen. Civitas Dei,* עִיר־אֱלֹהִים, Hierofolymorum urbs appellatur ob Deum in ea habitantem, refponfa cultoribus reddentem, et facrificia accipientem, vid. et Pf. XLVIII, 9., LXXXVII, 3., CI, 8., Jef. XLV, 13. LX, 14. Eandem urbem nofter porro appellat קְדֹשׁ מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן *facrarium habitaculorum Excelfi,* ex omnibus enim locis terrae Ifraeliticae, quae omnia Dei habitacula erant, felecta Hierofolymorum urbs fuit, ut in ea primarius colendi Dei locus effet.

6. אֱלֹהִים בְּקִרְבָּהּ בַּל־תִּמּוֹט *Deus in medio ejus ne moveatur,* non longe eft ab ea, ut ejus auxilio deftituta fit, fed in ea, ibi ftatuto fibi tabernaculo, habitat, ut ejus pericula opportune depellat. יַעְזְרֶהָ אֱלֹהִים לִפְנוֹת בֹּקֶר *Adjuvat eam Deus appetente mane,* id eft, mature, cito, ftatim, non tardat illi fubvenire, ut Jef. XXXIII, 2. *Jova, miferere noftri, fperantium te, quorum tu brachium efto* לַבְּקָרִים *mature, et adverfo tempore falus.* לִפְנוֹת בֹּקֶר *In refpiciendo,* f. *refpiciente mane,* i. e. fummo mane, ut Exod. XIV, 27. *Rediit mare* לִפְנוֹת בֹּקֶר *refpiciente mane,* id eft, exorientibus et veluti profpicientibus in mun.

mundum jam radiis ſolis; nec non Jud. XIX, 26. *Venit mulier* לִפְנוֹת הַבֹּקֶר *ſub adventum aurorae.* Ut contra לִפְנוֹת־עֶרֶב *dum adverteret ſe veſpera*, veſpera adventante, Geneſ. XXIV, 63. Deut. XXIII, 12.

7. Quod figurate dixerat ſuperius, nunc aperte declarat. Dixerat (Vs. 2.): *nil timebimus, etiamſi undae maris exaeſtuent*, nunc quaenam aeſtuatio maris ſit, aperit: הָמוּ גוֹיִם *Fremunt gentes*, tumultuantur, tanto impetu et ſtrepitu, ut concitati maris. Vide eandem populorum convenientium, ſub aquarum figura, deſcriptionem Jeſ. VIII, 7. XVII, 12. 13. Jer. XLIV, 2. XLVII, 2. Ezech. XXXII, 2. 13. — מָטוּ מַמְלָכוֹת *Moventur regna*, commoventur et nutant regna e ſua firmitate conçuſſa. Utitur verbo מוּט, *moveri*, quod ſupra Vs. 3. de montibus adhibuerat, adeoque per *montes* regna ſe intellexiſſe oſtendit, quod et alias deprehenditur, veluti Jerem. LI, 25., ubi mons exuſtus vocatur regnum Babylonicum; cf. Jeſ. II, 12. Pſ. LXXVI, 5. — נָתַן בְּקוֹלוֹ תָּמוּג אָרֶץ *Edit voce ſua* ſcil. fremitum Deus, quamprimum modo intonuit, *ſtatim liquefacta eſt terra*, tanquam calore irae divinae et fulminum jactu diſſoluta atque conſumta, quod apparet de terrore ac pavore hoſtium intelligendum eſſe, nam qui forti animo ſunt, ii duri et ſolidi videntur, at ubi illa animi ſoliditas ac fortitudo pavore concutitur, tum diſſolvi, et tabefieri videntur; ita hoc ipſum verbum מוּג de hoſtibus terrore perculſis uſurpatur Jeſ. LXIV, 7. Phraſis נָתַן בְּקוֹלוֹ elliptica eſt, et ſubaudiendum vel רַעַם *tonitru* ſ. *fremitum*, coll. 1 Sam. VII, 10. Pſ. XVIII, 14. XXIX, 3., vel קוֹל עֹז *vocem roboris*, i. e. fortiſſimam, ex Pſ. LXVIII, 34., tanquam claſſicum. Ludovicus de Dieu vertendum cenſet: *dedit voce ſua, ut liqueſieret terra.* Per *tonitru* vero increpationem Dei, vel irae ſuae ſigna intelligi, conſtat ex Jeſ. XXIX, 6. ubi ſtrages exercitus Aſſyriaci hac tonitru pictura ſiſtitur: *Punietur a Jova tonitru, et commotione ac voce magna.* Sic

1. Sam.

1 Sam. II, 10. *A Domino conterrentur hoftes ejus, de coelis tonabit fuper eos.* Cf. Pf. XVIII, 18.

8. Nos vero medios inter bellicos tumultus incolumes fervabimur, etenim יְהוָה צְבָאוֹת עִמָּנוּ *Jova, exercituum Deus nobiscum,* favet nobis, nos adjuvat. Poft יְהוָה fubaudiendum effe אֱלֹהֵי, obfervavimus ad Pf. XXIV, 10. ubi not. vid. מִשְׂגָּב לָנוּ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *Arx nobis fublimis Deus Jacobi,* perfugium, quo non tuti modo, fed et fuperiores hoftibus evadimus. Nomen מִשְׂגָּב a שָׂגַב, *fuperior fuit, eminuit,* notat arcem montanam, vel aliud aliquod praefidium, in loco editiore fitum, vide Jef. XXXIII, 16. מְצָדוֹת סְלָעִים מִשְׂגַּבּוֹ *munitiones rupium afylum ejus.*

9. לְכוּ חֲזוּ מִפְעֲלוֹת יְהוָה *Agite, facinora Jovae contemplamini!* Ita homines admirabundi nunc fibi invicem acclamabunt. לְכוּ *Ite,* vocula excitantis, ut Pf. XXXIV, 12., ubi not. vid. אֲשֶׁר־שָׂם שַׁמּוֹת בָּאָרֶץ *Qui pofuit folitudines in terra,* qui efficit urbium, incolarum, agrorum omniumque in regione aliqua excultorum vaftitatem, ut cuncta jaceant diruta atque deferta, quomodo nomen שַׁמָּה ufurpatur Jef. V, 9. XIII, 9. XXIV, 12. Jerem. V, 30. Deut. XXVIII, 37.

10. מַשְׁבִּית מִלְחָמוֹת עַד־קְצֵה הָאָרֶץ *Abolet bella ad fines usque hujus terrae,* eam enim peculiariter fignificari intelligitur ex ה demonftrativo. Deus, inquit, e terra noftra bellicos tumultus amovit. קֶשֶׁת יְשַׁבֵּר *Arcum confringit* fcil. hoftilem, arma adverfariorum reddit inepta atque infaufta, ut congredi amplius nobiscum non audeant; quod ipfum magis exprimit his additis verbis: וְקִצֵּץ חֲנִית עֲגָלוֹת יִשְׂרֹף בָּאֵשׁ *Et amputat,* detruncat, *lanceam, igne comburit currus* bellicos, de quibus cf. not. ad Pf. XX, 8. בָּאֵשׁ pleonaftice additum, qualem loquendi modum et fupra Pf. XLIV, 2. obfervavimus.

11.

11. Ex tam inſignibus factis, quibus ſuos Deus adeo magnifice defendet, hoſtesque eorum conficiet, omnes agnoſcent, illum unum omnia poſſe, infinitoque cuncta praecellere, ne quis contra eos, qui in ipſius fide erant, quicquam tentare audeat. Ad id ergo Deum inducit quoslibet hortari: הַרְפּוּ *Remittite*, ſcil. conatus veſtros contra populum meum, deſiſtite oppugnare, quos ego propugno, וּדְעוּ כִּי אָנֹכִי אֱלֹהִים *Et agnoſcite, quod ego Deus*, ex ingentibus illis prodigiis agnoſcite tandem, me eſſe virtute excelſa et invicta, אָרוּם בַּגּוֹיִם אָרוּם בָּאָרֶץ *excelſus ſum in gentibus* quibusvis, *excelſus in* omni *terra*.

12. Concludit Pſalmum acclamatione laeta, et exultante de divino praeſidio, repetitis Verſus octavi verbis.

PSAL-

PSALMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Jovam ut regem, non Iſraelitarum modo, ſed omnium univerſi terrarum orbis populorum, celebrat, et ut talem fauſtis acclamationibus hortatur excipere.

Ad feſtivitatem certam, qua accineretur, compoſitum eſſe Pſalmum et accommdatum, colligunt plures e jubilorum et clangoris tubarum mentione Verſu 2. Et alii quidem carmen decantatum exiſtimant, quum arca ſacra ex Cariathjearim vel ex Obed-Edom Hieroſolyma transferretur *); alii a Coraita aliquo Salomonicae templi conſecrationi carmen accantatum fuiſſe volunt. Incredibili enim pompa et magnificentia Salomonem templum a ſe exſtructum dedicaſſe, arcamque ſacram ei intuliſſe legitur 1 Reg. VIII. et 2 Paral. V. Nihil tamen in Pſalmo eſt, quod

*) 2 Sam. VI. 1 Paralip. XIII. et XVI.

quod vel ad templi inaugurationem, vel ad arcae translationem spectet, estque carmen per se satis clarum, ut non sit necesse, de tempore, quo factum sit, aut ejus occasione disquirere.

---

2. כָּל־הָעַמִּים תִּקְעוּ־כָף *Omnes gentes, plaudite manibus!* manifesta gaudii summi date signa. Quod in creatione regum fieri consuevisse legimus 2 Reg. XI, 12., cum creato rege Joas, *eum unxerant* וַיַּכּוּ־כָף *et plaudebant manibus, et vociferati sunt: vivat rex!* Hoc ipsum paene in hoc Psalmo facit poeta, cum dicit infra Vs. 9.: *regnat Deus super gentes, Deus insedit throno suo sancto.* Sic igitur in hoc carmine loquitur, sic laetis vocibus adclamat, tanquam si regi jam creato fausta et felicia optet. הָרִיעוּ לֵאלֹהִים בְּקוֹל רִנָּה *Jubilate Deo voce jubili,* voce exultabunda et jubilante. Praeconium hoc laetitiae vero eo pertinet, ut laetentur gentes exterae omnes, quod populo Hebraeo adsociandae eundem, quo ille gloriatur, regem, Jovam, recipiant; cf. infra Vs. 9. 10.

3. כִּי יְהוָה עֶלְיוֹן נוֹרָא *Quoniam Jova excelsus,* potentiae majestate et principatus excellentia omnia superat, *terribilis,* maxime venerandus, omni veneratione ac submissionis cultu dignissimus. מֶלֶךְ גָּדוֹל עַל־כָּל־הָאָרֶץ *Rex magnus super universam terram.*

4. יַדְבֵּר עַמִּים תַּחְתֵּינוּ וּלְאֻמִּים תַּחַת רַגְלֵינוּ *Ducit,* minat, agitque *populos subter nos,* ut nobis subsint, nostro imperio pareant, *et nationes subter pedes nostros,* sub pedibus nostris prosternit. Eadem illa locutio aderat Ps. XVIII, 48., ad quem locum vide not. Vol. I. p. 529. Regnum suum Jova amplificat ita, ut gentes exterae non, nisi nobis se adjungant, in communitatem regni divini hujus pervenire possint, ejusque felicitatis participes fieri.

5. יִבְחַר־

5. יִבְחַר־לָנוּ אֶת־נַחֲלָתֵנוּ *Elegit nobis haereditatem noftram*, ipfemet Deus inftar patris profpexit nobis de folo haereditario, e cunctis terris quafi felegit et feparavit nobis regionem commodam, qua nos tanquam fundo haereditario donavit, atque ita diftinxit a reliquis populis. Cujus terrae praeftantiam declarat in eo, quod adjungit: אֶת גְּאוֹן יַעֲקֹב אֲשֶׁר אָהֵב *Decorem Jacobi, quem diligit*, ornamentum populi Ifraelitici, de quo gloriari ei licet, nempe templum illud magnificentiffimum in ea terra exftructum, quod et Ezech. XXIV, 21. Deus vocat: מִקְדָּשִׁי גְּאוֹן עֻזְּכֶם *fanum meum, fuperbiam roboris veftri.* Hinc Chaldaeus h. l. pro verbis hebraeis אֶת גְּאוֹן יַעֲקֹב pofuit: יַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דְיַעֲקֹב *domum fanctuarii Jacobi.* Alii *gloriae Jacobitarum* nomine h. l. terram eorum exiftimant indigetari, propter praeftantiam et fertilitatem fuam, quomodo exponi poffet Amos. VI, 8. *Abominor* אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב *excellentiam Jacobi, et palatia ejus odi.* Rationem vero, cur Deus Jacobitis tradiderit haereditatem adeo pretiofam et excellentem, indicat verbis אֲשֶׁר אָהֵב, *quem* fcil. Jacobum, *diligit.* Alii, poft *Kimchium,* pronomen relativum referunt ad terram Jacobitarum, a Deo dilectam, quia locis omnibus locum illum praetulit, quem inhabitatione fua ornaret, qua ratione Pf. LXXXVII, 2. dicitur Deus *diligere portas Sionis,* et 1 Reg. XI, 32. *elegiffe civitatem fuam.*

6. עָלָה אֱלֹהִים בִּתְרוּעָה יְהוָה בְּקוֹל שׁוֹפָר *Afcendit Deus cum jubilo, et dominus cum fonitu buccinarum.* Siftitur Deus ut heros magnanimus, qui ad debellandos hoftes inter laetas fuorum vociferationes in proelium egreditur, vel ut victor triumphum de hoftibus agens e bello redit. Alii cum Aben-Efra ad arcam haec referunt, cum in fublime a Levitis fublata, perfonantibus tubis et populo jubilante in templum transferretur, de qua magnifica pompa legitur 2 Paral. V. *Dei* nomine autem arcam facram appellari volunt, ut Pf. XXIV, 7., ubi not. vid.

7. זַמְּרוּ אֱלֹהִים זַמֵּרוּ זַמְּרוּ לְמַלְכֵּנוּ זַמֵּרוּ *Canite Deo nostro, canite! Canite regi nostro, canite!* Gentes omnes prius ad plausum cohortatus est in principio Psalmi, nunc ut hymnis tanti regis laudes celebrent illas invitat. Ante אֱלֹהִים subaudiendum est praefixum לְ ex hemistichio altero, ut Genes. XLI, 12. *Interpretatus est* לָנוּ *nobis somnia nostra,* אִישׁ (pro לְאִישׁ) *unicuique secundum somnium suum;* nec non Deut. XXXIII, 4. *Moses praecepit* לָנוּ *nobis legem,* קְהִלַּת יַעֲקֹב *congregationi Jacobi haereditatem.* „Emphaseos causa," inquit GEIERUS, „verbum זַמְּרוּ quinquies repetitur ad innuendam canticorum continuitatem, solennitatem et devotionem seriam."

8. Quid canendum, quid praedicandum sit, tanquam formulam exponit: canite, inquit, כִּי מֶלֶךְ כָּל־הָאָרֶץ אֱלֹהִים *quod rex omnis terrae Deus,* non uni modo genti, sed omnibus totius orbis terrarum gentibus imperat. זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל *Canite carmen,* sive collective, *carmina,* de quo nominis מַשְׂכִּיל significatu vid. Prolegom. Vol. I. p. LXIII. Alexandrinus vertit συνετῶς, et Vulgatus *sapienter,* hoc est intelligenter, relatum ad artem componendi carmina, quae magno in pretio tum habebatur. Nullum aliud tamen exemplum extat participii activi, quod adverbii valorem sortiretur.

9. מָלַךְ אֱלֹהִים עַל־גּוֹיִם *Regnat Deus super gentes!* Voces sunt fausta acclamantium regi creato, ut 2 Sam. XV, 10. *Statim ut audieritis clangorem buccinae, dicite: regnat Absalom in Hebron.* Hoc loco autem haec formula de Deo usurpatur, non quod rex constitutus sit, sed quod agnitus, admirabiliumque rerum gestarum perspicuitate declaratus. Deinde, quod regis est proprium, ut insidens throno judicia exerceat, idem de Deo canit: אֱלֹהִים יָשַׁב עַל־כִּסֵּא קָדְשׁוֹ *Deus sedet in throno suo sancto,* quo *coelum* significari, patet ex Pf. CIII, 19. *Deus in coelis paravit solium suum: et regno ejus cuncta sub-*

ſubjiciuntur. Non uni provinciae partique terrarum imperat, ut falſi dii alii aliis terris praeeſſe putantur, ſed ſedet in coelo, quod quum ſit omnibus terris excelſius, ſequitur, ut is, qui in coelo, tanquam in throno, ſedet, omnibus dominetur, omnium ſit judex, omnia pro ſuo arbitrio moderetur.

10. Quia Regem appellaverat Deum; regem vero creare non licebat, niſi principibus populi accitis, et ad comitia advocatis, illisque ſummo conſenſu rem approbantibus, vid. 2 Sam. V, 1. 3., cf. Deut. XXXIII, 5.; ad hanc conſuetudinem reſpiciens, ait, vere Regem eſſe Deum omnium populorum, non ſolum quia natura Deus eſt, verum etiam conſenſione principum regni ſui, hoc eſt, univerſi terrarum orbis: נְדִיבֵי עַמִּים נֶאֱסָפוּ עַם אֱלֹהֵי אַבְרָהָם *Principes populorum adjungunt ſe populo Dei Abrahami,* ſubjectos ſibi populos ſecum ducentes populo Iſraelitico ſeſe aggregant, et Jovam communem regem agnoſcunt. Ante nomen עַם ſubaudienda praepoſitio אֶל, aut לְ ut Jerem. XXVI, 10., Pſ. V, 8. (ex 2 Sam. XI, 11.) Hoſ. II, 16. Alexandrinus pro עַם legit עִם, quem Vulgatus ſequutus, reddidit: *congregati ſunt cum Deo Abraham.* Chaldaeus tamen et Symmachus expreſſerunt עַם. Cf. Buxtorfii *Anticrit.* pag. 556. Peculiariter hic Deus cognominatur ab *Abrahamo,* quia is relicto avito falſorum Deorum errore illum verum Deum adoravit et coluit, et poſteris colendum tradidit. Cauſam addit, cur populorum principes Iſraelitico populo ſeſe aggregent: כִּי לֵאלֹהִים מָגִנֵּי־אֶרֶץ *Nam Dei ſunt clypei terrae,* Deus regum et principum ſupremus eſt dominus, cui omnes obſequium debent praeſtare. Praefixum לְ dominium h. l. indicat, ut Deuter. I, 17. לֵאלֹהִים *Dei eſt judicium,* nec non Gen. XL, 8. 2 Paral. XX, 15. Quos vero hemiſtichio priori נְדִיבֵי עַמִּים, *principes populorum,* vocaverat, eosdem nunc מָגִנֵּי־אֶרֶץ *ſcuta terrae,* appellat, ſicut Deus ſubinde hoc nomine appellatur (vid. Pſ.

Pſ. VII, 11. XVIII, 3. XXVIII, 7. XXXIII, 20. Deuter. XXXIII, 29.), propterea quod defendit ſuos et mala avertit, uti ſcutis avertuntur jacula, et ſervantur, quos illa tegunt. Hoſ. IV, 18. autem, ut hic, populi Iſraelitici principes dicuntur *clypei ejus,* eorum enim eſt, populum tueri, et nocitura avertere. מְאֹד נַעֲלָה *Exaltatus eſt plurimum* ſcil. עֲלֵיהֶם *ſuper eos* Jova, cujus genti ſeſe adſociant. Ita Pſ. XCVII, 9. *Quia tu Jova excelſus es ſuper univerſam terram,* מְאֹד נַעֲלֵיתָ עַל־כָּל־אֱלֹהִים *plurimum exaltatus es ſuper omnes Deos.*

PSALMUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Celebrat hic Pſalmus liberationis ſingularis beneficium, quae divinitus Hieroſolymis contigerit, cum ab hoſtibus imminentibus peteretur, commendat etiam ſpeciem et munitionem urbis, atque ſpem facit fore, ut et in poſterum ejus protector, Jova, eam conſervet. Pertinere autem hocce carmen ad bellum illud, quod Joſaphato reges complures juncti inſerrent, in quo tamen rex pius et urbs eſſent conſervati, interpretes plerique ſtatuunt, et favent huic ſententiae Verſus 5. 6. 7. Hiſtoria legitur 2 Chron. XX.

---

2. גָּדוֹל יְהוָה וּמְהֻלָּל מְאֹד בְּעִיר אֱלֹהֵינוּ הַר־קָדְשׁוֹ׃
Magnus eſt Jova et laudatus plurimum, in civitate Dei noſtri, monte ſancto ejus. Urbem Dei Hieroſolyma vocat, quod Jova illam ſibi quaſi vindicavit locum cultus ſui publici. *Montem* vero Deo *ſacrum* eſſe Sionem montem, apparet ex Verſu, qui proxime ſequitur. Quam-

vis templum in monte *Moria* exſtructum eſſet, *Sion* tamen celebrari ſolet ſedes et habitatio Dei, quod Moria conjunctus Sioni, licet valle quadam ab ejusdem altiſſimo divideretur jugo, pars Sionis haberetur. Vid. Adr. Relandi *Palaeſt illuſtr.* p. 854. Alias ab aliis hujus denominationis rationes excogitatas attulit J. G. Carpzovius in *Apparatu Hiſtor. Crit. Antiquitt. S. Cod.* (Lipſ. 1748. 4.) p. 256. not. 7.

3. Verba hujus Verſus duo priora, יְפֵה נוֹף, vulgo vertunt, Kimchium ſequuti: *pulcher tractu*, id est, amoeniſſimo gaudet ſitu; נוֹף enim (quod hoc tantummodo loco ut *appellativum* occurrit) id ipſum, quod נָפָה (Joſ. XII, 23. 1 Reg. IV, 11.), hoc eſt *tractum, regionem*, Kimchi ſignificare exiſtimavit. Quae conjectura nec veteris alicujus interpretis auctoritate, nec linguarum, Hebraeae cognatarum, uſu firmatur. Recte Relandus (l. c. p. 848.) vertit: *pulcher elatione*, qua ſeſe effert; nam Arabice نَوْفٌ eſt *eminentia, elatio* ſuper alias res. Hieroſolymitana urbs tunc, quum maxime fuit extenſa, quatuor montibus incumbebat, Sioni, Acrae, Moriae et Bezethae, qui tamen rectius totidem unius montis cacumina dicuntur, ex quibus maxime Sion eminebat. J. D. Michaelis in *Supplemm.* p. 1617. verba יְפֵה נוֹף *pulcherrimus montium* reddidit, nulla *ſtatus regiminis* ratione habita. Quemadmodum Pſ. XXIV, 4. נְקִי כַפַּיִם, *purus manibus*, יְפֵה תֹאַר *pulcher forma* (Geneſ. XXXIX, 6.), יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis* (1 Sam. XVI, 12.), יְפֵה פְרִי olea *pulchra fructibus* (Jer. XI, 16.), יְפֵה עָנָף cedrus *pulchra ramis* (Ezech. XXXI, 3.) vertitur, ſic utique noſtrum יְפֵה נוֹף *pulcher elatione* eſt reddendum. Vid. de hac loquendi forma Storrii *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 276. N. G. Schroederi *Inſtitt.* Syntax. Reg. XI. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 677. no. 3. Veterum interpretum conjecturas retulit Michaelis l. c. מְשׂוֹשׂ כָּל־הָאָרֶץ הַר־צִיּוֹן *Gaudium totius terrae mons*

mons Sion, decus deliciaeque universae terrae Israeliticae, propterea quod sedes regia esset, nec non locus divini cultus (vid. not. ad Vs. 2.). Huic loco plane similis est Thren. II, 15. *Haeccine est urbs* (Hierosolyma), *de qua dixerunt:* כְּלִילַת יֹפִי מָשׂוֹשׂ לְכָל־הָאָרֶץ *absolute pulchra, gaudium universae terrae?* — יַרְכְּתֵי צָפוֹן קִרְיַת מֶלֶךְ רָב *Latera Septentrionis* scil. Sionis, montis, *civitas magni regis*; boreali montis hujus latere Hierosolymorum urbs est sita, quae regem supremum ipsum agnoscit Jovam (Ps. XLVII, 7.), ut qui eandem tanto dignatus est honore prae cunctis civitatibus aliis, ut nusquam voluerit suscipere sacrificia, vel festa annua agitari, quam hic loci. Sionis latus boreale sustinebat *urbem superiorem*, τὴν ἄνω πόλιν; quae ipsa praecipua et potior illius pars fuit, vid. Relandi l. c. p. 847. seqq. et Ysbr. van Hamelsveld *Geogr. Biblic.* P. II. p. 32. seq. vers. teuton., nec non Kortii Itinerarium in *der Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient. etc. von H. E. G. Paulus*, P. II. p. 79. seq.

4. אֱלֹהִים בְּאַרְמְנוֹתֶיהָ נוֹדַע לְמִשְׂגָּב *Deus in palatiis ejus* (קִרְיַת, *civitatis*, Vs. 3.) *agnitus pro asylo*, auxilio Dei, splendidissime huic urbi lato, ejus civibus manifestum factum est, Jovam esse suorum perfugium et vindicem. De nomine מִשְׂגָּב vid. ad Ps. XLVI, 8.

5. Quam splendide et magnifice hoc auxilii Deus tulerit, nunc canit: כִּי־הִנֵּה הַמְּלָכִים נוֹעֲדוּ עָבְרוּ יַחְדָּו *Nam ecce reges convenerant*, urbem expugnaturi, *transierunt una*, urbe intacta, expugnare eam non valentes. Quod accidit regnante Josaphato, contra quem Moabitarum, Idumaeorum et Syrorum reges foedere juncti innumeras copias duxerunt, quae tamen cunctae ab Israelitis caesae fusaeque sunt. Vid. 2 Chron. XX, 1. 2. 23. 24. 25.

6. הֵמָּה רָאוּ *Quando illi viderunt*, experti sunt, scil. Deum esse praesidium incolarum illius urbis (Vs. 4.). Ante הֵמָּה subaudiendam esse particulam כַּאֲשֶׁר, *quum*,

quando (Exod. XVII, 11. Jud. XI, 5. Jef. LI, 13.), docet ἀπόδοσις, כֵּן תָּמָהוּ, *tunc obſtupuerunt*, attoniti ad inopinatam vim numinis. כֵּן h. l. *tunc*, *tum* vertendum, ut Pf. LXIII, 5. Efth. II, 12. Sed quum particulae כַּאֲשֶׁר et כֵּן alias fibi refpondere folerent ita, ut Latinis *quo magis* et *eo magis*, veluti Exod. I, 12. כַּאֲשֶׁר *quanto magis affligebant populum*, כֵּן *tanto magis crefcebat*; et Hof. IV, 7. כְּרֻבָּם *quo magis crefcebant*, כֵּן *tanto magis peccarunt contra me*; funt, qui et h. l. vertere mallent: *quo magis illi viderunt*, i. e. experti funt, Deum effe Ifraelitarum propugnatorem, *eo magis obſtupuerunt*. Eadem conſtructio, vel particulae כַּאֲשֶׁר defectus in locutione comparativa deprehenditur Hof. XI, 2. קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם quanto magis *eos vocabant* prophetae, *tanto magis recedebant*. — נִבְהֲלוּ נֶחְפָּזוּ *Conturbati*, perterriti, *ſunt*, *in praecipitem fugam acti ſunt*, ad fugiendum impulfi, fupra quam vires fufficerent. Verbum חָפַז, *feſtinavit*, praefertim prae anxietate, *trepidavit* (vid. fupra Pf. XXXI, 23.), in Niphal praeter hunc locum bis reperitur, videlicet Pf. CIV, 7. de aquis, a voce tonitrui trepidantes quafi diffugientibus (יֵחָפֵזוּן), et 1 Sam. XXXIII, 27., ubi narratur, quemadmodum Davides conaretur fugere, jam ab exercitu Saulis circumdatus, dicitur fuiffe נֶחְפָּז לָלֶכֶת, id eft, metu agitatus et quafi praecipitatus, ut fugeret, nimirum metu et confternatione celeriorem fugam imperante, quam pro facultate corporis. Idem verbum et h. l. adhibitum, ut intelligas hoftes populi Ifraelitici metu actos et praecipitatos in fugam, viribus corporis celeriorem. Obfervanda praeterea gradatio in verbis תָּמָה, נִבְהַל et חָפַז.

7. רְעָדָה אֲחָזָתַם שָׁם חִיל כַּיּוֹלֵדָה *Tremor apprehendit illos iſtic, dolor, qualis corripit parturientem*. Ejusmodi dolor enim, ubi mulierem corripuerit, ibi detinet, fic et illis intelligit hic vates facultatem fugiendi fuiffe ademptam, quamlibet metu ad fugiendum impellerentur. Quod optime quadrat in victoriam illam, quam

Jofa-

Josaphat de regibus foederatis retulit. Eo siquidem metu perculsum illorum exercitum, et terrore exagitatum fuisse historicus (2 Chron. XX, 23.) memorat, ut se ipsos trucidarint, et Josaphat cum populo tantummodo spolia legerint, quae tam multa quoque fuere, ut tres dies insumserint ea colligendo et dividendo. Ceterum חִיל כַּיּוֹלֵדָה dictum est pro כְּחִיל הַיּוֹלֵדָה, ut fere Jesaias habet XXI, 3. צִירִים אֲחָזוּנִי כְּצִירֵי יוֹלֵדָה *cruciatus me corripiunt, quales sunt cruciatus parturientium.*

8. בְּרוּחַ קָדִים תְּשַׁבֵּר אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ *Vento subsolano, qui confringit naves Tartessicas,* terrore incredibili perculsi fuerunt atque dejecti, ac si Euro, qui confringere solet naves maximas, fuissent agitati et prostrati. Ad hujus Versus initium repetendum est ex Versu superiori nomen כְּחִיל, ante תְּשַׁבֵּר vero pronomen relativum אֲשֶׁר subaudiendum, recte monente C. F. Schnurrero in *Dissertatt. Philologico-Critic.* p. 156., quod ipsum tamen jam vidit Arn. Bootius in *Animadverss. Sacr.* L. IV. Cap. VIII. §. 5. seqq., qui pluribus de hoc loco egit, eumque his verbis explicavit: *tremor apprehendit eos, ac si concussi essent vento subsolano, cujus tanta est violentia, ut in mari maximas quasque ac firmissimas frangat naves.* Aliis תְּשַׁבֵּר est secunda Futuri persona, quam ad Deum referunt, ut hebraea ita sint transferenda: *vento orientali frangis naves Tartessicas.* Imperfectam, vel, si mavis, implicitam similitudinem existimant, cujus nonnisi unum membrum verbis expressum, alterum supplendum sit, ut plena oratio haec existat: *maximos reges profligasti, prouti vento naves Tartessicas confringis.* Sed bene Schnurrerus l. c. observavit, vix credibile esse, Deum hic compellari, quum Versu demum 10. nomen אֱלֹהִים vocandi casu positum, antecedens autem oratio universa ad Deum directa non sit. *Euro* summam in V. T. vehementiam tribui notum est, et naves ventum illum confringere, innuitur quoque Ezech. XXVII, 26. Eadem fere, qua noster, similitudine usus est et Jere-

mias

miạs XVIII, 17., ubi inducit Deum fic minari: כרוח־קדים אפיצם לפני אויב *Difpergam eos coram hofte, quafi vento fubfolano actos.* Ceterum de vento קדים dignus eft qui legatur BOCHARTUS *Hieroz.* P. II. Libr. I. Cap. XV. (T. II. p 662. feqq. edit. Lipf.). De תרשיש vid. Schol. ad Genef. X, 4. *Naves* autem *Tarteffi* dici naves magnas, longis navigationibus et tempeftatibus fufferendis reliquis aptiores, obfervavimus ad Jef. II, 16., ubi itidem hujusmodi navium facta eft mentio.

9. כאשר שמענו כן ראינו בעיר יהוה צבאות בעיר אלהינו *Quemadmodum audivimus, ita vidimus,* re ipfa experti fumus, *in civitate Jovae, Dei exercituum, in civitate Dei noftri.* Bifariam accipi poteft hic Verfus, vel, quod vates in perfona omnium Ifraelitarum fic dicat: Nos quidem a patribus accepimus, Deum faepe opem tuliffe populo fuo, fed jam fumus experti eandem Dei mifericordiam in nobis juvandis. Vel; quemadmodum Deus pollicitus eft fe opem laturum populo fuo, ita re ipfa praeftitit. In periculo illo, quod Hierofolymitanae urbi a regibus confoederatis minaretur, prophetas in templo auxilium a Jova pollicitos effe, diferte traditur 2 Paral. XX, 14. feqq. Illud: *in civitate Dei,* ad duo referendum, in ea enim et audierant Deum auxiliaturum, et auxilium perceperant, dum Deus quod in ea regnum, quique cultus erat, adeo infigniter defendit. De nomine יהוה־צבאות vid. ad Pf. XXIV, 10. Auxilio illo laetam in fpem erectus addit: יכוננה עד־עולם *Stabiliet eam* urbem *in fempiternum,* contra quoslibet infultus, aut hoftiles impetus, fubverfionem huic urbi minitantes, defendet ipfam, ut numquam labatur. Nam verbum כון, *firmus, ftabilis fuit,* in Piel fignificat *ftabilem* reddidit, et opponitur concuffioni et labefactationi, ut conftat ex Pf. VII, 10. XL, 3.

10. דמינו חסדך בקרב היכלך *Meditamur bonitatem tuam in templo tuo,* tanta tua beneficia publice in conventibus folennibus recolimus et hymnis praedicamus.

Cf.

Cf. quae 2 Paral. XX, 27. ſeqq. narrantur de ſolenni pompa, qua poſt victoriam praeclariſſimam partam Joſaphat, rex, et populus Hieroſolyma ſuere ingreſſi, deque ingenti ſtudio praedicandi Dei, cum cantu omnique organorum genere, quo totus populus flagrabat.

11. כְּשִׁמְךָ אֱלֹהִים כֵּן תְּהִלָּתְךָ עַל־קַצְוֵי־אֶרֶץ *Sicut nomen tuum, o Deus, ita laus tua usque ad terminos terrae,* quocunque nomen tuum pervenerit, ſimul conjunctum erit cum laude; omnes enim externi populi intelligent, qualem te praeſtiteris populo tuo, et quam praeclara fuerit haec liberalitas, bonitas et clementia, quibus teſtatus es, te non fruſtra pollicitum eſſe auxilium fidelibus tuis. Fama namque falſorum deorum per omnes mundi plagas volitabat ſine re, ſine vera laude, ubi autem celebratur Deus populi Iſraelici, ſimul accedit effectus operum. Particula עַל poſita pro אֶל, *ad*, ut 2 Sam. XV, 4. 2 Reg. XXV, 20. Nehem. VI, 3. Laudis hujus ſumma eſt: צֶדֶק מָלְאָה יְמִינֶךָ, *Juſtitia plena eſt dextera tua,* quicquid omnino geris, juſtum eſt; juſtitiam exercuiſti tam erga hoſtes noſtros iniquos, a quibus poenas exegiſti, quam erga nos, tuos ſubditos, quibus victoriam conceſſiſti.

12. יִשְׂמַח הַר־צִיּוֹן תָּגֵלְנָה בְּנוֹת יְהוּדָה לְמַעַן מִשְׁפָּטֶיךָ *Laetatur mons Sion, exultant filiae Judae propter judicia tua,* tam benigna ipſis et ſalutaria. Sic namque judicat regitque omnia hic Rex, ut ſuis nihil non ſalutem promoveat et felicitatem augeat. הַר־צִיּוֹן, *Sionius mons,* h. l. ſynecdochice pro urbe Hieroſolymitana, illi adjacente, poſitus eſt; בְּנוֹת יְהוּדָה, *filiae Judae,* autem, ſunt pagi, oppida et urbes in regno Juda reliquae. Metropolis enim in V. T. ſolet *matris,* vicinae vero urbes et pagi *filiarum* nomine inſigniri, ut conſtat ex Num. XXI, 25. Joſ. XVII, 16. Cf. de hoc loquendi more J. Jahn *Bibliſche Archäologie* T. I. p. 247.

13. Invitat vates urbium Judaeae incolas (de quibus Vs. 12.) ad conſiderandam circumquaque urbem illam

lam primariam regni et cultus Jovaai fedem, moenia et palatia ejus, externam fcilicet et internam magnificentiam, quod ea tanta fit, ut numquam fit ejus memoria intermoritura. סֹבּוּ צִיּוֹן וְהַקִּיפוּהָ, *Circuite Sionem, et circate eam,* ut facere folent, qui auguftae civitatis fplendorem contemplari ejusque ornamenta luftrare cupiunt. Eodem, quo hic, *circumeundi urbem,* fignificatu verba סָבַב et הִקִּיף junguntur quoque Jof. VI, 3. 11. וְסַבֹּתֶם אֶת־הָעִיר *Circuibitis urbem omnes milites,* הַקִּיף אֶת־הָעִיר *circando urbem vice una.* סִפְרוּ מִגְדָּלֶיהָ *Numerate turres ejus,* quales urbibus folebant adjungi firmioris praefidii caufa, ubi etiam expugnata jam urbe locus tamen adhuc erat eo recurrendi aut fugiendi, ut conftat ex Jud. VIII, 9. IX, 16 feq., confer etiam Neh. III. 1. 25. 26. 27. Jerem. XXXI, 38. 2 Paral. XIV, 6. XXVI, 9. 10. 15. J. E. Fabri *Archäologie der Hebräer,* P. I. p. 186. feqq. Sunt, qui haec verba excitationem ad hoftes ironice directam putent, qua cives Hierofolymitani praefidiorum fuorum confidentia infultent hoftibus, adveniant modo, urbem cingant, obfidionem inftituant. Cui fententiae tamen minus favet Verfus, qui proxime fequitur.

14. שִׁיתוּ לִבְּכֶם לְחֵילָה *Ponite cor veftrum ad antemurale ejus* urbis, confiderate civitatis hujus propugnacula. *Ponere cor ad rem aliquam* Ebraeis pro *diligenter illam confiderare* folenne, vid. Jerem. XXXI, 21. Prov. XXII, 17. Nomen חֵיל ut pars munimenti urbium, a חוֹמָה, *muro,* diftincta, occurrit 2 Sam. XX, 15. Jef. XXVI, 1. Nah. III, 8. Thren. II, 8. Kimchius ad Jef. XXVI. ex Talmudicis refert, interroganti, quid fit חוֹמָה וָחֵל? refponfum, שורא ובר שורא, *murus et filius muri,* id eft, murus parvus exterior, majorem interiorem ambiens (concinit Arabicum حَوْلَ, *circa*), antemurale, propugnaculum. Plura de hac voce vid. in J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 736. feqq., qui tamen *foffam,* murum ambientem, intelligendam conjicit, et J. E. Fabri *Archäolog.*

chäolog. Hebr. P. I. p. 288. feq., cui חֵיל five חֵל (utroque enim modo in codd. fcriptum reperitur) eft *pomoerium*, Ad verba פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ Ludov. de Dieu in *Crit. S.* animadverfionem apponere juvat: „Verbum פַּסֵּג eft ex τῶν ἅπαξ λεγομένων. Itaque per conjecturam exponitur. Extat apud Mofen (Num. XXI, 20.) nomen פִּסְגָּה; quod quidam nomen proprium montis, alii appellativum effe volunt cum Kimchio, qui per גבעה, *collem*, reddit; hinc פַּסְּגוּ vertit חזקו ובצרו, *roborate et munite palatia ejus*. R. Salomon הגביהו, *exaltate*, quod interpretantur, laudibus extollite, tanquam rem magnam. *Aben-Efra:* הביטו ארמנותיה שהם פסגה *afpicite palatia ejus, quia funt collis.* Hinc Junius: *attollite oculos ad palatia ejus* Merae funt conjecturae. LXX. καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς. Vulgatus: *distribuite domus ejus.* Nolim fperni; hanc enim fignificationem verbum hoc obtinet apud Magiftros, ut et apud Chaldaeum interpretem, qui pro בָּתַר *disfecuit*, dicit פַּסֵּג, et pro בְּתָרִים, *fegmenta*, פַּסְגִּין. Hinc verto: *dividite palatia ejus*, nempe deambulatione veftra, id eft, obambulate inter palatia ejus, ut alia vobis fint ad dextram, alii ad finiftram, fecando omnes palatiorum vias, quo omnia poffitis commode intueri. Ita ufurpavit Maimonides in יד חזקה, in libro נזקי ממון Cap. 5., ubi inter decem conditiones, quas in divifione terrae Canaan partus dicitur Jofua, haec quoque eft, שכל התועה בין הכרמים וכיוצא בהן מפסג ועולה מפסג ויורד עד שיצא לדרכו id eft ad verbum: *ut quicunque oberrat inter vineas fimiliaque loca, dividat et afcendat, dividat et defcendat, donec exeat in viam fuam.* Senfus eft: ut aberranti inter vineas a via liceat nunc furfum nunc deorfum per medias vites difcurrere, donec in rectam viam exitus detur.“ Quemadmodum enim verba סָבַב et הִקִּיף *cingere urbem*, pro *circumire eam* ufurpari vidimus Verfu 13., ita fane *dividere palatia* pro *ambulare inter ea* dici potuit. Veterum interpretationes enarratas vide in J. D. Michaelis *Supplemm.* pag. 2025. feq. — לְמַעַן תְּסַפְּרוּ לְדוֹר

לְדוֹר אַחֲרוֹן *Ut enarretis generationi posterae*, id eft, accurate confiderate urbis tam praeclarae praefidia et ornamenta, ut poffitis aliquando de re referre ad pofteritatem, a qua hoc nomine perpetuo celebrabitur, ut haec etiam agnofcere difcat Deum noftrum, qui civitatem eam, quam fedem fibi elegit, contra hoftium infultus mirum in modum defendit, et illaefam prorfus fervavit. Tale quidquam enim fubaudire jubet Verfus, qui proxime fequitur.

15. כִּי זֶה אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ עוֹלָם וָעֶד *Nam hic Deus erit Deus in feculum et aeternitatem*, Deus ille, qui in tantis periculis urbem hanc protexit, et incolumem fervavit, et in pofterum femper propugnatorem et defenforem nobis fefe praeftabit. Alii particulam כִּי explicative accipiunt, ut hic Verfus, cum illo, qui praeceffetat, hoc modo fit conjungendus: praedicetis generationibus infequuturis, quod hicce Deus fit Deus nofter. הוּא יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת *Ipfe ducet nos ad mori usque*, dum hac vita fungemur faluti noftrae providebit, boni paftoris inftar, qua fimilitudine ufus auctor Pfalmi LXXX. hoc ipfum verbum ufurpavit Vs. 2. *Paftor Ifraelis, aufculta*, נֹהֵג כַּצֹּאן יוֹסֵף *qui minas, gregis inftar, Jofephum*. Cf. fupra Pf. XXIII, 1. 2. Dictionem עַל־מוּת recte explicavit Kimchi עד מותנו, *ad mortem noftram usque*, quomodo particula עַל capitur quoque Pf. XIX, 7., et locis pluribus aliis, quos recenfuit Noldius in *Concordantt.* p. 558. Dathius *mori* aut *mortem*, h. l. tropice pro *fummo periculo*, feu *totali exitio* accipiendum putat, ut Pf. XLIX, 16. CXVI, 8., vertitque: *nos in maximis periculis fervabit.* Mihi prior fententia ideo certior vifa eft, quod et prima hujus Verfus pars de fempiterna Dei cura et tutela canit. Pro עַל־מוּת autem in multis codicibus, et manu exaratis, et typis defcriptis (quorum indicem fatis largum Roffius ad h. l. dedit) unica dictione עַלְמוּת legitur, cujus nominis fignificationem ex cognato עֲלוּמִים *adolefcentia*, petere folent, atque particulam כ fimilitudinem

dinem indicantem fubaudire. Ita Chaldaeus: הוּא יְדַבְּרִנָא בְּיוֹמֵי טַלְיוּתַנָא *Ipfe ducet nos* ficut *in diebus pueritiae noftrae*, tum fcilicet, quando elegit nos, et in fuam fuscepit protectionem, cf. Jer. III, 4. Hof. II, 15. Alii *vigorem juvenilem* refpici putant, hoc fenfu: ducet nos in perpetuo aetatis vigore, fine omni virium decremento, quomodo Jef. XL, 30. 31. dicitur; *fperantes in Domino novabunt robur, adfcendent ala, ficut aquila, current, et non laffabuntur.* Sed nomina aetatum alias effe folent *pluralia*, ut נְעוּרִים *pueritia*, q. d. anni puerorum, זְקֻנִים, *fenectus*, anni fenum. Alexandrinus vocem ebraeam adverbialiter accepit, vertit enim: εἰς τοὺς αἰῶνας, quod fequutus Vulgatus: *ipfe reget nos in fecula*, quafi fcriptum effet לְעוֹלָמִים. Ita Aben Efra, qui עַלְמוּת per adverbium עולמית *aeternum*, explicat. J. D. Michaelis quoque in *Supplemm.* p. 1922. ut adverbium, more Syrorum formatum (vid. *Grammat. Syr.* §. 92.), levi tamen punctorum vocalium mutatione, עָלְמוּת *aeterne*, efferre mallet. Sunt quoque, qui, fignificationem dictionis עַלְמוּת ac עֲלֻמִים et תַּעֲלֻמוֹת *abfcondita* (Pf. XLIV. 22. XC, 8. Job. XI, 6.) repetentes, ita exponant: *ducet nos in abfcondito*, h. e. mirabili- et occulto confilio. Aliis עַלְמוּת inftrumenti mufici eft nomen, ut Pf. IX, 1. XLVI, 1., inter hos T. F. Stange in *Anti-Crit. in locos quosdam Pfalmor.* P. I. p. 177. Ejus fententia huc redit, in verbo יְנַהֲגֵנוּ carmen finiri, עַלְמוּת vero organi mufici nomen effe, quod in illius cantu adhibendum fuerit, idque h. l. in fine notari, quemadmodum et in Habacuciani hymni fine לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי additum eft. Obftat tamen huic fententiae, quod Pf. IX, 1. עַל־מוּת לַבֵּן et Pf. XLVI, 1. עֲלָמוֹת fcriptum eft, ut igitur עַלְמוּת nusquam alias occurrat. Qui *aeterne* illud explicant (vid. fupra), optime fane facere videntur, utpote quod hemiftichio priori congruat. Cf. etiam J. Buxtorfii *Anticrit.* p. 706.

PSAL-

PSALMUS NONUS ET QUADRAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Stultitiam eorum, qui divitiis confidunt, deridet, quibus neque se, neque cariſſimos ſuos a morte redimere queant; quas cum maximo labore quaeſierint, aliis relicturi ſint, ſecumque aſportare non poſſint, cumque nominis quandam aeternitatem ſomniarint; nihil priſtini ſplendoris in ſepulchrum ſint relaturi, ſed morti depaſcenti paſtum de ſe praebituri. Simillimus eſt hic Pſalmus trigeſimo ſeptimo, argumentumque fere idem utrique eſt; ambo enim ſtultitiam eorum denotant, qui ſummo ſtudio divitiis atque opibus comparandis incumbunt, et ambo humanarum rerum vanitatem ante oculos ponunt. De auctore tamen, tempore aut occaſione praeſtantiſſimi carminis nemo certi quidquam definiverit.

2. Verſus quinque priores exordium continent, in quo attentionem et benevolentiam captat vates: שִׁמְעוּ־זֹאת כָּל־הָעַמִּים הַאֲזִינוּ כָּל־יֹשְׁבֵי חָלֶד *Audite hoc, omnes populi,*

populi, aufcultate his omnes incolae orbis! Omnes homines ad audiendum invitat, omnibus enim hanc fuam admonitionem utilem fore judicat, quod rari admodum fint, quos divitiarum aut fperatarum cupiditas non alliciat, aut habitarum fiducia non infolentes efficiat. De חֶלֶד, tam *tempus*, quam *locum* vitae humanae denotante vid. not ad Pf XVII, 14. Cf. FULLERI *Mifcell. Sacr.* L. III. C. XIV.

3. גַּם־בְּנֵי אָדָם גַּם־בְּנֵי אִישׁ *Tum filii hominis, tam filii viri*, i. e. quique plebeji, quique dignitate aliqua pollentes, vid. not. ad Pf. IV, 2. Particula copulativa גַּם, ubi geminatur, vertenda eft *tam, quam* ut Gen. L, 9. *Afcenderunt cum eo* גַּם־רֶכֶב גַּם־פָּרָשִׁים *tam currus quam equi.* יַחַד עָשִׁיר וְאֶבְיוֹן *Dives pariter et inops*, uterque enim quod difcat, habebit, ille, ne divitiis nitatur, hic, ne earum defectum aegre ferat.

4. פִּי יְדַבֵּר חָכְמוֹת וְהָגוּת לִבִּי תְבוּנוֹת *Os meum loquetur fapientias, et meditationes cordis mei* funt *prudentiae*, talia proferam, quae recte fapere, prudenterque omnia judicare ac inftituere doceant.

5. אַטֶּה לְמָשָׁל אָזְנִי *Inclinabo aurem meam ad parabolam*, hoc eft, ad fententias graviores, quae fere et reconditi et collationis aliquid habent, atque ideo enarrationem apud imperitiores requirunt. Etenim a מָשַׁל (مَثَلَ), *fimilis fuit*, nomen מָשָׁל proprie *figuratam dictionem* denotat, vid. J. D. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1570. feq. Quod autem fe aurem fuam inclinaturum ad fententias a fe proferendas canit, ad commendationem dicendorum dictum eft, quae nempe ejusmodi fint, ut illis ipfe quoque vates aufcultare diligenter operae pretium ducat. Eo vero, quod addit: אֶפְתַּח בְּכִנּוֹר חִידָתִי *exponam cum cithara aenigma meum*, indicatur ratio, qua fuerit haec Oda decantata, nimirum ad fonum citharae. אֶפְתַּח propr. *aperiam*, i. e. palam eloquendo ac praecinendo communicabo hoc meum carmen etiam aliis.

חִידָה

חִידָה proprie *fermonem involutum* et *nodofum* defignat (חוּר enim, Arab. حار, eft *torfit, inflexit*), quali vetuftiffimi fapientes fuas plerumque folebant obvelare fententias, ne eaedem, nimium patefcentes, protritae tandem fierent, atque vilefcerent; hinc omnibus aliis etiam accommodatur fententiis prudenter et concinne prolatis, ubi non tam refpectus habetur ad obfcuritatem, quam ad gravitatem, ut Prov. I, 6. Pf. LXXVIII, 2. h. l.

6. Aggreditur jam ipfa fapientiae praecepta proponere. Eo quod adverfarios fuos videt divitiis, re fluxa et fugaci, vitamque non potente fervare, niti, animum recipit, et infultans illis ait: לָמָּה אִירָא בִּימֵי רָע עֲוֹן עֲקֵבַי יְסֻבֵּנִי *Quare timeam in adverfo tempore, cum me pravitas infidiantium mihi circumquaque obfidet?* בִּימֵי רָע *In diebus mali*, id eft, tempore infortunii, tempore calamitofo et infaufto, ut Pf. X, 7. XXXIV, 20. Ante עֲוֹן, *iniquitas*, adverbium temporis, כִּי vel כַּאֲשֶׁר, *quando*, eft fubaudiendum. Nomen עָקֵב alias defignat *calcaneum*, vid. Genef. III, 15. XXV, 26. Job. XVIII, 9. Pf. LVI, 7., unde *Aben-Efra* verba noftra interpretatur in hunc modum: *quid timeam in die mali? quid circumdet pravitas calcaneos meos?* hoc eft, cur implicem vitam meam iniquitate, opes et divitias fectatus? Sed quia folent Hebraei poetae eandem fere fententiam mutatis verbis in eodem Verfu repetere; עָקֵב h. l. pro Participio, five nomine participiali verbi עָקַב, *fupplantavit*, Genef. XXVII, 36. Hof. XII, 3. Jerem. IX, 3., ad formam nominum שָׁלֵם, *rependens*, Genef. XV, 16.; גָּדֵל, *crefcens*, 1 Sam. II, 26., זָקֵן, *fenex* (unde זְקֵנַי, *feniores mei*, Thren. I, 19.) malim accipere, ut *fupplantantes*, id eft, *infidiatores* defignentur: tum fiquidem tempus adverfum, יְמֵי רָע, eft, dum mali funt, qui affligunt. Neque quae proxime fequuntur, הַבֹּטְחִים et יִתְהַלָּלוּ aliud quidquam refpicere poffunt nomen, quam עֲקֵבִים, *infidiantes*.

7. הַבֹּטְחִים

7. הַבֹּטְחִים עַל־חֵילָם וּבְרֹב עָשְׁרָם יִתְהַלָּלוּ *Qui confidunt viribus ſuis, et divitiarum multitudine gloriantur.* Praefixum הַ h. l. eſt relativum, *qui*, ut Pſ. XXXIV, 13. הֶחָפֵץ, *qui vult.* Nomen חַיִל, *virtus*, generale eſt, complectens bona quaelibet, ſive *vires*, quibus antecellimus alios, ſive ſint bona fortunae, ſive corporis, ut conſtat ex Pſ. XXXIII, 16. 17. Obad. 13. Mich. IV, 13. Zephan. I, 13., quo in generali ſenſu et hic accipiendum fuerit, quum ſpeciatim mox ſubjungantur *divitiae*, ad quas tamen potiſſimum haberi reſpectum, colligitur ex Vs. 11., ubi dicitur, impios hosce morientes relinquere חֵילָם poſteris. Et de opibus dicitur quoque Zephan. I, 13.

8. Quam inanis ſit adverſariorum ſuorum confidentia, eo oſtendit, quod nemo, quamlibet dives vel fratri vitam cunctis opibus ſuis queat prorogare, redemta a Deo anima. אָח לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ *Fratrem non redimendo redimet vir*, et tamen nemo, quamlibet divitiis polleat, vel fratrem ſuum poſſit a morte redimere. לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה *Non redimendo redimet*, i. e. nequaquam, vel prorſus non redimet; Infinitivus enim verbo ſuo finito haud raro praemittitur fortioris aſſeverationis cauſa, ut 1 Sam. XXXIV, 21. מָלֹךְ תִּמְלֹךְ *regnando regnabis*, h. e. certiſſime regnabis; Pſ. L, 21. הֱיוֹת אֶהְיֶה *eſſendo ero*, i. e. utique ero. Vid. N. G. Schroederi *Inſtitt. L. II.* Syntax. Reg. XCI. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 778. Unde fieri debeat redemtio, non additur; colligi tamen poteſt, ex iis quae ſequuntur, Vs. 10. 11., quibus *ſepulchri et mortis* diſerte ſit mentio. אִישׁ, *Vir*, indefinite pro *aliquis, quisquam*, ut ſupra Pſ. XXXIX, 12. G. A. Ruperti, in *Animadverſſ. ad quaedam Pſalmor. loca* in *Sylloge Commentatt. theologicar.* ab ipſo una cum D. J. Pott. edit. Vol. II, p. 283. אָח h. l. non pro nomine *fratrem* denotante, ſed pro interjectione gementis ac dolentis *ah! heu!* capiendum cenſet, ut Ezech. VI, 11. XXI, 15. (al. 20.), et prius Verſus hemiſtichium ſic vertit: *Ah! non redimetur omnino* a morte *quisquam.* „Notio

tio *fratris,*" inquit, „ac tota haec sententia: *frater non redimet fratrem*, aliena est tum a serie orationis, tum ab usu loquendi. Nam hebraice ita exprimenda erat: אִישׁ לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אָח, vel אָחִיו, vel אָח לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אָח, et poeta haud dubie dicere voluit: nemo hominum, ne ditissimus quidem et potentissimus, se ipsum (non, fratrem sive alterum) redimere potest a morte. Solennis ac frequens haec antiquis poetis idea, vid. Theognidis Sentent. Vs. 125. seqq. Horat. Od. II, 14. 1. et Od. IV, 7. 21. seqq." Mihi tamen a more Hebraeorum alienum videtur, ejusmodi sententiis generalioribus interjectionem אָח *eheu!* praemittere, quemadmodum Horatius Od. II, 14. 1. dixit: *Eheu! fugaces, Postume, Postume, labuntur anni.* Neque quidquam ab usu loquendi Hebraeorum alieni in verbis illis apparet, nisi quod per inversionem poetis haud infrequentem אָח לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ dictum est pro אִישׁ לֹא־פָדֹה יִפְדֶּה אָח. Neque caret haec inversio emphasi. לֹא־יִתֵּן לֵאלֹהִים כָּפְרוֹ *Non dabit Deo λύτρον ejus*, fratris; nemo, quantumvis opibus polleat, Deo, in cujus potestate et hominum vita, pretium redemtionis a morte persolvere potest. Nomen כֹּפֶר h. l. est *pretium pro redimenda vita*, ut Exod. XXI, 30. XXX, 12.

9. וְיֵקַר פִּדְיוֹן נַפְשָׁם *Et pretiosum est redemtionis pretium animae eorum*, nimii siquidem pretii est, redimi a morte animas illorum; nemo est tam dives, ut possit Deo numerare sufficiens pretium, ne mori cogatur. וְיֵקַר *Et pretiosum factum est*, ita quidem, ut ejus valor nullo aequari possit pretio. *Pretiosus* pro eo, quod vix reperiri aut acquiri potest, ut 1 Sam. III, 1. *Verbum Dei erat* יָקָר *pretiosum in diebus illis*, id est, vix haberi poterat, quod prophetae deessent. פִּדְיוֹן semel adhuc reperitur Exod. XXI, 30., ubi de pretio redemtionis, quod dominus bovis cornupetae pro redimenda sua vita tenetur solvere, usurpatur. נַפְשָׁם *Animae ipsorum*, fratrum videlicet; nomini singulari, אָח, *frater*, subjungitur affixum plurale, quod illud ipsum singulare positum est *collective*,

lective, pro quovis cognato, vel dilectissimo amico. Sic Jon. I, 2. *Adscendit* רָעָתָם *malitia eorum*, urbis Ninive, de qua est sermo, id est, incolarum ejus. Vel affixum illud plurale refertur tam ad redimentem, quam ad redimendum, quasi dicatur: neuter vel se, vel alium potest liberare. וְחָדַל לְעוֹלָם *Et cessabit* s. desinet *in perpetuum*, frater alterum a morte redemturus (Vs. 8.), desistet ab hoc suo conatu animam redimendi.

10. וִיחִי־עוֹד לָנֶצַח *Ut vivat porro in perpetuum.* Ita cohaeret hic Versus vel cum 8. hoc sensu: *Carum nimis* est efficere, ut quis vitam protrahat in perpetuum (tum Vs. 9. parenthesi erit includendus); vel cum Vs. 9. hoc modo: *cessabit*, nec fiet in aeternum, *ut vivat*. Praefixum ו h. l. *ut* est vertendum, quemadmodum Ps. LXXXV, 7. *Annon tu iterum nos in vitam revocabis*, וְעַמְּךָ *ut populus tuus laetetur de te?* Ps. LXXVI, 17. *Insigniter benefac mihi*, וְיִרְאוּ *ut videant osores mei et pudore suffundantur.* Alii *Vau* praefixum verbo יְחִי *conditionaliter* s. concessive, et particulam כִּי sub Versus sequ. initio *adversative* accipiunt, sensumque, faciunt hunc: *etiamsi vivat* ejusmodi dives per annos quam plurimos, etiamsi sepulchrum tanto tempore non viderit; *attamen* tandem videbit (Vs. 11.), et experietur certissime, et in aliis, et in se ipso, singulis esse moriendum. Sententia satis jejuna. לֹא יִרְאֶה הַשָּׁחַת Et *ne videat foveam*, sepulchrum. De qua loquendi formula vid. not. ad Ps. XVI, 10. Vol. I. p. 393.

11. כִּי יִרְאֶה חֲכָמִים יָמוּתוּ *Nam videt* et *sapientes mori;* immortalitatem nullo pretio redimi posse, ipse ille suis divitiis stulte glorians intelligat necesse est, quum omnes sine discrimine mori videat. Ante חֲכָמִים יָמוּתוּ subaudienda particula כִּי, *quod* etiam *sapientes moriantur*, qui tamen communi hominum judicio morte videri poterant indigni, vel qui contra mortem aliquod remedium videbantur excogitare posse. יַחַד כְּסִיל וָבַעַר יֹאבֵדוּ Quod *una*, pariter, *stultus et brutus pereant.* כְּסִיל

Stultum fignificat, qui ultra rationem fuam a recto deflectit, non tam ratione, quam recta ratione deftitutus, בַּעַר autem cum denotat qui omnino ratione deftitutus ftolidus et bardus eft, qui fimilis eft *bruto*, בְּעִיר, Pf. LXXIII, 22. XCII, 7. Eadem, quae hic, fententia Coh. II, 16. וְעָזְבוּ לַאֲחֵרִים חֵילָם *Et relinquant*, relinquere cogantur, *aliis opes fuas*, in quibus tantopere confidebant et gloriabantur, Vs. 7.

12. Infaniam adverfariorum magis traducit, praefertim ab eo, quod fibi tantopere placent ex rebus nihili. Quod enim praegrandes fibi, magnasque aedes extruunt, nominis quandam aeternitatem fomniant. קִרְבָּם בָּתֵּימוֹ לְעוֹלָם *Intimum eorum domus eorum in feculum*, in animis fuis cogitant domus fuas permanfuras in fempiternum. קִרְבָּם *Internum*, hoc eft, animus *eorum*, cogitationes, vota eorum, ut Pf. V, 10. קִרְבָּם *medium*, meditationes *eorum*, *funt pravitates*. Eodem modo קֶרֶב, *medium*, pro *animo* reperitur Pf. LXIV, 7. Jer. XXXI, 33. Ante בָּתֵּימוֹ fubaudiendum iterum כִּי, *quod*, ut fupra Vs. 11., aut קִרְבָּם pofitum pro בְּקִרְבָּם, quemadmodum מְקוֹם pro במקום, Ecclef. XI, 3., בֵּית pro בְּבֵית Amos. II, 8. Prov. XV, 6. (coll. Pf. CXII, 3.), qua quidem omiffione praefixi ב nil frequentius in Codice hebraeo; exempla plura et luculenta vid. in Noldii *Concordantt. Particular.* p. 162. feq. Aliqui Hebraeorum, Aben-Efra et Kimchio monentibus, קִרְבָּם pro קִבְרָם, *fepulchra eorum*, inverfis duobus elementis, non infrequenti Ebraeae linguae metathefi pofitum autumant, et ideo hunc fenfum huic Verfui affignant: fepulchra eorum funt domus ipforum in fempiternum, nec eft eis quicquam reliquum, quam quod a domibus magnifice exftructis aliquamdiu in hominum memoria haerent, dum jactantur fcilicet tam fplendidarum aedium exftructores. Ita jam Alexandrinus: *καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν*, quod fequuti Vulgatus, Arabicus et Aethiopicus interpres. Chaldaeus: בְּבֵית קְבוּרַתְהוֹן יִשְׁרוֹן לְעָלַם *in domo fepulturae fuae habitabunt*

bunt in perpetuum. Syrus: ܩܒܪܝܗܘܢ ܒܝܬܗܘܢ ܠܥܠܡ *sepulchra eorum* sunt *domus eorum perpetuo.* Neque tamen, quia ita transtulerunt, ideo etiam קִבְרָם in suis codicibus scriptum reperisse illos putes, Cappello Dathioquo praeeuntibus. Interpretationis, non lectionis, diversitas est, ut paullo antea vidimus. Nec ullus hucusque repertus est codex, qui קִבְרָם exhibeat. Imo קִרְבָּם in suo codice Hieronymum quoque legisse apparet ex eo, quod hebraea h. l. de verbo ad verbum ita reddidit: *interiora sua domus suas in saeculo.* Et Graecus anonymus in Montefalconii Hexaplis: τὰ ἐντὸς τῶν οἰκιῶν αὐτῶν εἰς αἰῶνα. מִשְׁכְּנֹתָם לְדֹר וָדֹר *Habitationes suas per saecula* cogitant permansuras. Propr. *in generationem et generationem,* i. e. per quamlibet posterorum aetatem, ad quasvis hominum posthac nasciturorum aetates. Cf. Ps. XXXIII, 11. — קָרְאוּ בִשְׁמוֹתָם עֲלֵי אֲדָמוֹת *Ut praedicentur nomina sua per terras.* Verbum קָרָא, *vocavit,* cum nomine שֵׁם intercedente praefixo בּ constructum, trifariam reddi potest, vel 1) *vocare aliquem suo nomine,* ut Jes. XLIII, 1. XLV, 3, 4. קָרָאתִי בְשִׁמְךָ *vocavi te nomine tuo;* vel 2) *nomen alicujus invocare,* ut Jes. LXV, 1. Zachar. XIII, 9. Jerem. X, 25.; vel 3) *celebrare alicujus nomen,* illud palam apud alios praedicare, ut 1 Paralip. XVI, 8. *Laudate Dominum,* קִרְאוּ בִשְׁמוֹ *praedicate nomen suum, nota facite opera sua;* sic Ps. CV, 1. Jes. XII, 4. Nostro loco vix alia nisi postrema ratio adhiberi poterit, ut sensus sit: aedificia magnifice ab ipsis extructa numquam interitura somniant, *ut vocent,* depraedicent, celebrent (alii), h. e. impersonaliter *ut vocentur* (quemadmodum Genes. XVI, 14. dicitur קָרָא vocat vocans, i. e. *vocatur* puteus ille; conf. Ps. XXXI, 5. XLII, 4. XLV, 9.),, celebrentur *nomina ipsorum super terris,* ut fiant celebres, ut ubivis terrarum volitent per ora hominum. Symmachus verba nostra hoc modo vertit: ὀνομάσαντες ἐπ' ὀνομασίαν αὐτῶν τὰς γαίας, quod Hieronymus: sequutus: *vocaverunt nominibus*

bus fuis terras fuas. Praeplacuit hoc Agellio, qui, „falfe admodum, ait, ridet potentium ac divitum vanitatem, qui cum fuo nomine ne terras quidem totas ac regiones fatis effe putarent, ideoque illas fuis nominibus, Caefaream exempli gratia, Alexandriam, Antiochiam, Seleuciam appellarint, ipfi breviffimi fepulchri fpatio conditi jaceant.“ Sed haec fententia, *cognominarunt nominibus fuis terras,* hebraice ita fonaret: קָרְאוּ שְׁמוֹתָם עֲלֵי אֲדָמוֹת, vid. Deut. XXVIII, 10. 1 Reg. VIII, 43. Jef IV, 1. LXIII, 19.

13. Poftquam infanas cogitationes traduxit, quibus fe fponte decipiunt divites ifti ftulte gloriantes, nunc addit, quamvis ita fibi placeant, inftare tamen illis communem cum brutis pecudibus exitum. וְאָדָם בִּיקָר בַּל־יָלִין *Sed homo in honore non pernoctabit,* in illa opum celebritatisque affluentia et fplendore nequaquam permanebit, quo fenfu verbum לין et fupra Pf. XXV, 13. aderat, ubi not. vid. יְקָר h. l. *fplendor* ex opulentia aut dignitate, ut Efth. I, 4. de magnificentia et fplendore Ahasveri, nec non Mardochaei VI, 3. ufurpatur. נִמְשַׁל כַּבְּהֵמוֹת נִדְמוּ *Affimilatur pecudibus,* quae *exciduntur,* ineluctabile fatum faftuofos illos non minus quam pecudes abfumet, ut nihil inter eos et bruta animantia discriminis interfit. Ante נִדְמוּ *exciduntur,* caeduntur, extinguuntur (H. f. IV, 6. X, 15.), fubaudiendum pronomen relativum אֲשֶׁר, ut Pf. XXXVIII, 14. XLIV. 2. Quia infra Vs. 21., ubi pleraque noftri Verfus verba repetuntur, pro יָלִין legitur יָבִין, hinc poft Cappellum interpretes plures, veluti Koehlerus, Doederlinius, Dathius, alii, et hic יָבִין reponendum cenfuerunt, praefertim quod ipfum Alexandrinus quoque et Syrus h. l. exprimerent. Quos interpretes ego non aliter, ac nos, fuis in codicibus legiffe, fed eandem, quam Cappellus, conjecturam in vertendo fequutos effe puto, parum tamen mihi probabilem. Nam in hoc ipfo, quod infra Verfu 21. iisdem fere verbis, fed unius literae permutatione in alium fenfum tractis, uteretur, poeta fingulare quoddam artificium captaffe videtur.

Quod

Quod nemo mirabitur, qui meminerit, quantopere in hujusmodi lufibus fibi placeant non Hebraeorum tantummodo, verum ceterorum etiam Orientalium poetae. Cf. GLASSII *Philol. S.* ed. Dath. p. 1335. feqq.

14. זֶה דַרְכָּם כֵּסֶל לָמוֹ *Haec via eorum fpes eft eis,* in vanis iftis conatibus, ex magnificis operibus nominis immortalitatem fibi parere, ftulti ifti fpem fuam collocant. דֶּרֶךְ *Via*, pro fentiendi agendique ratione, ut Pf. I, 1. Qualis illa fuerit, Verfu 12. dixerat. כֶּסֶל a verbo כָּסַל, كَسِلَ, *torpuit, fegnis, ignavus fuit*, proprie *fegnitiem, tarditatem* notare patet, hinc, ad animum et ingenium translatum, *ftoliditatem, ftultitiam*, quo fignificatu Cohel. VII, 25. ufurpatur. Porro a *tardatione, cunctatione*, ad *exfpectationem* et *fpem* transfertur, ut Job. XXXI, 24. *Si pofui aurum* כִּסְלִי *fpem*, fiduciam, *meam;* Proverb. III, 26. *Deus erit* בְכִסְלֶךָ *fpes tua;* Pf. LXXVIII, 7. *Pofuerunt in Deo* כִּסְלָם *fpem fuam.* Graecus Alexandrinus et Syrus interpretes כֶּסֶל pro כֶּשֶׁל acceperunt, quod a כָּשַׁל *impegit, offendit*, σκάνδαλον, *offendiculum* interpretati funt (coll. Syriaco ܟܫܠܐ *offendiculum*); fenfu quidem minime contemnendo: via, quam ftulti illi divites inierunt, offendiculo illis fuit, plerique in ea lapfi funt et ceciderunt, et propter divitias in multa et inextricabilia mala devenerunt. Sed *offendiculum* hebraice eft מִכְשׁוֹל, vid. Levit. XIX, 14. Jef. VIII, 15. Pf. CXIX, 165. — וְאַחֲרֵיהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ *Et qui poft eos os eorum approbant*, qui ipfos fequuntur, horum praecepta cupide fectantur. אַחֲרֵיהֶם plures interpretes *pofteros eorum* reddunt, ac fi effet Pluralis אַחֲרִים addito fuffixo; is vero ubique neutrali fignificatione, pro *partibus* pofterioribus ufurpatur, vid. 2 Reg. IX, 18. Jef. XXX, 21. 2 Sam. V, 23. Quare potius pro particula אַחֲרֵי, *poft*, cui fuffixum additum eft, accipiendum erit, quemadmodum אַחֲרֶיךָ, *poft te*, Genef. XVII, 7. Deut. IV, 40.

40., אַחֲרָיו, *post eum*, Gen. XVII, 19. Exod. XXVIII, 43. Est autem וְאַחֲרֵיהֶם concise pro וַאֲשֶׁר אַחֲרֵיהֶם, *et qui post eos* scil. incedunt, qui vestigiis eorum insistunt. Verba בְּפִיהֶם יִרְצוּ non sunt vertenda: *ore suo probant*, sed: *os eorum approbant*, particula ב enim in constructione verbi רָצָה nomini praeposita *objectum*, ut loquuntur, approbationis designat, vid. 1 Paralip. XXVIII, 4. *Inter fratres meos* בִּי רָצָה *me probavit;* XXIX, 3. Mich. VI, 7. Hagg. I, 8. Ps. CXLVII, 10. CXLIX, 4. *Os*, פִּי, metonymice pro *sermone*, *dicto*, ut Deut. XVII, 6. XXXIV, 5. Job. XV, 5. Delectantur eorum effatis et sententiis, vanos illorum conatus dilaudant et approbant.

15. כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ *Ovium instar in orcum reponuntur*, sicuti ovium grex, qui, postquam interdiu pascuis se explevit, noctu ingruente in obscuram caulam cogitur, ita divites illi improbi, postquam hujus vitae opibus se saginarunt, in obscurum illud inferorum regnum detrudentur. שַׁתּוּ *Ponunt*, h. e. ponentur; iterum tertia verbi persona pluralis absque nominativo posita, impersonaliter vel passive usurpatur, ut supra Vs. 12. קָרְאוּ, *praedicantur.* Verbum שָׁתָה quod significatione convenit cum cognato שִׁית, *ponere* (vid. Ps. LXXIII, 9.); planissime ut hic, de *collocatione et conclusione in regno inferorum* usurpatur Ps. LXXXVIII, 7. שַׁתַּנִי *Reposuisti me in foveam inferiorum locorum, in loca tenebricosa, in profunda.* Particula ל ante שְׁאוֹל notat hic *locum ad quem*, sive *in quod* quid ponitur. Jam vero in tristi hacce caula מָוֶת יִרְעֵם *mors pascet illos*, mors, rex orci, in cujus potestatem et imperium devenerunt, ipsis praeest immitis rector dominatorque. Verbum רָעָה non tantum de gregibus, prata absumentibus dicitur, verum de pastoribus quoque, greges super prata educentibus, eosdemque pro lubitu regentibus, veluti Genes. XXX, 36. Exod. III, 1., unde et *regendi* notionem induit, vid. not. ad Ps. II, 9. — וַיִּרְדּוּ בָם יְשָׁרִים לַבֹּקֶר *Calcabunt eos recti mane*, i. e. mox, subito (cf. not. supra ad Ps. XLVI, 6.)

pii

pii fuperftites divitum illorum faftuoforum tumulis infiftent, atque a quibus vivis fibi metuere cogebantur (Vs. 6.) hos jam in fepulchris fub terra reconditos et conclufos pedibus fuis calcabunt. Verbum רָדָה h. l. prima et propria *calcandi* notione ufurpatur, a qua demum fecundaria illa *dominandi* fignificatio, quae frequentior eft in Codice hebraeo, defcendit. Sed primam illam fignificationem docet tam Arabum رَدَى *calcavit, inceffit modo medio inter curfum et vehementiorem gradum*, quam Syrorum ܪܕܐ, *ambulavit, inceffit.* Vulgo haec verba fic vertere folent: *dominabuntur iis jufti mane*, quod explicant: ad exortum diei judicii extremi, Kimchio praeeunte, qui לַבֹּקֶר interpretatur ביום הדין *in die judicii.* Quod fine ratione idonea fumitur. Eft potius, uti recte obfervat Aben-Efra, illi יָלִין *pernoctabit*, fupra Vs. 13. oppofitum. וְצוּרָם לְבַלּוֹת שְׁאוֹל *Et formam eorum abfumet orcus*, quicquid antehac in hujusmodi opulentis erat fpeciofum et admirandum, id omne evanefcet penitus. צור alias defignat *petram*, et per metaphoram omne id, cui quis tanquam petrae aut arci inacceffae confidit, quomodo haud raro Deus piorum dicitur *petra* (vid. Pf. XVIII, 32. LXXXIX, 27.), quem ipfum fignificatum h. l. fpectavit Alexandrinus, dum vertit: ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται, *auxilium ipforum veterafcet*, ut Vulgatus reddidit. Senfu tamen non fatis commodo. Divitias enim, quibus illi confidunt (Vs. 7.), ab eis relinquendas effe aliis, poeta ipfe dixerat fupra Vs. 11. Quare צור h. l. idem quod צוּרָה (Ezech. XLIII, 11.) hoc eft, *formam*, notabit (coll. Arab. صَوَّرَ *formavit*, Chald. צור, *formare*, *efformare*, unde צוּרָא, *forma*, *figura*, Syriac. ܨܪ, *formavit*, *pinxit*). Quod ex veteribus Aquila vidit, qui χαρακτὴρ αὐτῶν, reddidit, nec non Syrus, qui ܘܨܘܪܬܗܘܢ, *et figura eorum*, pofuit. Idem haud dubie refpe-

refpexit Chaldaeus, dum noftrum צירם per גופהון *corpora eorum* interpretatus eft. Eandem *formae* fignificationem haud dubie habet כתיב, five quod in textu h. l. fcriptum eft, צירם, quod Jef. XLV, 16. de *imaginibus deaftrorum* ufurpatur, ab eodem illo verbo צור. Verbum בלה, proprie, *tritus, attritus fuit*, hinc, *veteravit, abfumtus fuit, interiit* (vid. fupra ad Pf. XXXII, 3. p. 807.), in *Piel* eft *abfumfit, confumfit*, quemadmodum de moerore carnem confumente dicitur Thren, III, 4., conf. 1 Paralip. XVII, 9. Job. XXI, 13. Ponitur vero h. l. Infinitivus לבלות pro *futuro*, ut faepius; veluti Pf. XXV, 14. להודיעם et Hof. IX, 13. להוציא, ad quae loca vid. not. Verba commatis noftri ultima, מזבל לו, *a domicilio quod ipfi*, compendiofe dicta funt pro eo, quod a nobis plene dicendum eft: *ita ut non fit domicilium ulli* eorum amplius in terra; ita ut illis, qui fplendidiffima olim aedificia fibi exftruxerunt (Vs. 12.), ne commorandi quidem locus inter vivos amplius fit relictus. Particula מ nomini זבל praefixa h. l. vim *negandi* habet, ut 1 Sam. XV, 23. *Rejecit* te ממלך *ut ne fis rex porro*. 1 Reg. XV, 13. *Removit eam* מגבירה *ne effet porro augufta*. Jerem. XLVIII, 2. *Exfcindamus eam* מגוי *ut non amplius fit gens*. Conf. Jef. XXXIII, 1. Hof. IX, 12. Originem et rationem hujus loquendi formulae explicatam vide in Storrii *Obfervatt. ad Anal. et Syntax. Hebr.* p. 252. feqq. Affixum vero fingularis numeri לו, *ei*, distributive eft accipiendum, pro *unicuique* ipforum, ut 1 Sam. V, 10. Jef. V, 23. Jerem. XXXI, 14. locisque aliis pluribus. Conf. Storrii l. l. p. 371. Alii praefixum מ *propter, ob*, notare putant, et verba מזבל לו ita reddunt: *ob habitaculum hoc cujuslibet eorum*, ut innuatur hisce verbis caufa confumtionis, quia fcilicet in orco non tanquam in diverforio, fed tanquam in habitatione commorandum ipfis erit in omnem aeternitatem. Alii, qui צור, quod praeceffit, *petrae*, five *roboris* fignificatione fumunt, fic vertunt: *petra* vel *robur eorum confu-*

fumetur in inferno ab habitaculo fuo priftino abreptum. Ita fere Campenfis: *robur enim impiorum peribit, ubi ad inferos a magnificis aedibus, quas hic exftruxerunt, translati fuerunt.* Melius tamen, adhibita fignificatione *formae*, quam nomini צִיר h. l. ineffe oftendimus, Rudingerus: *omnis fpecies ipforum evanefcet, et translatis ex arcibus fuis pro his fedes eis fiet fepulcrum.* Taceo alias hujus loci explicationes, quae tot fere funt, quot interpretes. Eas qui fcire cupit, legat J. Guil. Schroederi *Obfervatt. Philologg. Critt. in difficiliora quaedam Pfalmor. loca* (Lugd. Batavor. 1781. 8.) p. 26. feqq. Ipfe quidem Schroederus pro לוֹ מִזְּבֻל reponendum cenfet מִכְּבוֹדָם נָפְלוּ, *ex gloria fua deciderunt*, quomodo in fuo codice Alexandrinum interpretem putat legiffe, propterea quod is vertit: ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν, quod ipfum Syrus verbotenus reddidit: ܘܡܢ ܬܫܒܘܚܬܗܘܢ ܢܬܪܡܘܢ *et a gloria fua dejicientur.* Sed interpretes illi nomine זְבֻל magnifica opulentorum in tartarum detruforum aedificia innui exiftimarunt, quem ipfum fenfum et Campenfem atque Rudingerum fequutos fuiffe paullo antea vidimus.

16. Ifti divitiis fuis confidant et glorientur, ego, vates inquit, fiduciam in Deo collocavi, qui me e periculis fummis atque ab exitio ipfo eripiet. אַךְ־אֱלֹהִים יִפְדֶּה נַפְשִׁי מִיַּד שְׁאוֹל *Verumtamen Deus redimet animam meam a manu,* poteftate *orci*, Deus prolatabit mihi vitam, opulentis illis impiisque meis adverfariis extinctis, qui cunctis fuis opibus nullam tamen vitae prorogationem redimere potuerunt, ut fupra Vs. 8. dixerat, ad quem hic nofter manifefte refpicit. Eadem figura Hof. XIII, 14. מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם מִמָּוֶת אֶגְאָלֵם *Ab orci poteftate eos* (Ifraelitas, loquitur Jova) *redimam, a morte eos vindicabo.* Et Pf. LXXXIX, 49. *Quis vir, qui non moriatur,* יְמַלֵּט נַפְשׁוֹ מִיַּד־שְׁאוֹל *eripiat animam fuam a poteftate inferni?* Rationem fiduciae addit nofter: כִּי יִקָּחֵנִי,

nam

nam suscepit me, hoc est, in suam curam et patrocinium recepit, me fovet atque tuetur, quo sensu idem verbum לָקַח Deut. IV, 20. usurpatur, cum Moses Israelitas alloquutus dicit: וְאֶתְכֶם לָקַח יְהוָה *Vos suscepit Jova*. Cf. Ps. LXXIII, 24.

17. Hoc tam praeclaro praesidio nixus hortatur sese aliosque secum sentientes, ne metuant, neve sibi displiceant, aut malorum potentiam formident, dum mali ditantur, et dignitate propter opes augentur. אַל־תִּירָא כִּי־יַעֲשִׁר אִישׁ כִּי־יִרְבֶּה כְּבוֹד בֵּיתוֹ *Nihil metuas, cum ditatus vir quispiam fuerit, cum creverit gloria domus suae*, i. e. res vel supellex gloriosa et conspicua, possessori existimationem concilians, aut ob quam aliquis, a plebe inprimis, extollitur et honoratur, quomodo convivium Ahasveri dicitur comprobasse אֶת־עֹשֶׁר כְּבוֹד *divitias gloriae regni ipsius*, i. e. praegrandes et gloriosas divitias, Esth. I, 4. Sic Jacobi opulentia, ex Labanis facultatibus adquisita dicitur כָּבוֹד Genes. XXXI, 1., quod post Vs. 16. cum עוֹשֶׁר permutatur. Coh. VI, 2. Nah. II, 9. Conf. de hoc nomine J. F. Fischeri *Prolusiones quinque in quibus varii loci utriusque Testamenti explicantur* (Lips. 1779. 8.) p. 60.

18. כִּי לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *Non enim cum moritur sumet secum hoc universum*, nil quicquam ex cunctis hisce facultatibus atque copiis secum tollet. לֹא יֵרֵד אַחֲרָיו כְּבוֹדוֹ *Non descendet post eum splendor ejus*, non comitabuntur illos divitiae suae. Quale illud Propertii, *Eleg.* III, 3 35.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

19. כִּי־נַפְשׁוֹ בְּחַיָּיו יְבָרֵךְ *Nam quamvis animam suam*, semetipsum, *in vita sua*, dum in vivis esset, *benedixerit*, felicem praedicaverit, sive, sibi blanditus fuerit, quo sensu Deut. XXIX, 18. הִתְבָּרֵךְ בִּלְבָבוֹ dicitur. נֶפֶשׁ pronominis reciproci vicem gerere saepius jam vidimus, ut Ps. III, 2. VII, 3. XI, 1. XXV, 13. —

וְיוֹדֻךָ

וְיוֹדֻךָ כִּי־תֵיטִיב לָךְ *Et* quamvis *laudaverint te* alii, *quando*, f. *quod* tibi *benefeceris*. Subito vates orationem convertit ad ipfum divitem, de quo, tanquam abfente, modo in tertia perfona fuerat loquutus, quomodo Jef. VII, 14. dicitur fimili fere modo: *Ecce virgo pariet filium*, *et* (tu, o virgo) *vocabis*, et quae ibi fequuntur. Cf. Neh. IV, 4. 2 Sam. VII, 23. Exempla plura alia fubitae hujusmodi ἀποστροφῆς collegit Glassius in *Philolog. S.* p. 1355. ed Dath. Connectere proin videtur nofter tum divitis ipfius de fe, tum aliorum, parafitorum puta, et infipientum de tali divite judicia, quafi diceret: etiamfi tu ipfe beatum te praedices, aliique tibi applaudentes fimilem de te efferant laudem, veniendum tamen erit ad fepulchrum. כִּי־תֵיטִיב לָךְ *Quando benefeceris tibi*, gulam curando, genio indulgendo, palatiis, conviviis, veftimentis te efferendo. Exprimitur hac loquutione divitiarum ufus, oppofitus tenaci avarorum forditiei, qui neque aliis, neque fibi ipfis, de fuis *benefaciunt* opibus (Coh. IV, 8. מְחַסֵּר אֶת נַפְשִׁי מִטּוֹבָה *fubtraho animae meae bonum*, five, carere eam facio gaudio). Lucem nofter locus capiet ex Coh. XI, 9., ubi ad adolefcentem dicitur: וִיטִיבְךָ לִבְּךָ *benefaciat tibi cor tuum*, id eft, hilariter utere bonis tibi conceffis. Aben-Efra haec verba: *laudabunt te cum benefeceris tibi*, ad bonos et prudentes refert, qui fibi ipfis benefaciunt, dum, contemtis divitiis, virtuti ftudent. Sed quum etiam fequenti Verfu de ftultis divitibus poeta canat, et fit perpetuus poetarum Hebraeorum mos, eandem fententiam mutatis verbis in eodem Verfu repetere, praeftabit utique, iftud *benefacere fibi* de mollicula cura genii intelligere.

20. תָּבוֹא עַד־דּוֹר אֲבוֹתָיו *Venies* tamen *ad generationem* f. *habitationem patrum*, quae phrafis eundem fenfum habet, quem illa: *colligi ad patres*, aut *ad populum fuum* (Num. XX, 24. 2 Paral. XXXIV, 28.), hoc eft, *mori*, nam qui moritur, quafi ad totam ftirpem fuosque majores proficifcitur, ad eos coadunatur, cum eis

com-

commoratur, quemadmodum et Abrahamo dicitur Gen. XV, 15.: אַתָּה תָּבוֹא אֶל־אֲבֹתֶיךָ בְּשָׁלוֹם *Tu ſalvus et incolumis ad patres tuos venies, et in ſuuma ſenectute ſepelieris.* In pronomine affixo nominis אֲבֹתָיו notanda enallage tertiae perſonae pro ſecunda: *venies ad coetum patrum ejus*, pro, *tuorum*, cujusmodi ſubitae mutationis exempla compluſcula vidimus Pſ. XVIII, 16. ſeq. XXIV, 6., XXXIX, 7. XL, 18. — עַד־נֵצַח לֹא יִרְאוּ־אוֹר *Qui in perpetuum usque non vident lucem*, qui numquam revertentur ad hoc ſolis lumen, ſed perpetuis immerſi jacent ſepulchri et infernorum tenebris.

21. Totius carminis ſummam brevi ſententia, tanquam epiphonemate, complectitur, et ita quidem, ut iisdem fere, quibus ſupra Vs. 13. uſus fuerat, iterum utatur verbis, ſingulari tamen artificio unius literulae alteratione (יָבִין pro יָלִין) in diverſum plane ſenſum deflexis: אָדָם בִּיקָר וְלֹא יָבִין נִמְשַׁל כַּבְּהֵמוֹת נִדְמוּ *Homo in honore conſtitutus et qui non intelligit*, vel, *ſi non intelligat, ſimilis eſt jumentis, quae exciduntur*, homo, cui contigerit fortuna ſplendida, nec ſimul recto judicio praeditus fuerit, nihil differt a pecoribus.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Argumentum hujus Pſalmi eſt ex genere didactico, grave inprimis et fructuoſum: Deo nimirum non placere ſacrificia, et externos ritus religionis, ſed ſinceram potius pietatem, laudesque ex grato animo profluentes, neque vero has ipſas pietatis ſignificationes ſine juſtitia ceterisque virtutibus. Ita, praeter magnificum exordium, quo dicendis attentionem et auctoritatem conciliat, duas habet partes: primo (Vs. 7 — 15.) arguitur cultor pius quidem, ſed ignarus et ſuperſtitioni obnoxius, deinde (Vs. 16 — 22.) improbus pietatis ſimulator. Brevi epilogo (Vs. 23.) complectitur totius carminis ſummam et objurgationum quas continet, finem [1]). „Fue-

1) Similis argumenti odam habet Horatius (III, 23.), qua docet, Deos non tam ſacrificii ſumtus quam pium offerentis animum ſpectare.

„Fuerunt omni tempore in populo Iſraëlitico duo genera hominum inter alia [z]). Nonnulli, magno numero, ſic affecti erant, ut, quia Deus, miniſterio Moſis, ſacrificia diligentiſſime praeceperat, in iis, quemadmodum in aliis ejusdem naturae caeremoniis, praecipuam partem cultus divini, atque adeo univerſam pietatem, poſitam eſſe ducerent. Quamobrem ubi multas iſtiusmodi res in Tabernaculo obtulerant aut peregerant, ſeſe officio ſuo erga Deum rite defunctos eſſe, et conditionibus foederis ipſius planiſſime ſatisfeciſſe putabant. Alii, ut ductores populi, et qui ei docendo praepoſiti erant, Legem Dei in ore perpetuo habebant, et, ut erant hypocritae, ac fucatae pietatis oſtentatores, mandata Dei ſibi vehementer eſſe cordi aſſimulabant, cum tamen ea in omni re incredibili quadam audacia et licentia transgrederentur. Poeta, qui hunc Pſalmum conſcripſit, in utrumque genus acriter invehitur, et praeter verborum acerbitatem atque vehementiam, id facit eo pacto, ut id nemini, qui non eſſet magnus poeta, vel mente concipere vel mente conceptum ita aggredi, licitum eſſe potuerit. Non enim ſolum in toto carminis contextu Deum loquentem introducit, ſed eum e coelo ipſo evocare videtur, ut judicis munere fungens, populum

z) Mosis Amyraldi verbis utor in *Paraphraſi in Pſalmos* p. 284. ed. Lugd. Batav. 1769. 4.

lum fuum in judicium vocet, adverfus iftos homines fententiam ex eorum merito fevere pronuntiaturus. Atque ut judicium illud auguftius, majeftas vero Dei gloriofior appareat ac magis veneranda, omnes orbis terrarum populos citari facit, ut tantae rei praefentes adfiftant; quin etiam coelum ipfum et terram coram confiftere jubet, tanquam teftes juftitiae, quam fequuturus erat in caufa illa dijudicanda. Eft igitur hoc poëma dramaticum, et nefcio quid magni prae fe fert, quod magnificam quandam fpeciem in mentes lectorum injicit."

Adventantis Dei in quinque prioribus carminis Verfibus defcriptio caufam attulit aliquibus, ut hunc Pfalmum totum prophetiam facerent de venturo Meffia [3]), qui de populis Hebraeo inimicis vindictam fit fumturus. Sed Verfus illi exordium tantum, uti diximus, faciunt, quo legentes et audientes ad attentionem dicendis praebendam excitat.

Primus hic eft Pfalmus ex iis, quibus *Afaphi* praefcriptum eft nomen, de quibus vide *Prolegomm.* Vol. I. p. XVI.

1. Ex-

3) Ita Jarchi: על גאולת העתיד נתנבא *de liberatione futuri* temporis *vaticinatur*, et Kimchio hic Pfalmus loquitur *de die judicii in adventu redemtoris*, coll. Joel. IV, 2. 14.

1. Exordium magnificum, quo Deum loquentem inducturus poeta eum ſiſtit univerſum genus humanum ſolenni edicto convocantem. אֵל אֱלֹהִים יְהוָה דִּבֶּר וַיִּקְרָא־אָרֶץ מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ עַד־מְבֹאוֹ *Deus fortis, Deus Jova, verba facit, advocat quique terram inhabitant, ab ortu ſolis usque ad occaſum ejus.* De nomine אֵל vid. not. ad Pſ. XXIX, 1. Sunt qui h. l. אֵל in ſtatu regiminis poſitum accipiant, atque cum proximo אֱלֹהִים conjungentes, *Deus Deorum* reddant. Sed quum cuilibet trium horum Dei nominum, *El, Elohim, Jova,* apponatur triplex accentus diſtinctivus, *Pſik, Paſer,* et *Rbhia*, per appoſitionem potius, quam per regimen, haec dicta cenſenda erunt, ut Gen. XXXIII, 2. אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל; Num. XVI, 22. אֵל אֱלֹהֵי הָרוּחוֹת, *Deus fortis, Deus ſpirituum;* Joſ. XXII, 22. אֵל אֱלֹהִים יְהוָה, quod bis ibi repetitur. Simplex קָרָא, *vocavit*, h. l. vim habet verbi compoſiti (quibus hebraei carent) *convocavit.* Sic נָפַל, *cadere*, pro *excidere*, vel deficere, Jerem. XXXVII, 13.; שָׁמַע, *audire*, pro exaudire, Pſ. XVIII, 7., רָאָה, *videre*, pro providere, Exod. XVIII, 21. Verbum בּוֹא, *venire*, nomenque inde deductum, מָבוֹא, ſi de *ſole* uſurpantur, denotant ejus *occaſum*, ubi ad praefixum quaſi *venit* terminum, vel ubi *intrare* videtur mare, ex quo mane rurſus יָצָא, *exit*, vel *procedit.* Vid. Geneſ. XXVIII, 11. Amos. VIII, 9. Pſ. CIV, 19. CXIII, 3.

2. Quoniam judicium, quod hic poeta repraeſentat, populum Iſraeliticum ſpectat, ideo facit id in Sione exerceri. מִצִּיּוֹן מִכְלַל־יֹפִי אֱלֹהִים הוֹפִיעַ *A Sione, perfectione pulchritudinis, Deus ſplenduit*, e cacumine montis Sionis, omnium pulcherrimi atque amoeniſſimi loci, Deus ſplendore majeſtatis effulget. *E Sione* מִכְלַל־יֹפִי, *conſummatione* ſ. perfectione *pulchritudinis*, hoc eſt montium omnium formoſiſſimo atque maxime decoro, conſ. Pſ. XLVIII, 3. ibique notata. Nomen מִכְלָל (formae מִגְדָּל, *turris*)

turris) praeter hunc locum nusquam alias in V. T. extat procul, dubio vero communem habet ſignificationem cum מִכְלוֹל, *perfectio* (Ezech. XXIII, 12. XXXVIII, 4. לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל *plene-veſtiti* ſ. *armati*). Abſtractum autem, *perfectio*, una cum altero ſubſtantivo facit locutionem ſuperlativam: *perfectiſſima pulchritudo*, ut Pſ. V, 8. רֹב חַסְדְּךָ *multitudo gratiae tuae;* Pſ. XXIII, 6. אֹרֶךְ יָמִים, *longitudo dierum;* Pſ. XLIX, 6. Ita Thren. II, 15. Hieroſolymitana urbs vocatur כְּלִילַת יֹפִי *perfecti decoris, gaudium univerſae terrae;* Ezech. XXVII, 3. Tyrus כְּלִילַת יֹפִי et Ezech. XXVIII, 12. rex Tyri כְּלִיל יֹפִי *perfectus pulchritudine*, pulcherrimus. Syrus interpres nomini מִכְלָל ſignificationem Syriaci ܟܠܝܠܐ, *corona*, tribuit, vertit enim: *ex Sione* ܡܫܒܚܐ ܟܠܝܠܐ, *corona glorioſa Deus apparuit.* Quod et J. D. MICHAELI placuit in *Supplemm.* p. 1282. Mutatis tamen punctis מִכְּלַל יֹפִי mallet efferre, ita ut מ ſit praefixum, ipſumque nomen כְּלַל יֹפִי Sionis cognomen et encomium. Sed apud Hebraeos verbum כָּלַל cum derivatis *perficiendi, conſummandi* notione valuit, unde כָּלִיל *perfectus, conſummatus, totus*, Deuter. XIII, 17., Ezech. XVI, 14., quod ſubſtantive de ſacrificio, quod *totum igne abſumebatur, holocauſto*, uſurpatum fuiſſe notum eſt. Atque verbum כלל *perficiendi, conſummandi* notione manifeſte ſumitur Ezech. XXVII, 4. 11. כָּלְלוּ יָפְיֵךְ *perfecerunt pulchritudinem tuam*, fecerunt te pulcherrimam et elegantiſſimam. Hinc noſtra verba Aquila recte ſic vertit: ἐκ Σιὼν τετελεσμένης κάλλει ὁ Θεὸς ἐπεφάνη. Chaldaeus: גְּמִיר שׁוּפְרִית. *perfecta eſt pulchritudo ejus.* Alexandrinus: ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, ὁ Θεὸς ἐμφανῶς, *ex Sion ſpecies decoris ejus, Deus manifeſte veniet*, ut Vulgatus reddit, unde Lutherus quoque ad Deum haec referens vertit: *der ſchöne Glanz Gottes*, quocum conſentit LUDOV. DE DIEU, qui verba noſtra ſic interpretanda cenſet, *e Sione perfectio pulchritudinis*

Dei ſplenduit, vel, *e Sione perfectionem pulchritudinis Deus ſplendere facit.* Verum obſtat accentus *Rbhia* diſtinctivus, qui, dum haec verba ab iis, quae proxime ſequuntur, ſeparat, ſimul docet, eſſe illa praecedenti מִצִּיּוֹן jungenda.

3. יָבֹא אֱלֹהֵינוּ וְאַל־יֶחֱרַשׁ *Veniet Deus noſter, nec ſilebit*, adventum ejus tonitruum horridus fragor comitatur. Depingitur Dei advenientis majeſtas imaginibus a deſcenſu in montem Sinai petitis, Exod. XIX, 16., unde ſubjicit: אֵשׁ־לְפָנָיו תֹּאכֵל *Praecedet eum ignis edax*, nempe fulgurum, qualis in memorata apparitione Sinaitica, ubi et ipſe Deus deſcendebat בָּאֵשׁ, toto monte fumante, Exod. XIX, 18. Sic et alias *fulgura* appellantur *ignis*, Pſ. CV, 24. Exod. IX, 24. Ante תֹּאכֵל eſt אֲשֶׁר ſubaudiendum, *qui edit*, cuncta abſumit deglutitque. Cf. Pſ. XVIII, 9. אֵשׁ מִפִּיו תֹּאכֵל, *ignis ex ore ejus conſumit.* — וּסְבִיבָיו נִשְׂעֲרָה מְאֹד *Et circa eum procelloſum eſt valde*, vehemens turbo eum circumſremit. Verbum שָׂעַר, quod in *Cal* ſignificatione *horreſcendi, exhorreſcendi* ſemper uſurpatum reperitur (v. g. horrere numen aliquod Deut. XXXII, 17., ob facinus aliquod Jerem. II, 12., cf. Ezech. XXVII, 35. XXXII, 10.); in Piel atque Hithpael a nomine שְׂעָרָה, *turbo*, valet *turbine abripere*, vel *auferri* (vid. Job. XXVII, 21. וִישָׂעֲרֵהוּ *et turbine abripiet eum*, et Dan. XI, 40. וְיִשְׂתָּעֵר, *tempeſtuoſe feretur*). Quare h. l. Niphal (qua forma hoc verbum alias non occurrit) commodiſſime reddetur: *procelloſum eſt*, poſito genere foeminino pro neutro, quum nullum antecedat nomen commodum foeminini generis. Eundem ſenſum expreſſit Alexandrinus: καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα, *et in circuitu ejus tempeſtas valida*, ut Vulgatus reddidit. Aquila: ἐλαιλαπίσθη σφόδρα, Chaldaeus: חָזוֹר חֲזוֹר חֲזוֹר תְּזִיעוּף עַלְעוֹלָא לַחֲדָא *circumcirca aeſtuat tempeſtas vehementer.*

4. יִקְרָא אֶל־הַשָּׁמַיִם מֵעָל *Clamat ad coelum ſupra*, vocat coelum ſuperne, ut inſtar teſtis perpetui et numquam

quam intermorituri audiat, quomodo Deuter. IV, 26. XXXI, 28. Mofes legem praelecturus ait, אָעִידָה בָם אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־הָאָרֶץ *coelum et terram in eos teftor.* Cf. Jef. I, 2. — וְאֶל־הָאָרֶץ לָדִין עַמּוֹ *Et terram* inclamat *ad judicandum populum fuum,* ut in eorum confpectu in judicium cum populo fuó ingrediatur. Pertinent haec non ad coelum et terram, ac fi ea vocarentur ad judicandum, fed ad convocantem Deum, qui propterea hos acceffit fpectatores, ut folennius hic actus judicialis exerceatur.

5. Inducitur ipfe Deus, apparitores vel miniftros fuos excitans, ut ad judicium hoc compellant perfonas examinandas. אִסְפוּ־לִי חֲסִידָי *Colligite mihi pios meos,* congregate mihi ante tribunal meum homines iftos, qui cultui meo fefe confecrarunt. כֹּרְתֵי בְרִיתִי עֲלֵי־זָבַח *Percuffores foederis mei per facrificia,* id eft, qui mecum foedera pepigerunt, quae ab eis pro fanctis et inviolatis obfervari oportuit, quandoquidem facrificiis et fanguinis effufione fancita confirmataque fuerunt. כֹּרְתֵי בְרִיתִי pro כֹּרְתֵי בְרִית עִמִּי, *pangentes foedus mecum;* etenim Pronomina affixa nonnumquam tanquam a fubjecto fuo feparata, et cum particulis מִן, אֶל, עִם, aliisve conftructa, funt explicanda, ut Pf. V, 5. לֹא יְגֻרְךָ רָע pro לֹא יָגוּר עִמְּךָ *non commorabitur tecum improbus.* Cf. Glassii *Philol. S.* p. 167. כָּרַת בְּרִית *Foedus fcindere,* i. e. *foedus fancire,* quod per hoftiam disfectam transire jurantes et pacifcentes folebant, vid. Jerem. XXXIV, 18. 19. Gen. XV, 9 — 18. et cf. ibi not. עֲלֵי־זָבַח *Ad,* five, *per facrificium,* qui foederis mecum fanciti legibus fefe obftrinxerunt adhibito folenni facrificio. Refpicere haec videntur ad ea, quae Exod. XXIV. narrantur. Quum ex Sina monte Mofes ad populum cum legibus a Jova acceptis rediiffet, easque multitudini expofuiffet; una voce omnes illis fe parituros promittebant. Tum Mofes leges illas literis confignavit, et poftridie mane fub monte aram cum duodecim cippis exftruxit, victimasque ma-

 ctari

ctari curavit, quarum sanguinis dimidiam altari adspersit, alteram dimidiam versus turbam spaisit, his additis verbis (Exod. XXIV, 8.): הִנֵּה דַם־הַבְּרִית אֲשֶׁר כָּרַת יְהוָה עִמָּכֶם עַל כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *hic est sanguis, quo effuso foedus sancitur, quod Jova vobiscum pepigit super his legibus.* Alii tamen illa vatis nostri verba, עֲלֵי־זָבַח, *Aben-Esra* praeeunte, sic vertunt: *super sacrificio*, hoc sensu: qui pepigerunt mecum foedus in causa sacrificiorum, sive, in rebus ad sacrificia pertinentibus, quorum rationem vero quum non recte intelligant, errorem eorum jam redarguam. Alii: *cum quibus instituí pactum de sacrificiis*, quod ad Levitas trahunt, quibus cum Jova inierit quasi pactum de sacrificiis peragendis, qui tamen, cum praecipui debuissent esse tutores veri usus sacrificiorum, primi fuerint, qui ea violarent.

6. וַיַּגִּידוּ שָׁמַיִם צִדְקוֹ *Annuntiabunt autem coeli justitiam ejus.* Hoc videtur per parenthesin dictum; quasi postquam vates Deum ipsum, tanquam judicem, Israëlitas citantem induxerit, nunc hoc obiter et per parenthesin dicat, coelos ipsos testes et praecones fore justitiae et aequitatis, quam Deus in ferenda sententia adhibebit. Quae autem *coeli adnunciant*, omnibus nota fiunt, quum illi ab omnibus conspiciantur. כִּי־אֱלֹהִים, שֹׁפֵט הוּא *Nam Deus ipse est judex;* optima ratio aequitatis judicii, Deus enim iniquus esse non potest.

7. Sequuntur jam verba Dei, judicium instituentis. שִׁמְעָה עַמִּי וַאֲדַבֵּרָה יִשְׂרָאֵל וְאָעִידָה בָּךְ *Audi, popule mi, nam loquar, Israel, nam testificabor in te.* Ante יִשְׂרָאֵל ex hemistichio praecedente repetendum esse verbum שִׁמְעָה docet tum contextus, tum accentus *Tiphcha* initialis, distinctionem faciens. וְאָעִידָה בָּךְ. *Testificabor in te,* id est, testando et protestando ita te serio monebo, ut tutemet cogare confiteri, quod te satis serio monuerim, ne posthac te scire dissimules, et negligentiae tuae atque socordiae ignorantiam praetexas. Sic namque verbum עוּד, quod

quod in tertia tantummodo conjugatione uſurpatur, gravem ſolet deſignare admonitionem, adhibitis teſtibus, ne poſthac negari queat, quod Graeci dicunt διαμαρτυρεῖσθαι, Latini *proteſtari*, id eſt, quaſi publice et ſolenniter teſtari. Sic et Pſ. LXXXI, 9. שְׁמַע עַמִּי וְאָעִידָה *Audi, popule mi, nam ſolenniter vos admonebo.* 2 Paral. XXIV, 19. *Miſi illis prophetas, qui eos ad Jovam reducerent,* וַיָּעִידוּ בָם *et illi graviter eos admonuerunt, nec tamen auſcultarunt.* — אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ אָנֹכִי *Deus, Deus tuus ego ſum,* jure igitur optimo attentionem depoſco.

8. לֹא עַל־זְבָחֶיךָ אוֹכִיחֶךָ *Non redarguam te propter ſacrificia tua*, ac ſi eadem mihi non offerres, quippe quae cumulate a te adducuntur. Similem locum habes Jeſ. I, 2. 11. — וְעוֹלֹתֶיךָ Neque ob *holocauſta tua* redarguam te; repetendum namque eſſe ex priori hemiſtichio tum verbum, tum particulam negandi, docet accentus *Rbhia*, nomini huic adjectus, commaticamque faciens pauſam. Similem ellipſin particulae ex praecedentibus repetendae habes Pſ. IX, 19. *Non tradetur oblivioni egens, exſpectatio pauperum* non *peritura* eſt. Cf. 1 Sam. II, 3. Pſ. XLIV, 19. item infra Vs. 9. Nomen עוֹלָה deſignat tale ſacrificium, quod excepta pelle ſuper altari cremabatur totum, atque ſic in fumo totum quaſi *adſcendebat* (עָלָה); lege Levit. Cap. I. et VII. לְנֶגְדִּי Quae ſunt *coram me*, mihi offeruntur; ſubaudiendum ſiquidem eſt ante hoc vocabulum pronomen relativum אֲשֶׁר, ex more Pſalmis uſitatiſſimo. תָמִיד *Jugiter*, i. e. die quovis, tam veſpere, quam mane; hoc ipſo vocabulo appellabatur holocauſtum juge diurnum, Exod. XXIX, 38. 43. Numer. XXVIII, 3. 7. Bene hunc Verſum expoſuit Kimchi in hunc modum: „Tu, Iſrael, me ut Deum tuam recepiſti, ad faciendum praecepta mea, nec tamen ita feciſti; atque ideo te redarguam, non propter ſacrificia. In Decalogo enim nihil Deus meminit de ſacrificiis, ac ſi diceret: ne exiſtimes, ſacrificia magni a me fieri, aut me ob illorum omiſſionem te redarguere,

quia

quin potius vos arguam de fide, i. e. religione veſtra, et de factis veſtris."

9. לֹא אֶקַּח מִבֵּיתְךָ פָר *Non accipio de domo tua juvencum*, videlicet tanquam ex indigentia aut fame. *Accipere* itaque h. l. idem eſt, atque impetrare aliquid ab altero tanquam non ſuum, tanquam indigentiae levandae neceſſarium. Quod autem dicit מִבֵּיתְךָ, *e domo tua*, eo ſpectat, quod Vs. 10. de pleno ſuo in omnia animalia dominio ſubjungit, ut anguſtae unius hominis caſulae opponantur tot amplae per omnem terram ſylvae et montes. De nomine פַּר vid. not. ad Pſ. XXII, 13. — מִמִּכְלְאֹתֶיךָ עַתּוּדִים *De aulis tuis hircos* accipere non opus habeo. מִכְלָאֹת, a verbo כָּלָא, *cohibuit, concluſit*, proprie deſignat locum, quo includuntur greges ovium, de his enim Habac. III, 17. cum oppoſitione ad boves uſurpatur; occurrit praeter noſtrum locum et Habacucianum memoratum tantummodo Pſ. LXXVIII, 70. עַתּוּדִים, *Hircos*, qui a principibus ſolebant offerri, ut conſtat ex Num. VII, 17. ſeqq.

10. כִּי־לִי כָל־חַיְתוֹ־יָעַר *Mihi enim omnis beſtia ſylvae*, meae ſunt omnes beſtiae ſylveſtres. Quid opus mihi erit, quicquam a te mutuari, quum beſtiae etiam in ſylvis ac montibus paſſim errantes, quae tuae poteſtati haud ſubjacent, meae ſint? Nomen חַיָּה, ſi ſubſtantive ſumitur (a verbo חָיָה *vixit*), deſignat *vivens*, *ζῶον*, *animal* in univerſum; quando autem additur nomen שָׂדֶה, *ager*, aut יַעַר, *ſylva*, tunc de *feris* ſolummodo dicitur, ut Geneſ. II, 19. 20. III, 1. Exod. XXIII, 29. Deuter. VII, 22. Nonnumquam etiam nomini huic in regimine (חַיַּת) additur *Vau paragogicum*, ו, ut hic, et Geneſ. I, 24. Pſ. LXXIX, 2. CIV, 11. 20. Eſaj. LVI, 9. (חַיְתוֹ בַּיָּעַר), quod originem traxiſſe a pronominis affixi uſu pleonaſtico, veriſimile eſt Storrio in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 441. Sed cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 549. בְּהֵמוֹת *Jumenta* ſcilicet לִי, *mea* etiam ſunt. Nomine בְּהֵמָה proprie in univerſum deſignantur

tam

tam *quadrupedes* quae in aquis, quam quae in terra degunt (docente Arabum بَهِيمَةٌ, vid. Bocharti *Hieroz.* P. II. L. V. Cap. XV. T. III. p. 707. ed. Lipſ.), plerumque tamen Hebraeis uſurpatur de *animalibus terreſtribus*, tum cicuribus, tum feris, vid. Geneſ. I, 26. Deut. XXVIII, 26. Quando autem opponitur feris ſylveſtribus, tum ſpeciatim domeſtica ſolet deſignare jumenta, labori vel eſcae hominum inſervientia, vid. Geneſ. I, 25. — בְּהַרְרֵי אָלֶף *In montibus millium*, i. e. in quibus montibus non unum aut alterum ſparſim oberrat jumentum, ſed ubi agminatim degunt paſcuntque greges. Sicut Cant. IV, 8. הַרְרֵי נְמֵרִים *montes pardorum*, tales ſunt montes, ubi pardi habitant, ita et h. l. *montes millium*, tales dicuntur montes, ubi millia degunt jumenta. Hinc Lutherus: *auf den Bergen, da ſie bey tauſend gehen.* Alii vertunt *in montibus mille*, i. e. per mille montes errantia et paſcentia. Aliis noſtrum אָלֶף ſingularis eſt τοῦ אֲלָפִים, *boves* (Pſ. VIII, 8.), collective h. l. accipiendus, ut *montes boum* ſint montes pleni boum. Ita Alexandrinus, quem Vulgatus Syrusque ſequuntur.

11. יָדַעְתִּי כָּל־עוֹף הָרִים *Novi omnes volucres montium*, i. e. quae in alto et ſupra montes volunt, quomodo a Latinis poetis *aëreae* vocantur, et ab Hebraeis alias עוֹף הַשָּׁמַיִם *volatilia coeli.* Sic Pſ. CXXI, 1. *Oculos meos ſuſtollo* אֶל־הֶהָרִים *ad montes*, i. e. in altum, vel, ſurſum tollo, ubi montes ſunt. Aves igitur, inquit Deus, quamvis innumerabiles ſint, mihi tamen ſingulae ſunt notae et exploratae, ideoque facile uti illis poſſum, quoties voluero. Tam, imo magis, in promtu habeo univerſas, quae in montibus degunt, volucres, quam tu, quae in tuis ſunt armentis. וְזִיז שָׂדַי עִמָּדִי *Et fera agri*, agreſtis beſtia quaevis, *mecum*, penes me eſt, mihi ſemper praeſens eſt; ſive, parata coram me adſtat, ut comprehendere eam poſſim pro lubitu. De nomine זִיז, *fera*, a זוּז, *moveri* (Ara-

(Arabice زيزا) quemadmodum. Graecis ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι fit κνώδαλον (pro κινώδαλον) *beſtia*, legendus Bocharrus *Hieroz.* P. I. L. III. C. XXIX. T. II. p. 375 ſeqq. ed. Lipſ. et not. noſtr. (1) p. 377., cui addendus Fullerus in *Miſcell. Sacr.* L. VI. Cap. 6., prae ceteris vero N. G. Schroederus in *Obſervatt. Select. ad origg. Hebrr.* (Groningae: 1770 4) §. XXI. p. 24. ſeqq. docte et ſubtiliter de hac dictione disputavit, in rei ſumma cum Bocharto conſentiens. Quia vero nomini זיז Jeſ. LXVI, 11. *ſplendoris* notio tributa (quam recte, hujus loci non eſt inquirere), et noſtro loco Alexandrinus vertit καὶ ὡραιότης τοῦ ἀγροῦ, *et pulchritudo agri*, ut Vulgatus reddidit; quod placuit Agellio, qui „*pulchritudinem,*" inquit, „*agri* proventum pulcherrimum agri (nam ex agris quoque primitiae juxta legem offerebantur) intellexiſſe puto, ut, cum de carnibus dixerit, ne quid ad cibum deeſſe videretur, triticea quoque et adorea ſubjunxerit. Non longe diverſus eſt ab hac interpretatione Aquila, cum dixerit: παντοδαπὰ χώρας, *varium agri proventum*, quod Hieronymus imitatus edidit: *et univerſitas agri mecum eſt;* neque item Symmachus, qui vertit πλῆθος *copiam agri;* itaque eleganter Apollinarius ἀνθοφόρου ὄλβον ἀρούρης, *floridam agri felicitatem*, dixit." Qui ſenſus, dictioni זִיז שָׂדַי tributus, quamvis per ſe minime ſit incommodus, tamen prorſus ineptus eſt loco Pſ. LXXX, 14., ubi זִיז שָׂדַי depaſci dicuntur vineam. Cf. etiam de graeca verſione Buxtorfii *Anticrit.* p. 641.

12. אִם־אֶרְעַב לֹא־אֹמַר לָךְ כִּי־לִי תֵּבֵל וּמְלֹאָהּ *Si eſurirem, non dicerem tibi, nam mihi eſt orbis et quicquid eum implet.* Si quemadmodum homo mortalis eſurirem, ſcilicet neceſſe eſſet, ut a te panem peterem, ego, univerſi terrarum orbis dominus? De nomine תֵּבֵל vid. not. ad Pſ. XXIV, 1.

13. הַאוֹכַל בְּשַׂר אַבִּירִים וְדַם עַתּוּדִים אֶשְׁתֶּה *Num comedam carnem taurorum, num bibam ſanguinem hircorum?* Num putas, idcirco voluiſſe mihi offerri ſacrificia, quod cibo et potu indigerem? Num neceſſe habebo unquam veſci taurorum carnibus, aut ſanguinem hircorum bibere? *Quid enim,* ut ait LACTANTIUS *Inſtitutt.* L. VI. Cap. 2., *coeleſte in ſe boni poteſt habere pecudum ſanguis efſuſus, quo aras inquinant? niſi forte Deos exiſtimant eo veſci, quod homines adſpernantur attingere.* Hinc Aben-Eſra: *Haec omnia hunc in finem commemoro, quod ſacrificia, de quibus offerendis praecepi, non mihi, ſed vobis proſint.*

14. Vin' dicam ergo, quae ſacrificia a te poſtulem? זְבַח לֵאלֹהִים תּוֹדָה *Sacrifica Deo,* i. e. mihi, *laudem.* Enallage eſt perſonae, quum Deo tribuatur oratio. Nomen תּוֹדָה, quod a verbo יָדָה, *protendit, oſtendit, confeſſus eſt aliquid palam,* generatim deſignat *confeſſionem* rei alicujus, ſive malae, veluti delicti, Joſ. VII, 19. Eſr. X, 11., ſive bonae, ut beneficiorum a Deo acceptorum, vel auxilii ab ipſo in periculo praeſtiti. Hic autem interpretum p res תּוֹדָה putant pro זֶבַח הַתּוֹדָה, *ſacrificio euchariſtico,* Levit. VII, 12., poſitum, quaſi reſpiciat vates praecepta illic conſignata. Duo videlicet hoſtiae pacificorum erant genera, alterum, quod pro accepto beneficio, grati animi teſtandi cauſa, alterum, quod vel ex *voto* ſuſcepto, vel *ſponte* offerebatur (נֶדֶר אוֹ נְדָבָה Levit. VII, 16.). Prius illud hoc habebat praecipuum, quod, praeter victimam, panes absque fermento duo offerebantur, ex quibus alter in uſum ſacerdotis cedebat, ideoque זֶבַח הַתּוֹדָה, *ſacrificium laudis,* dicebatur, quod laudes, dum haec hoſtia fieret, Deo redderentur. In hoc itaque ſacrificio nihil ad Deum, praeter legis obſervantiam et laudes pertinebat; nam totius hoſtiae pars ad ſacerdotem veniebat, pars offerentis erat. Quum igitur holocauſtum totum ad Dei honorem incenderetur, pro peccato item et pro delicto victimae ſacerdotis eſſent; *gratiae* in

ſola

ſola hoſtiae laudis oblatione Deo reddebantur. Ideoque hoc ſacrificium potiſſimum Deo probari vatem dicere volunt, in quo nulla ſui commodi ſuſpicio haereret, ſed quo is, qui illud offerebat, grati ſui piique erga Deum animi ſenſum teſtaretur. Quae ſententia tamen carminis ſcopo plane adverſari videtur, qui hoc potius a Deo, qui loquens introducitur, dici ſuadet; praeſta mihi laudem, gratiarum actionem, invocationem fidelem, hoc erit mihi ſacrificium, hoc habebo ſacrificii loco, quod eſt cordis ſacrificium, et propheta (Hoſ. XIV, 3.) *vitulos labiorum* vocat. Dicit idem Pſ. LXIX, 31. 32. *Laudabo nomen Dei canticis meis, et placebit hoc Domino magis, quam ſi juvencum ei ſacrificem.* Nec aliter intelligenda quae ſubjiciuntur: וְשַׁלֵּם לְעֶלְיוֹן נְדָרֶיךָ *et perſolve vota tua Altiſſimo.* Et hic plures intelligunt *ſacrificia ex voto* ſuſcepta (Levit. VII, 16.), quae ipſa etiam ad *pacifica* (שְׁלָמִים) pertinebant, et in quibus Dei laudes commemorabantur. Unde Jon. II, 10. *vota* et *laudes* conjunguntur; וַאֲנִי בְּקוֹל תּוֹדָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ אֲשֶׁר נָדַרְתִּי אֲשַׁלֵּמָה *Ego vero cum voce gratiarum actionis tibi ſacrificabo, et quae vovero, tibi praeſtabo.* Et Pſ. LXI, 9. *Sic canam nomen tuum in ſempiternum,* לְשַׁלְּמִי נְדָרַי יוֹם יוֹם, *ut reddam vota mea quotidie.* Sed nos haud dubitamus eſſe haec σαφηνισμὸν eorum quae praeceſſerunt, ut ſint *vota* laudes et gratiarum actiones ex animo vere pio profectae. Alii nomen תּוֹדָה in hemiſtichio priori capiunt pro *confeſſione peccatorum* et poenitentia horum. Ita Jarchi: *Fatere maleſacta tua, et converte te ad me; hoc enim eſt ſacrificium, quo delector.* Et Kimchi: *Si vis ſacrificia offerre, cum confeſſione id ſiat, ut confitearis delicta tua, nec ad ea relabaris,* ut ſit ſimilis ſententia, quae infra LI, 19. exprimitur. Sed quum תּוֹדָה de *peccatorum confeſſione* bis tantum, Joſ. VII, 19. et Eſr. X, 19., uſurpetur, ceteris locis omnibus de *laude* Dei vel *ſacrificio euchariſtico,* ut vidimus; interpretatio ſupra data videtur retinenda. Chaldaeus ad utramque notionem videtur

tur refpexiffe; ejus enim interpretatio eft talis: *Subige concupifcentiam pravam, et reputabitur coram Domino inftar facrificii euchariftici.*

15. Quod non tam facrificia, fed potius preces fiducia plenas et pias gratiarum actiones pofcat Deus, difertius exprimit hoc Verfu: וּקְרָאֵנִי בְּיוֹם צָרָה אֲחַלֶּצְךָ וּתְכַבְּדֵנִי *Invoca me*, tanquam Deum tuum et fervatorem, *die anguftiae*, tum enim *eripiam te, et honorabis me*, i. e. ut caufam habeas me celebrandi et gratias mihi agendi; cf. infra Vs. 23. *Honorare* (כִּבֵּד) Deum valet, eum laudibus pro acceptis beneficiis celebrare, ut infra LXXXIX, 6. Jefaj. XLIII, 20. Jarchi: *haec enim gloria mea eft, quod fervo in me confidentes.*

16. Peracta objurgatione eorum, qui facrificia quidem offerrent, fed non intelligerent rem, et putarent, fe Deo beneficium exhibere facrificando, et opere operato peccata eluere, in quo genere aliquid tamen adhuc pietatis eft, et plus erroris, quam culpae; jam ad aliud hominum genus convertitur, impiorum prorfus, qui quum ne curent quidem Deum, et vitam degant facinorofam et perverfam, tamen leges divinas femper pleno ore jactant. וְלָרָשָׁע אָמַר אֱלֹהִים מַה־לְּךָ לְסַפֵּר חֻקָּי *Improbo autem dicit Deus: quid ad Te, ut enarres ftatuta mea?* quare tu cerimonias meas memoras? quid tibi cum cerimoniis meis, ut de his faciundis gloriaris. מַה־לְּךָ *Quid tibi*, fcil. eft? quid ad Te attinet? לְסַפֵּר *Ad enarrandum*, i. e. ut enarres, videlicet fimulata praeceptorum divinorum laudatione, publica vel privata illarum commendatione; unde plerique interpretes haec verba praecipue in Legis ftudiofos peritosque directa putant. וַתִּשָּׂא בְרִיתִי עֲלֵי־פִיךָ *Et* ut *affumas fuper os tuum foedus meum?* quomodo audes, foedus meum ore jactare? Repetenda eft interrogatio מַה־לְּךָ. *Affumere* autem *fuper os fuum aliquid*, eft, de eodem crebro loqui, id crebro memorare, ut itaque fynonyma fint סִפֵּר et נָשָׂא עַל פִּי. Ita 2 Sam. XIII, 32. עַל־פִּי *Super ore Abfaloni erat pofitum,*

pofitum, i. e. crebro ita minabatur. Jer. XII, 2. *Prope fuifti ori eorum*, *fed longe a renibus eorum*, affidue de te loquuntur, fed corde fuo te non curant. *Foedus*, בְּרִית, h. l. pro *praeceptis divinis*, ut Pf. XXV, 10., ad quem locum vid. not. fupra p. 693.

17. וְאַתָּה שָׂנֵאתָ מוּסָר *Et tu odifti correptionem;* emphatice adhibuit pronomen וְאַתָּה, q. d. *et tu ipfe tamen*, qui continuo legem meam ore jactare foles, proterve tamen eandem contemnis. Nomen מוּסָר dicitur de *caftigatione*, tum violenta, quae fit verberibus, Proverb. XIII, 24. XXII, 15. XXIII, 13., tum de ea, quae fit verbis, ut Prov. V, 12., hinc etiam cum עֵצָה, *confilio*, jungitur Proverb. XIX, 20., et in genere pro *inftitutione*, *difciplina* ufurpatur Deut. XI, 2. Proverb. VI, 23. Jerem. VII, 28., qui fignificatus et huic loco aptus eft. וַתַּשְׁלֵךְ דְּבָרַי אַחֲרֶיךָ *Et abjicis verbum meum poft te*, tanquam odio aut naufea praecepta mea a te removes, ea non folum contemnis et negligis, verum et prorfus e memoria tua, tanquam rem ingratam, evellere ftudes.

18. Obfervandus eft ordo eorum, quae improbo tribuit. Primum erat, inftitutionem refpuere, et praecepta divina contemnere (Vs. 17.). Ifta jam confequitur, ut cum quibusvis fceleratis focietatem ineat, nullum flagitium exfecretur. Et hoc quidem Verfu duo nominatim fcelera perftringit, alterum iniquae cupiditatis habendi, alterum perverfae libidinis. וְאִם־רָאִיתָ גַנָּב וַתִּרֶץ עִמּוֹ *Si vidifti furem, confentis ei*, ut recte Hieronymus vertit; neque enim וַתִּרֶץ defcendit a רוּץ, *currere*, ad quod interpretes nonnulli, Alexandrino interprete praeeunte, eam dictionem retulerunt, unde futurum cum Vau converfivo eft וַיָּרָץ, וַיָּרֶץ, Genef. XXIV, 20. 28 XXIX, 12. Jud. XIII, 10. Cohel. XII, 10.; fed eft futuri forma apocopata a רָצָה, *gratum et acceptum habuit*, *approbavit*, quod verbum intercedente particula עִם conftruitur etiam Job. XXXIV, 9. בִּרְצֹתוֹ עִם־אֱלֹהִים *quando beneplacitum habet cum Deo*, quando habet eandem εὐδοκίαν, quam Deus,

Deus, et ipsius praeceptis delectatur. Quare et h. l. talis innuitur consensus, vel voluntatis propensio, ubi quis cum alio suum jungit affectum, vel in paribus cum eo studiis sibi placet. וְעִם מְנָאֲפִים חֶלְקֶךָ, *Et cum adulteris portio tua*, societatem inis. *Portionem*, aut *partem alicujus esse cum aliquo* Hebraeis est, eadem sorte ac conditione frui, sive bona, sive mala, aut alioqui eis esse conjunctionem et societatem, ut Jos. XXII, 25. 27. *Non est vobis* חֵלֶק בַּיהוָה *commercium cum Jova;* et 2 Sam. XX, 1 Seba ait, אֵין־לָנוּ חֵלֶק בְּדָוִד *nihil nobis commercii est cum Davide.* Atque sic h. l.: *cum adultero tu paria participas*, tanquam ejus contribulis, paria cum eo sectaris studia.

19. Istis flagitiis addit studium nocendi fraudandique. פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה *Os tuum misisti in malum*, linguae laxas frena, ad quaevis protrudenda improba et malevola, quibus detrahatur aliis. Verbum שָׁלַח, *emisit*, h. l. effrenatae violentiae notionem exprimere videtur. Neque solum aliis hominibus noxia loqueris, verum etiam וּלְשׁוֹנְךָ תַּצְמִיד מִרְמָה *lingua tua dolos nectit*, lingua tua versatilis concinnat et nectit dolos, ut unum alteri apte jungendo, et tanquam fila invicem contorquendo falleres et ex occulto noceres; nam simplex dolus cum facile solvatur, altero addito atque simul intorto credibilior sit, ac proinde facilius decipit.

20. תֵּשֵׁב בְּאָחִיךָ תְדַבֵּר *Sedes in fratrem tuum loqueris*, i. e. sedens loqueris, sive sedes et loqueris in fratrem tuum; in consessibus tuis, inter gregales tuos obtrectas non inimicum, aut peregrinum, sed *fratrem* tuum, amicum et necessarium. Subaudiri potest sub initio hujus Versus כִּי, *quando*, vel אִם, *si*, ut Ps. XXXIX, 12. XCI, 17. — תֵּשֵׁב *Sedes* cum aliis in conciliabulis: respicit ad garrulorum et obtrectatorum morem, qui sedendo otia, imo et bonas horas in maledicentia consumunt. Quia alias judices, suo fungentes officio, dicuntur *sedere* (vid. supra ad Ps. XXIX, 10.), et

nostra

noſtra verba aliqui de confeſſu in judicio interpretantur, ut ſit: *ſedes judex adverſus fratrem tuum.* Sed et cum bona conſcientia judex aliquis contra fratrem ſedere poteſt, ſi eſt facinoroſus. Verbum דִּבֵּר, cum ב conſtructum, notat *contra* aliquem loqui, ut Numer. XXI, 5. *Loquutus fuit populus* בֵּאלֹהִים וּבְמֹשֶׁה; conf. Num. XII, 1. Sed ut atrocitas facinoris ſiat deteſtabilior, addit: בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן־דֹּפִי *In filium matris tuae dediſti infamiam,* ne ſanguini quidem tuo parcis maledicendo, ne fratri quidem uterino (hic enim eſt בֶּן־אִמֶּךָ, vid. Geneſ. XLIII, 29. Deut. XIII, 6. Jud. VIII, 19. Pſ. LXIX, 9.), quem alioqui propenſiore benevolentia et amore deberes complecti; ſolent enim uterini fratres magis inter ſe amare. Hinc eſt, quod Deut. XIII, 6. dicatur: *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuae,* hoc eſt frater tuus uterinus, qui nimirum plus poteſt apud te. Nomen דֳּפִי, hoc tantummodo loco occurrens, Hebraei interpretantur דִּבָּה רָעָה, *rumorem malum,* ſatis quidem apposite ad ſeriem orationis, ſed nullo linguarum cognatarum uſu. Arabibus tamen quum دَفَا (pro دَفَوَ et دَفِيَ) ſit *obruit ſaucium et interfecit,* haec notio primaria poſſit translata eſſe ad obtrectationes et calumnias. Alias veterum recentiorumque conjecturas vide in J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 457.

21. אֵלֶּה עָשִׂיתָ וְהֶחֱרַשְׁתִּי דִּמִּיתָ הֱיוֹת־אֶהְיֶה כָמוֹךָ *Haec dum feciſti et tacui, exiſtimaſti, me eſſe tui ſimilem,* haec mala perpetrata quum tacitus tuliſſem, et mea ultio non ilico peccantem conſequuta eſſet, ex mea patientia pejor factus, eo usque progreſſus es amentiae, ut me tui ſimilem eſſe putares, ut non ſecus ac tu, quae clam te alii faciunt ignoras, ſic ego quoque tua peccanon videam. Alii ob id *ſimilem putari Deum flagitioſo iſti* cenſent, quia cum ipſe flagitia committat, illum non modo non adverſari flagitiis, ſed etiam approbare credat;

dat; quod perinde eſt, ac ſi ſui ſimilem flagitioſum et ſceleſtum putet, ut in eo, quod peccantem non ſtatim punit, nolle vitia plectere, aut etiam illis oblectari Deum exiſtimet. הֱיוֹת־אֶהְיֶה *Eſſendo ero*, h. e. utique ero, ſ. me utique eſſe, majorem quippe certitudinem importat ejusdem verbi repetitio, praemiſſo Infinitivo, in conſuetudine hebraei ſermonis; vid. ad Pſ. XLIX, 8. (אח לא פָּדֹה יִפְדֶּה אִישׁ). Forma Infinitivi conſtructi, הֱיוֹת hic ponitur pro abſoluto הָיוֹ ſive הָיֹה, quae alias adhiberi ſolet, ubi Infinitivus cum verbo finito jungi ſolet, vid. Geneſ. XVIII, 18. 1 Reg. XIII, 32. Inducit itaque Deum ultionem minitantem ſeque tempore ſuo ſupplicium de ipſo ſumturum: אוֹכִיחֲךָ וְאֶעֶרְכָה לְעֵינֶיךָ *Arguam te et ordinabo*, disponam, *ante oculos tuos* ſcelera tua, ſimulque argumenta et rationes proferam, quibus te jure condemnem, ut ſic intelligas, tua flagitia me neutiquam latere. Verbum עָרַךְ, *ordinavit, dispoſuit*, paene forenſe eſt, cum adverſarius rationes et argumenta tanquam aciem producit, quibus rei cauſa obruatur; ita Job. XXXIII, 5. *Si potes, mihi reſponde*, עֶרְכָה לְפָנַי *dispone adverſus me* argumenta tua. Cf. Job. XIII, 18. XXIII, 4. XXXII, 14.

22. Objurgationem demum ad formam admonitionis convertit: בִּינוּ־נָא זֹאת *Intelligite quaeſo hoc*, agnoſcite, Deum omnis pravitatis poenas exacturum, שֹׁכְחֵי אֱלוֹהַּ, *obliti Dei*, i. e. mei, iterum pro affixo *(mei)* repetitur nomen antecedens, *Deus*, ut Vs. 14. *Offer Deo*, i. e. mihi; hinc mox verba iterum Dei ipſius: פֶּן־אֶטְרֹף וְאֵין מַצִּיל *Ne discerpam et nemo eripiens*, me corripiente, nemo erit, qui eripiat. Metaphora eſt a leone deſumta, cui belluae neque vis paſtorum, neque alicujus belluae timor praedam jam captam eripere poteſt. Cf. Pſ. VII, 3. Deut. XXXII, 39. Job. X, 7.

23. Brevi quodam epilogo ſummam totius carminis et objurgationum ſuarum finem perſtringit, et quid ab Iſraelitis ſuis expetat Deus, quidque gratum illi ſit, aperit. זֹבֵחַ תּוֹדָה יְכַבְּדָנְנִי *Sacrificans laudem honorabit me*,

quod

quod fupra Vs. 14. dixerat, ubi conf. not. Chaldaeus eodem fere quo illic, modo interpretatus eft: *qui immolaverit concupiscentiam pravam, veluti victima confesfionis imputabitur ei.* Jarchi: „Qui offert mihi *facrificium poenitentiae et confeffionis* peccatorum fuorum." De יְכַבְּדָנְנִי, tertia futuri perfona, *Nun* paragogico aucta ante adfixum נִי, vid. N. G. Schroederi *Inftitt. ad Fundamm. L. H.* Reg. CLXVIII. p. 205. וְשָׂם דֶּרֶךְ, *Et ponens viam*, breviter dictum, pro eo, quod plene eft: וְשָׂם אֶת־דַּרְכּוֹ עַל לִבּוֹ, *et ponens viam fuam fuper cor fuum*, ut Jef. XLI, 20. *Ut videant, et fciant*, וְיָשִׂימוּ *et ponant* fuper cor, *et intelligant*; fed plena locutio extat Jef. LVII, 1. *Juftus perit*, וְאֵין אִישׁ שָׂם עַל־לֵב *et nullus, qui ponat fuper cor. Ponens vero fuper cor viam fuam* eum defignat, qui confiderat diligenter, quam ingrediatur viam, vir probus, qui vitam fuam prudenter inftituit, ac profpicit, ne peccet. Similiter Haggai I, 5. שִׂימוּ לְבַבְכֶם עַל־דַּרְכֵיכֶם, *ponite corda veftra fuper viam veftram*, id eft, etiam atque etiam attendite, quid agatis. Hinc noftra verba Symmachus fic reddidit: *εὐτάκτως ὁδεύοντι, ei, qui ordinate ambulat*, ftatuit prius apud fe, ubi pedem figat, et viam vivendi profpicit. Ludov. de Dieu *viam* pro *more* et *confuetudine* h. l. poni exiftimat, fenfumque hunc facit: qui gratiarum actionem ponit pro confuetudine, qui non femel atque iterum Deum laudat, fed ejus laudibus affuefcit, et tanquam viam fuam ponit, qua quotidie incedat. Alii: *et ponens viam* fcil. Dei ante fe, conferentes Jef. LVIII, 2. *Qui me quotidie quaerunt*, וְדַעַת דְּרָכַי יֶחְפָּצוּן *measque fcire rationes avent.* Alii: *qui ponit iter*, aliis nempe, eos admonens et ad rectam viam revocans; qui praemonftrat iter et praecurrit, ut alios deducat per viam rectam, coll. Pf. LXXXV, 14. de cujus ipfius loci interpretatione tamen non minor eft disfenfus. Coccejus haec verba cum iis quae proxime fequuntur jungens in hunc modum explicat: „*qui ponit*, id eft, *parat viam, qua oftendam*

dam ipfi falutem Dei. Nimirum ut in membro verficuli prioré fubjecti loco ponitur Participium: *facrificans laudem,* ita in altero quoque Participium arbitramur τὸ שָׂם *ponens viam*, h. e. vivendi arripiens rationem, praecedentibus praeceptis conformem, et ficut in priore membro facrificanti tribuebatur elogium, quod *Deum vere honoret,* ita nunc in altero fubnectitur praemium, quod et ipfum honoraturus viciffim fit Deus, *oftendendo ipfi falutare fuum* (coll. 1 Sam. II, 30)." Haec Coccejus. Sed qui Accentibus textum hebraeum diftinxerunt, eo, quod nomini דֶּרֶךְ accentum regium *Athnach*, majorem diftinctionem efficientem, fubfcripferunt, haud dubie indicare voluerunt, verba noftra ratione diftinctionis vel fic effe explicanda: *facrificans laudem honorabit me et ponens viam,* fcil. me honorabit; vel שָׂם דֶּרֶךְ abfolute effe pofitum, hoc modo explicandum: *ponentem viam* quod attinet אַרְאֶנּוּ בְּיֵשַׁע אֱלֹהִים *oftendam ei falutem Dei,* i. e. meam, et quidem egregiam, *falus Dei* enim eft non humano confilio aut ope, fed divina virtute parta magna et plane eximia; quod enim non humana fit induftria, aut aliqua caufa, quae ab homini poffit excogitari, id procul dubio magnum eft, et admiratione dignum. *Oftendere* vero id ipfum eft, quod *praebere, exhibere,* ut Pf. IV, 6. LX, 5. LXXI, 20. Senfus itaque Verfus hic erit: talis homo, qui rectam me colendi rationem fequitur, et recte vivendi rationi operam dat; fi in ea pericula inciderit, ex quibus nulla ratione eximere fe poffit, tum inexfpectatam infperatamque opem ei afferam, cf. fupra Vs. 15. Reliquum eft, ut lectionis varietatem circa voculam וְשָׂם animadvertamus. In codicibus quidem plerisque et manu fcriptis et typis exaratis legitur וְשָׂם (per *Sin*), fed in aliis haud paucis (quos Roffius ad h. l. enumeravit) extat שָׁם, *ibi*, idque ipfum expreffit Graecus Alexandrinus: καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον Θεοῦ, *et illic iter, quo oftendam illi falutare Dei,* ut Vulgatus reddidit, nec non Syrus: ܬܡܢ *illic often-*

dam ei viam ſalutis Dei noſtri. Hinc Lutherus: *und das iſt der Weg, daſs ich ihm zeige das Heil Gottes.* Senſus, hac aſſumta lectione, erit: ſi hanc viam tenuerit, hoc iter inſtiterit, eo perveniet, ut ſalutem egregiam ei afferam. Chaldaeus tamen, qui vertit: דִי יַעְדֵי אוֹרְחָא בִּישָׁא *qui amovet viam malam*, nec non Hieronymus: *et qui ordinat viam*, atque Symmachus: *καὶ τῷ εὐτάκτως ὁδεύοντι*, legerunt haud dubie וְשָׂם (per *Sin*). Quae lectio firmatur Maſora (qualis in Bibliis Rabbinicis a Buxtorſio editis extat) tam *parva* ad h. l., ubi notatur ח' *octies* וְשָׂם occurrere, quam *magna* ad Geneſ. XXX, 41., ubi octo illa loca, quibus וְשָׂם occurrit, ſingula recenſentur, inter quae et noſter apparet. E contra Maſora magna ad Geneſ. XLI, 12. וְשָׁם (cum *Schin*) dicit occurrere *quinquies*, enarratque locos ibidem, in quibus noſter non eſt. Operae tamen pretium fuerit, plurium codicum Maſoram locis indicatis conſulere. Buxtorfius quidem in *Caſtigationibus in Maſoram Tiberiadi* ſuae annexis nullam locis illis varietatem adnotavit.

PSAL-

PSALMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Admissi sceleris dolore compunctus, crimen fatetur, et supplex a Deo petit, ut peccati memoriam et poenam prorsus expungat, et in pristinam gratiam ipsum restituat; id si fuerit consequutus, se ejus clementiam carmine laudaturum promittit, interim se animi peccatorum sensu afflicti et serio delicta lugentis sacrificium, omni victima illi gratius, offerre. Psalmum compositum esse a Davide, postquam Nathan, propheta, ob commissum cum Bathseba adulterium et Uriam interfectum iram Dei et poenas decretas facinori ejus ei denunciasset, dicit Versus secundus. Cui temporis notationi tamen quum adversari videantur duo ultimi carminis Versus, qui preces continent pro restauranda Hierosolyma, quae urbem et templum tum in ruinis jacuisse arguunt; H. E. G. Paulus et de Wette inscriptioni nullam fidem habendam esse autumant et car-

men dum populus in exilio ageret factum cenſent, ut peccatorum illius deprecatio et ſincerae poenitentiae conteſtatio eſſet. Nos tamen quid prohibeat, quo minus hanc ſententiam noſtram faciamus, dicturi ſumus ad Vs. 18. et 20.

---

2. בְּבוֹא־אֵלָיו נָתָן הַנָּבִיא כַּאֲשֶׁר־בָּא אֶל בַּת־שָׁבַע *Quum adiiſſet eum Nathan, propheta, poſtquam congreſſus fuerat cum Bathſeba*, quum nimirum Davidem Nathan de ſtupro Bathſebae, et caede mariti ejus, Uriae, graviter objurgaſſet, malaque multa ipſi ejusque familiae, Dei juſſu, denunciaſſet. Hiſtoria legitur 2 Sam. XI et XII. Videtur autem hoc in carmine referri, quomodo fuerit David in illo ipſo luctu et jejunio affectus, de quo 2 Sam. XII, 16. ſeqq. et quibus Deum precibus tum pulſarit. Particula ב ante Infinitivum בוא, nominis naturam et conſtructionem hic ut alias ſaepiſſime ſuſtinentem, latine *poſtquam* eſt interpretanda, ut Gen. XXXIII, 18. בְּבֹאוֹ מִפַּדַּן אֲרָם׳ *poſtquam veniſſet ex Paddan-Aram*, Joſ. V, 4. Eſth. II, 7. (cf. NOLDII *Concordantt.* p. 151. ed. Tymp.); Nathanem enim tum demum poſtquam Bathſeba filium peperiſſet, regem de peccato ſuo objurgaſſe, patet ex 1 Sam. XI, 27. XII, 14. ſequ. Loquutionem autem *venire ad feminam*, ut h. l. בָּא אֶל בַּת־שָׁבַע, euphemiſmum eſſe, pro *cum ea concumbere*, notum; vid. Gen. XVI, 4. XXX, 4.

---

3. Ardenti affectu bonitatem Dei et amplam ejus miſericordiam invocat חָנֵּנִי אֱלֹהִים כְּחַסְדֶּךָ *Miſerere mei, Deus, ſecundum bonitatem tuam*, non pro ratione mei delicti, ſed pro tua erga me bonitate mecum age; abs te, qui erga miſeros pietate commoveris, veniam peto, culpaeque relaxationem exopto. כְּרֹב רַחֲמֶיךָ מְחֵה פְשָׁעָי

Pro

Pro ingenti miſericordia tua dele mea delicta. כְּרֹב רַחֲמֶיךָ Propr. *ſecundum multitudinem miſerationum tuarum*, i. e. pro miſericordia tua, quam ita frequenter oſtendis. Nomen רַחֲמִים, in plurali tantummodo occurrens, a רֶחֶם, *uterus*, proprie eam miſericordiam, charitatem, et benevolentiam exprimere, qua ſolet mater adfici filio uteri ſui, vidimus ad Pſ. XVIII, 2. (Vol. I. p. 459). De nomine פֶּשַׁע vid. ſupra ad Pſ. XXV, 7. *Deleri* autem ſua delicta orat, tanquam ſi in tabulis ac libris deſcripta ſint, inſtar grandium debitorum, pro quibus poenae ſibi luendae ſint. De delendis enim literis e pergameno, vel e tabella verbum מָחָה dicitur Num. V, 23. Exod. XXXII, 32. 33. Alii haec verba in hunc modum accipiunt: dele ſceleris admiſſi maculam, ſeu turpitudinem, qua tibi abominandus redditus ſum; quod et Verſu, qui proxime ſequitur, petit; atque dicitur verbum מָחָה 2 Reg. XXI, 13. de purgatione ollae aut patinae *abstergendo*.

4. הֶרֶב כַּבְּסֵנִי מֵעֲוֹנִי *Multiplica, lava me*, multum, ſaepius, magis magisque lava me *ab iniquitate mea.* Sic namque duo verba ejusdem temporis interpretanda nonnunquam veniunt, ut alterum naturam induat adverbii, ut ſupra Pſ. XLV, 5. *Proſperare, inequita*, i. e. proſpere inequita; conſ. ibi not. Lectio marginalis (קרי), הֶרֶב forma eſt apocopata Imperativi Hiphil, quemadmodum הֶרֶף, *remitte*, pro הֶרֶף et hoc pro הַרְף, ex הַרְפֵּה, vid. Schroederi *Inſtitutt.* Reg. LXXXIII, c. p. 105. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 431. In textu forma plena, הַרְבֵּה, extat. וּמֵחַטָּאתִי טַהֲרֵנִי *Et a peccato meo emunda me.* Peccata ſaepius comparantur maculis ſordibusque, quibus animus inquinatus ſit mundandus, vid. Jeſ. I, 16. Jerem. IV. 14. XXXIII, 8. Ezech. XXIV, 13. XXXVII, 23.

5. Ut Deum flectat et culpae remiſſionem impetret, agnoſcere ſe peccatum ſuum conſitetur, neque ullo modo excuſare. כִּי־פְשָׁעַי אֲנִי אֵדָע *Nam ſcelera mea agnoſco*, qui vero ea agnoſcit, eum peccaſſe poenitet. Eo enim tempore, quo tantum crimen admiſit, impetu quodam et

aeſtu pravae cupiditatis raptus animus, quantum mali perpetrarit, non cognoſcébat, et velut faſcino voluptatis conſopitus erat; ubi vero Nathanis, prophetae, objurgatione admonitus et excitatus eſt, tum demum peccati ſui magnitudinem advertit atque cognovit. וְחַטָּאתִי נֶגְדִּי תָמִיד *Et peccatum meum coram me eſt ſemper*, foeda peccati imago mibi ante oculos aſſidue obverſatur, meque ſolicitat angitque vehementer. Sic Pſ. XXXVIII, 18. *Plaga mea* נֶגְדִּי תָמִיד. Pſ. XLIV, 16. *Ignominia mea toto die* נֶגְדִּי. Cf. Pſ. XVI, 8. L, 8.

6. לְךָ לְבַדְּךָ חָטָאתִי *Tibi, ſoli tibi peccavi.* Nonnihil efficaciae habet, quod repetitur pronomen: *tibi, ſoli tibi.* Quid ergo? Nonne et in fidiſſimum militem, Uriam, ac totum exercitum, quem hujus necandi cauſſa in periculum adduci juſſerat, nonne in Bathſebam peccaverat? Quomodo ergo ſoli Deo peccaſſe dicere poterat? Multae ſunt hujus loci expoſitiones, quas omnes commemorare, longum foret; illas afferam, quae mihi probabiliores videntur. Itaque *Deo ſoli ſe peccaſſe* aliqui ideo ab eo dictum cenſent, quia ejusmodi peccatum fuit, ut ſecretum et occultum hominibus eſſet, et proinde in ſolum Deum, ejus teſtem et conſcium, admiſſum. Quamvis enim Uriam literis ad Joabum, ducem exercitus, datis interficiendum curarit; ignorabatur tamen, quo conſilio id fieri praecipiſſet: poterat enim exiſtimari, aliquod ab Uria crimen admiſſum fuiſſe, ut jure occidendus videretur, criminis tamen conſcientia penes Regem eſſet. Ergo *tibi*, inquit, *ſoli peccavi*, quia quamvis homines meum conſilium et animum ignorarent, tu ſolus tamen optime et facta mea et conſilia noveras, et quod illi excuſare poterant, qui occultas cogitationes meas non videbant, tu ſolus jure damnabas. Cui ſententiae favet, quod 2 Sam., XII, 12. Jova, Davidem per Nathanem ob crimen illud objurgans, hoc modo loquens inducitur: כִּי אַתָּה עָשִׂיתָ בַסָּתֶר *Nam tu patraſti facinus tuum clam, ego vero omnia illa, quae tibi ſum comminatus, coram univerſo Iſraelitico*

populo

populo faciam. Alia, nec fortaffe incommoda, horum verborum interpretatio affertur haec: *Tibi foli peccavi,* quia, cum regia dignitate et poteftate ceteris praeftem omnibus, et nulli factorum meorum rationes reddere debeam, tuo folius judicio fubjectus fum, teque folum judicem habeo; itaque fi quid peccavi, tibi foli peccavi, tuus reus fum, a Te folo aut damnandus aut abfolvendus. Tertia quoque adjici poteft expofitio; quamvis homines quoque in hoc facto offenderim, tamen, dum perpendo, quantum hoc meo fcelere te offenderim, inde ita torquor atque animo discrucior, ut hoc unum fentiam, et aliorum offenfionem paene pro nihilo reputem. Cui fententiae bene congruit, quod proxime fubdit: וְהָרַע בְּעֵינֶיךָ עָשִׂיתִי *Et malum in oculis tuis feci,* quod tibi malum videbatur, quod tu malum judicabas admifi, quod tibi displicebat, perpetravi. *In oculis alicujus aliquid effe bonum aut malum,* rectum aut pravum, pro, judicio alicujus aliquid tale videri ac judicari, fatis frequens, vid. e. c. Genef. XXIX, 20. Num. XIII, 34. Et de hoc ipfo facinore a Davide admiffo 2 Sam. XI, 27. dicitur: וַיֵּרַע הַדָּבָר אֲשֶׁר־עָשָׂה דָוִד בְּעֵינֵי יְהוָה *pravum videbatur Davidis factum in oculis Domini;* et XII, 9. *Quare contempfifti verbum Domini* לַעֲשׂוֹת הָרַע בְּעֵינָיו *ut faceres, quod malum eft in oculis ejus?* id eft, quod ipfi displicet. לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ *Ideo juftus es in loquendo te,* h. e. quando per Nathanem me arguis peccati, poenasque denuncias promeritas. Particula לְמַעַן non caufaliter, fed confecutive h. l. eft capienda, ut Hof. VIII, 4. Exod. XI, 9. Pf. XXX, 13. ubi not. vid. תִּצְדַּק *Iuftus appares,* ut Job. XL, 3. *An decretum meum facies irritum? an* תַּרְשִׁיעֵנִי לְמַעַן תִּצְדָּק *me pronunciabis impium, me damnabis, ut tu juftus videare?* Addit nofter: תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ Ideoque *purus es in judicando te,* aequus appares in fententia de me promulgata. Verbum זָכָה, proprie *purus, limpidus,* hinc, *innocens fuit* (ut Job. XV, 14. XXV, 4.), hoc loco verbo תִּצְדַּק aequipollere, parallelifmus docet. Inte-

Integri itaque Verſus ſenſus huc redit: agnoſco et profiteor, me graviter in te peccaſſe; itaque quicquid adverſus me ſtatuit et pronunciat ſententia tua, in eo non ſit mihi injuria; juſtum eſt judicium tuum, neque reprehendi aut culpari poteſt. Alii verba לְמַעַן, et quae ſequuntur, praemiſſae preci (Vs. 3.): *miſerere mei, et ablue me iniquitate mea*, connectunt, hoc ſenſu: miſerere mei, et relaxa peccatum meum, quia ego culpam meam cognoſco atque confiteor: remitte igitur cognoſcenti atque confitenti peccatum, ut tu juſtus deprehendaris in verbis tuis, *et purus judicaris* (בְּשָׁפְטֶךָ, Infinitivo activo paſſive accepto, ut ſupra Pſ. XLII, 4. בֶּאֱמֹר, *quando dicitur*; XLVI, 3. בְּהָמִיר *dum mutabitur terra*; Exod. IX, 16.), cum facta tua excuſſa, verbisque tuis fuerint collata, nempe qui ita, ut pollicitus es, agnoſcentibus peccata et veniam orantibus te condonaturum, in me quoque praeſtiteris. Sed interpretationem prius a nobis propoſitam ſimpliciorem eſſe et ſeriei orationis aptiſſimam, unusquisque intelligit ipſe. Graecus Alexandrinus Verſus hujus verba poſtrema ſic reddidit: *καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, et* (ut) *vincas cum judicaris*, ut Vulgatus ea tranſtulit. Accepit interpres ille Infinitivum בְּשָׁפְטֶךָ paſſive, ut et recentiores quosdam feciſſe, modo vidimus, et verbo זָכָה tribuit ſignificatum Syriaci ܙܟܐ, *vicit*, ut et alias haud raro: vid. Barthol. Mayeri *Philol. Sacr.* (Lipſ. 1629. 8.) P. I. p. 393. ſeq. Senſus tamen ex hac interpretatione non multum diverſus ab eo, quem nos ſuperius indicavimus, prodibit: fateor me tibi peccaſſe, teque offendiſſe non inficior, adeo ut ſi contendere in judicio ſimul velimus, non dubium ſit, quin tuae rationes juſtiores eſſe probentur, et tu ex eo judicio victor et ſuperior evadas; jam id ego ante contentionem fateor, juſtiſſimam tuam cauſam eſſe, et meam injuſtiſſimam, et ſi in jus me ducas, tibi victoriam deſerendam eſſe, me calculis omnium condemnandum.

7. הֵן־בְּעָווֹן חוֹלָלְתִּי *En! ego cum iniquitate genitus ſum*, haeret in natura tota mea, jam inde ab ortu meo, et innata mihi pravitas. Quibus verbis judicem ad miſericordiam flectere ſtudet, ignoſcendique peccati ſui, ſi ex aequitate et clementia judicare velit, nonnihil adeſſe cauſſae aſſerit, quod infecta per originis vitium natura non mirum eſt, ſi peccata alia proferat ac germinet. חוֹלָלְתִּי Praeteritum eſt Pyal a חוּל, *parturire*, Jeſ. XXIII, 4. LXVI, 8; in Piel eſt *facere parturire*, ut Job. XXXIX, 4. Pſ. XXIX, 9., unde in Pyal ſignificat *partu edi*, ut Job. XV, 7. *Num hominum primus natus es? et ante colles* חוֹלָלְתָּ *genitus?* Cf. Prov. VIII, 24. 25. Praefixum בְּ ante עָווֹן non reſpicit parturientem matrem, ſed ſobolem partu editam, quae *cum* peccato, ſive peccato jam infecta in lucem editur; ſervit itaque illa particula formando adjectivo, ut Pſ. XXIX, 4. קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *Vox Jovae cum fortitudine*, i. e. fortis; vid. ibi not. (pag. 762.). וּבְחֵטְא יֶחֱמַתְנִי אִמִּי *Et cum peccato*, peccato inquinatum (ut antea בְּעָווֹן), *fovit me mater mea*. יֶחֱמַתְנִי eſt tertia feminina Praeteriti Piel cum affixo, cum Segol ab initio loco Chirek propter ſequens Chatephſegol (pro יִחֲמַתְנִי, ſic אֶחֱרוּ Jud. V, 28.), vid. Buxtorfii *Theſaur. Grammat.* p. 122. et Gesenii *Lehrgeb.* p. 170. Deſcendit hoc a יָחַם (ſignificationem communem habente cum חָמַם) *incaluit*, veluti ex ſubjectis prunis, Ezech. XXIV, 11., unde de corporis humani calore dicitur (1 Reg. I, 1. Coh. IV, 11.), item de corde, quando caleſcit, ſanguine ex ira ebulliente, Deut. XIX, 6. Hinc transfertur ad calorem illum, in conceptione ſe exerentem, ſic enim de ovibus concipientibus uſurpatur Geneſ. XXX, 37. 38. 41. XXXI, 10. Dicit itaque vates, ſe tunc etiam, cum a matre conciperetur, uteroque geſtaretur, peccato fuiſſe infectum; hinc autem aequum eſſe, ut non ſummo jure, ſed clementer ſecum Deus judex agat iniquitatemque ſuam, non tam admiſſi ſceleris, quam infirmitatis innatae habita ratione, relaxet.

No-

Nova ratione, fed minus feliciter hunc Verfum interpretatus eft F. S. Winterberg in peculiari, qua hunc locum tractavit Commentatione, quae legitur in *Commentatt. theologicc.* a Velthusenio, Rupertio et Kuinoelio editt. P. VI. p. 454. feqq. Illius vero interpretatio eft talis: *Verum eft quam quod veriffimum: per fraudem trucidavi* (trucidandum curavi Uriam), *et per nequitiam; incendit me cupiditas* f. *libido mea.* חוֹלַלְתִּי vertit *confoffi*, i. e. interfeci, qua quidem fignificatione *Piel* verbi חָלַל legitur Ezech. XXVIII, 9.; hoc vero loco, fi etiam demus, formam *Poel* eundem fignificatum obtinere, non deeffe debuit אֶת־אִישׁ *virum*, aut fimile quid; neque enim חולל fimpliciter *trucidavi* fignificare probari poterit. Porro יֶחֱמַתְנִי vertit *calefecit*, f. *incendit me*, atque אִמִּי *libido mea*, quam fignificationem nomini אֵם affingit ex Arab. أمّ *cupivit, petiit, intendit aliquid.* Talia retuliffe fatis erit.

8. הֵן־אֱמֶת חָפַצְתָּ בַטֻּחוֹת *En! veritatem defideras in praecordiis*, i. e. rectitudinem in intimo corde fundatam et reconditam exigis, ut fimus intus in corde noftro veraces, finceri et incorrupti, veraque et jufta fentientes et agentes. אֱמֶת *Veritas* h. l. de vero et fincero virtutis et pietatis ftudio dicitur, ut crebro, veluti Prov. XII, 22. 1 Sam. XII, 24. 1 Reg. II, 4. III, 6. 2 Reg. XX, 3. Nomen טֻחוֹת, praeter hunc locum femel tantummodo, Job. XXXVIII, 36. occurrens, Ebraeorum magiftri *renes* explicant, Chaldaei interpretis auctoritate, qui utroque loco כּוּלְיָן pofuit: atque fumtum dicunt nomen ab adipe, quo illiti funt renes atque obducti. Hebraeis enim טוּחַ *illinere* et *obducere* eft; et Arabibus, *Jod* et *Vau* permutatis, verbum طيخ de iis ufurpatur, quos fagina obruit; renes autem conftat partes effe pinguiffimas. Vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. Lib. II. Cap. XLV. Tom. I. p. 568. feq. ed. Lipf. Alii *occulta, latentia* interpretantur, etiam a fignificatione

obli-

oblinendi, calce obducendi et *tegendi,* qua verbum טוּח pollet. Ita noſtro loco Alexandrinus, *ἄδηλα,* eumque in ſua verſione ſequutus Hieronymus, *abſcondita,* inque Jobo Syrus ܒܟܣܝܐ, *in abſcondito.* Hinc non male *Aben-Eſra* noſtrum טֻחוֹת eſſe dicit המקומות הנעלמים שהם מכוני הלב *locos abſconditos, qui ſunt ſedes cordis,* id eſt *praecordia,* qui ſignificatus tam huic noſtro loco, quam Jobiano (XXXVIII, 36.) eſt aptus: quippe *renes* Ebraeis non tam intelligentiae, quam affectuum potius ſunt ſedes. Nonnumquam quidem junguntur *cor et renes,* ut Pſ. VII, 10. XXVI, 2.; tum vero *renes* ſolent appetitum, cupiditates deſignare, *cor* vero intellectum, judicium, conſilia. Cf. GLASSII *Phil. S.* ed. Dath. p. 850. ſeq. וּבְסָתֻם חָכְמָה תוֹדִיעֵנִי *Et in occulto ſapientiam mihi fac notam,* id eſt, ideoque doce me ſapientiam, quae in penetrali cordis reſideat. Particula ו commode exprimitur h. l. *ideoque,* ut Pſ. II, 10. XLV, 12. XCI, 14. Quia enim dixerat, Deum poſcere, ut ſincerus pietatis et virtutis ſenſus intima ſua obtineat, ut ne ulla prava cogitatiuncula locum apud ſe habeat, impoſſibile vero eſt, ut iniquitate depravatus ſimul atque ſingebatur (Vs. 7.), animi rectitudinem intimis cogitationibus et affectibus ſuis ita poſſideret, ut ne quicquam pravi adhaereret, precatur Deum, ut veram ſapientiam, quae ſedem in operto penetrali cordis habeat, ipſum docere velit. Participium סָתֻם, *occluſum, opertum,* h. l. intimum cor denotat, et nomini טֻחוֹת optime reſpondet, unde Chaldaeus recte vertit בְּטַמִּיר לִבָּא, *in occulto cordis.* Futurum vero, תוֹדִיעֵנִי, in precandi forma, ſive pro Imperativo aut Optativo eſt accipiendum, ut mox, Verſu 9., quatuor quae ibi occurrunt futura per Imperativum eſſe explicanda, docet Vs. 11. 12. 13. 14. et res ipſa. Alexandrinus nomina טֻחוֹת et סָתֻם de *occulta* et *arcana ſapientia* intellexit, vertit enim ita: τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι, quae Vulgatus ſic reddidit: *incerta occulta*

culta ſapientiae tuae manifeſtaſti mihi, quibus verbis Agellius rationem contineri putat, qua aequiſſimum eſſe oſtendat vates, ut Deus ſui misereatur. Sic enim illa explicat et cum Verſu ſuperiore connectit: „quamvis in peccatis natus ſim, et illorum expers ne in matris quidem utero ſuerim, tamen ſic cum peccatis concepto et edito munera praeſtantiſſima tribuiſti, ut mihi abſcondita ſapientiae tuae revelares, aequum igitur eſt, ut in quem nihil ejusmodi commeritum tam magna liberalitatis tuae doná contuliſti, ei miſericordiam tuam non deneges.“

9. תְּחַטְּאֵנִי בְאֵזוֹב וְאֶטְהָר *Expia me hyſſopo, ut mundus fiam* Aſperſione hyſſopi, ſanguini victimarum, aut aquae luſtrationis intincti, purgabantur ex legis praecepto leproſi et qui mortuum contigiſſent, vid. Levit. XIV, 6. 7. 49 — 52. et Num. XIX, 6. 18. David igitur ad hos ritus reſpiciens, quod agnoſceret ſe peccato, quaſi lepra, et contactu cadaveris, inquinatum, et eadem ratione, qua ejusmodi polluti, ſe purgari petit. De nomine אזוב *hyſſopum* denotante, vid. not ad Exod. XII, 22. et cf. Bochartі *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. L. T. I. p. 670. ſeqq. ed. Lipſ., et Celsii *Hierobot.* P. I. p. 407. ſeqq., et J. E. Faber in *den Analekten* T. I. p. 3. ſeqq. תְּכַבְּסֵנִי וּמִשֶּׁלֶג אַלְבִּין *Lava me, ut prae nive albeſcam*, ut nive candidior fiam, qua ipſa imagine uſus eſt Jeſaias I, 18. ad innocentiam recuperatam deſignandam.

10. תַּשְׁמִיעֵנִי שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה *Audire me fac gaudium et laetitiam*, fac, ut mihi bonus ille et laetus nuncius afferatur, ut audiam a te peccatum mihi eſſe condonatum, tunc enim gaudio et laetitia perfundar, תָּגֵלְנָה עֲצָמוֹת *exultent oſſa*, moeroris et triſtitiae nube ex animo diſcuſſa, donec mihi quaeſo tranquillitatem laetitiamque conſcientiae interiorem, adeo ut et per omnia corporis membra gaudium pervadat. *Oſſium* vero facit mentionem, quippe quae quum ſint corporis totius quaſi fulcra, ea ſi langueant, reliquum etiam corpus languere neceſſe eſt, illa vero dicuntur *exultare*, quando non vultus tan-

tum

tum exterior prae fe fert laetitiam, fed ubi ex animo laetamur toti, ut omnes quafi fibrae ac offa fuavitatem illam animi laetabundi fimul perfentifcant. דִּכִּיתָ Quae *contrivifti*, quae feveris tuis minis adeo exteruerias, ut tanquam a leone laniante mifere confracta (cf. Jef. XXXVIII, 13.) torquerentur, acutiffimeque perciperent dolores: per denunciatam mihi tuam indignationem tantis me affecifti doloribus, quantos experitur is, cui comminuta funt offa; cf. Job. II, 5. XXX, 17. XXXIII, 19. Pf. XXXV, 10. XXXVIII, 4. Ante דִּכִּיתָ autem fubaudiendum effe pronomen relativum אֲשֶׁר, aperte poftulat contextus, ut Pf. XXXVIII, 14 XLIV, 2. XLIX, 13.

11. הַסְתֵּר פָּנֶיךָ מֵחֲטָאָי *Abfconde faciem tuam a peccatis meis*, figurate dictum, pro: oblivifcere, vel potius oftende te oblitum peccatorum meorum; ne, quaefo, amplius peccata mea intuere, noli amplius mihi irafci, noli ultra in me animadvertere, cf. Pf. XC, 8. CIV, 14. — וְכָל־עֲוֹנֹתַי מְחֵה *Et omnes iniquitates meas dele*, repetitio petitionis fuperioris Vs 3. ubi not. vid.

12. לֵב טָהוֹר בְּרָא־לִי אֱלֹהִים *Cor mundum crea mihi, Deus*, animum a pravis cupiditatibus purgatum mihi redde, metaphora ab auri probatoribus ducta, qui dum excoquunt aurum, et ab eo fcoriam fegregant, quafi denuo creant, et fubftantia manente aliud ex eo faciunt, ac purius reddunt. וְרוּחַ נָכוֹן חַדֵּשׁ בְּקִרְבִּי *Et fpiritum firmum innova intra me*, firmum et conftantem in virtutis et pietatis ftudio animum; non remiffum atque titubantem; *innova* autem, hoc eft, alium mihi fpiritum, et a priore, quem habui, quum in peccatum lapfus fum, diverfam tribue, ut tuis praeceptis conftanter obtemperem, et peccata detefter. Similem fententiam et figuram habes Ezech. XI, 19. XXXVI, 26. 27.

13. אַל־תַּשְׁלִיכֵנִי מִלְּפָנֶיךָ *Ne projicias me a vultu tuo*, tanquam hominem odiofum et abominandum. *Projicere aliquid ab oculis* aut *facie* eft, cum quadam indignatione illud a fe amovere, non curare, irafci infuper

ei,

ei, odiſſe ac deteſtari illud; cf. Jon. II, 4. 5. Hinc *projici a facie Dei* tanquam omnium malorum extremum in veterum Ebraeorum ſcriptis poni ſolet, ac de iis dici, quos cum Deus variis rationibus corrigere atque emendare curaſſet, illique nihil proficerent, deſperata ad ultimum eorum correctione repulit. Sic 2 Reg. XXIV, 20. dicitur: *Iraſcebatur Jova Iſraeli et Judae* עַד־הִשְׁלִיכוֹ אֹתָם מֵעַל פָּנָיו *adeo ut eos projiceret a vultu ſuo.* Noſter autem cum precatur Deum, ne *projiciat a vultu ſuo*, ſpectare videtur dignitatem regiam, ſibi poſterisque ſuis promiſſam, qua, ne uti Saulus, propter peccatum ſuum privetur, enixe rogat. Ejusdem Sauli exemplum ejus haud dubie obverſabatur animo dum hemiſtichio poſteriore hanc precem ſubjecit: וְרוּחַ קָדְשְׁךָ אַל־תִּקַּח מִמֶּנִּי *Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas a me*, propr. *ſpiritum ſanctitatis tuae*, nomen autem poſterius adjective reddendum eſt, ſicut *mons ſanctitatis* idem eſt ac *ſanctus*, Pſ. II, 6. XI, 4. Noſtrum locum illud illuſtrat, quod 1 Sam. XVI, 13. legimus, poſtquam David eſſet rex unctus a Samuele, *inceſſiſſe eum ſpiritum Jovae* (וַתִּצְלַח רוּחַ־יְהוָה אֶל־דָּוִד), et paulo poſt (Vs. 14), *receſſiſſe ſpiritum Jovae a Saulo* (וְרוּחַ־יְהוָה סָרָה מֵעִם שָׁאוּל). Jam quum *ſpiritu divino*, hominibus impertito, vetuſtiſſima Hebraeorum lingua *indolem egregiam*, *dotes eximias*, aut *virtutes excellentes* deſignare ſoleat, ut cognoſcitur ex Jud. III, 10. VI, 34. XIV, 6. 19. aliisque locis, de quibus Dathii legendae ſunt obſervationes in Glassii *Philol. S.* a ſe edita, p. 819. ſeqq.; ubi *regibus* tribuitur *ſpiritus* ille *divinus*; patet, eo nomine omnes illas animi ingeniique dotes comprehendi, quae ad regiam poteſtatem recte riteque exercendam neceſſariae eſſent, veluti prudentiam in regendis moderandisque populis, fortitudinem ad facta quaeque egregia aggredienda et perficienda. Dum igitur h. l. vates rogat Deum, ne auferat a ſe illa animi munera et ornamenta, quae ad regiam poteſtatem tuendam neceſſaria fuerant, nihil aliud orat,

quam

quam ut regiam dignitatem obtineat amplius, quà fe fpoliari, Sauli inftar, metuebat ob crimen admiffum.

14. הָשִׁיבָה לִּי שְׂשׂוֹן יִשְׁעֶךָ *Redire fac;* reftitue, *mihi gaudium falutis tuae*, id eft, redde mihi laetitiam de falute ex auxilio tuo; fac, ut de auxilio mihi praeftito, et de falute a te mihi conceffa, iterum laeter. וְרוּחַ נְדִיבָה תִסְמְכֵנִי *Et fpiritus fpontaneus fuftentet me;* peccati venia a te impetrata, fac, ut animum recipiam alacrem, folutum, liberumque, eum enim fignificari *fpiritu fpontaneo*, res ipfa et membrorum fuadet parallelifmus, quum שָׂשׂוֹן praeceffèrit. Quare recte Lutherus vertit: *der freudige Geift.* Alii fic interpretantur: fac, ut pronus et facilis reddar ad faciendum, quae praecipis. Quia vero נָדִיב et *principem* notat (quafi *liberum, fui juris*, cui eft, pleraque, ut vult, facere, nec ullius voluntati obftrictum); Alexandrinus רוּחַ נְדִיבָה πνεῦμα ἡγεμονικὸν, *principalem animum* expofuit, id eft, principe dignum, munerique regio obeundo aptum.

15. Hanc gratiam fi mihi praeftiteris, אֲלַמְּדָה פֹשְׁעִים דְּרָכֶיךָ *Docebo fceleratos vias tuas*, quod tribus modis intelligi poteft. Aut enim *vias Dei* dicit eas, quas ille in gubernandis hominibus tenet, quae, ut Pf. XXV, 10. dicitur, funt *mifericordia et veritas*, ut verborum noftrorum hic fit fenfus: ubi ignoveris, fcelerati habebunt infigne in perfona mea exemplum ut refipifcant, freti tua bonitate, ubi viderint te ita fuiffe mei mifertum. Aut *vias Dei* intelligere poffemus ejus praecepta inftitutaque, ut Pf. CXIX, 32. feqq. CXXVIII, 1. Aut tertio *vias Dei* ejus cultum et religionem praedicaturum fe eis, qui ab illo defciviffent, pollicetur, cui fententiae verba quae proximè fequuntur, confentiunt: וְחַטָּאִים אֵלֶיךָ יָשׁוּבוּ, *et peccatores ad te convertentur, converti* autem *ad Deum* faepiffime fic accipitur, ut fit ad ejus religionem cultumque redire, quum qui ab ejus poteftate ac ditione tanquam perfidus ac defertor defcivit, rurfus ad illum pro vero Deo

Domi-

Dominoque habendum agnoſcendumque revertitur. Eo ſenſu haec locutio aderat Pſ. XXII, 28.

16. הַצִּילֵנִי מִדָּמִים, *Libera me a ſanguinibus*, id eſt, a reatu ac poena ſanguinis Uriae innocentis aliorumque cum eo caeſorum (2 Sam. XI, 17.) iniquiſſime effuſi. דָּמִים enim pro *reatu caedis* ſaepe dici ſolet, quem ſequi debeat ſanguis delinquentis iterum fundendus; v. g. Exod. XXII, 1. 3. percuſſori effoſſoris nocturni אֵין לוֹ דָּמִים *non ſunt ſanguines*, i. e. vacat culpa ac poena homicidii, contra ſi ſole exorto id fecerit, דָּמִים לוֹ *ſunt ei ſanguines* (Vs. 2.). Sic Deut. XXII, 8. *Ne ponas* דָּמִים *ſanguines in domum tuam*, neglecto tecti ſepimento; ſic Cap. XIX, 10. *Ne ſint ſuper te ſanguines*, ob homicidium injuſtum. Alii דָּמִים h. l. dictum exiſtimant pro אַנְשֵׁי דָמִים *viris ſanguinum* (Pſ. V, 7. XXVI, 9. 2 Sam. XVI, 8.), qui ſanguinem et vitam peterent, quorum furori atque immanitati ſe peccati ſui cauſa a Deo eſſe permiſſum verebatur, quum Nathan ei dixiſſet (2 Sam. XII, 23.): *Nunc igitur numquam gladius recedet a domo tua.* אֱלֹהִים אֱלֹהֵי תְשׁוּעָתִי. *Deus, Deus ſalutis meae*, qui mihi ſalutem praeſtas, ut ſupra Pſ. XXIV, 5., ubi not. vid. Cf. XLII, 9. XLIII, 2. תְּרַנֵּן לְשׁוֹנִי צִדְקָתֶךָ. *Ovabit lingua mea de juſtitia tua*, cum mihi poenitenti peperceris, tuamque adeo in ſervandis promiſſis fidem ac juſtitiam oſtenderis. De verbo רָנַן *cum jubilo et exultatione cantavit*, cf. not. ad Pſ. XXXIII, 1. De צְדָקָה *juſtitia*, clementia, *Dei*, vid. ad Pſ. XXII, 32. XXIV, 5.

17. אֲדֹנָי שְׂפָתַי תִּפְתָּח *Domine, labia mea aperies*, h. e. aperi, Futurum pro Imperativo aut Optativo, ut ſupra Vs. 9. 10. 14. Senſus eſt: etiamſi maxime cupio tuas laudes celebrare, tamen memoria peccati mei tantam mihi verecundiam ac pudorem ingerit, ut aperire os quodammodo et hiſcere non audeam; nam conſcientia peccati os obſtruit. Itaque niſi me criminis reatu abſolveris, ut animum ſolutum atque a moerore liberatum recipere poſſim, tui laudandi munus aggredi non audeo. Alii hunc ſen-

fenfum adferunt: fuggeras mihi argumentum laetitiae, ita ut poffim canere laudes tuas. Sic et aliis locis conqueritur David, fe fuiffe mutum, quamdiu oppreffus erat manu Dei, ut Pf. XXXIX, 10. Ubi autem fentit, Deum fibi favere, et peccata fua effe abolita, tunc habet os apertum. Petit igitur hic, ut Deum fentiat mifericordem, ut poffit hac de caufa laudes Dei canere. וּפִי יַגִּיד תְּהִלָּתֶךָ *et os meum annuntiabit laudem tuam.*

18. כִּי לֹא־תַחְפֹּץ זֶבַח וְאֶתֵּנָה עוֹלָה לֹא תִרְצֶה *Nam hostiis non delectaris, alioqui eas offerrem, holocauftum tibi non eft gratum.* Laudatio et gratiarum actio (Vs. 11.) gratior res tibi eft, quam facrificiorum cultus vulgaris. Quodfi enim facrificiis talibus delectareris horumque ceremonia expiari poffet peccatum meum, et in promta haec mihi effent. Confentit plane cum doctrina Pfalmi L. Qui hunc Pfalmum populi Hebraei in exilio verfantis deprecationem exiftimant (vid Argument.), ii hoc Verfu vatem volunt hoc dicere, non effe Deo grata ea facrificia, quae tum, extra terram fanctam, et non in templo offerri poffint. Verum adeo nihil eft in verbis, quod tale quidquam vatem in mente habuiffe fuadere poffit; ut potius Verfus, qui proxime fequitur, tali fententiae adverfetur.

19. זִבְחֵי אֱלֹהִים רוּחַ נִשְׁבָּרָה לֵב־נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה אֱלֹהִים לֹא תִבְזֶה *Hoftiae Deo gratae fpiritus confractus; cor confractum et dejectum non afpernaberis, Deus.* Animum folummodo fpectas aut poftulas ferio poenitentem, et ob peccata afflictum et dolentem; non defpicies igitur cor tale meum, nihil enim habeo, quod rependam tibi.

20. הֵיטִיבָה בִרְצוֹנְךָ אֶת־צִיּוֹן תִּבְנֶה חוֹמוֹת יְרוּשָׁלָ͏ִם *Benigne fac ex benevolentia tua Sioni, aedifica muros Hierofolymorum.* Sed ftabant adhuc muri Hierofolymitanae urbis, necdum arx Sion diruta erat; quid eft igitur, quod optat, muri urbis aedificentur? Sunt, qui dicant, Davidem, templi aedificandi defiderio incenfum petere, ut Salomoni id exftruere liceret. Sed, mea fententia, durum videtur, templum fignificari muris Hierofolymitanae

tanae urbis. Alii monent, fuiffe quidem Davidis temporibus jam exftructam urbem, fed nondum ad fuam perfectionem perveniffe, nec muris lapideis cinctam, quod a Salomone demum fiebat, vid. 1 Reg. III, 1. Hinc Verfum noftrum in hunc fenfum accipiendum exiftimant: Ne propter peccata mea define Sioni favere, et Hierofolymorum muros, ut coepifti, exftruere atque amplificare, ut urbis ambitus ipfum quoque montem Sionium capiat, ut in medio urbis liceat videre montem, fuper quo tanquam in arce Jovae templum exftruatur. Veritum enim effe Davidem, ne templi exftruendi et divinae habitationis felix illud promiffum, quo promiffo fpes pofteritatis, et regni fui fucceffio nitebatur, fuo admiffo fcelere in Uriam irritum fieret. Obfervavit autem jam Aben-Efra, effe doctum quendam Hifpanum, qui fufpicaretur duos hosce Verfus (20. 21.) additos fuiffe a pio aliquo viro in exfilio Babylonico, qui, jam deftructa civitate, defiderio ejus inftaurandae teneretur, idque a Deo his extremis verbis hujus Pfalmi petendum putaret. Atque noftra aetate in eandem fufpicionem incidit Venema, qui duos hosce Verfus exiftimat effe tempore exfilii Babylonici adjectos, vel potius fub initiis reditus in terram Cananaeam. Rationes, quibus ad hanc perductus eft conjecturam, affert has. Primo quidem, quia David in hoc Pfalmo pro fe et domo fua tantum orans, vix commode pro Sione intercefferit, cujus ftatus fatis felix erat et firmus. Deinde, quia verba ipfa clare loquuntur de Sionis et Hierofolymitanae urbis deftructione, quae Davidicis temporibus minime convenit. Tum, quia verba haud obfcure innuunt, ceffare prorfus cultum facrificiorum; vovetur enim Verfu 21. illius exercitium in futurum, quando Deus inftauraturus effe Sionem, et cum ea inftauratione connectitur. Denique, David modo dixerat, Deum nolle facrificia in hoc ftatu fuo ad reconciliationem cum eo efficiendam. Quomodo igitur nunc idem ille vates dicere potuiffet, Deo grata fore facrificia poft Sio-

nem reſtitutum? nonne potius dixiſſet: benefac mihi, tunc grata erunt ſacrificia mea? Doederlein quidem huic conjecturae oppoſuit, bellum illud, in quo Urias cecidit, haud dubie atrocius fuiſſe et prae aliis cruentum, clade Iſraelitis haud levi inflicta 2 Sam. XI, 17. 20. At enim vero, ſi quoque concedatur ſat gravem fuiſſe cladem iſtam; tamen praeter eam Iſraelitae in illo bello calamitatem aliam experti non ſunt, multo minus murorum Hieroſolymitanae urbis deſtructionem. Sed minime credibile eſt, qui modo (Vs. 18. 19.) dixerat, non delectari Deum ſacrificiis, alioquin ſe ea eſſe oblaturum, et animum peccatorum poenitentia afflictum rem eſſe magis ei gratam quam ſacrificia etiam optima; eundem ſtatim ſubjungere, ſe velle, reſtituto templo, Deo legitima ſacrificia offerre. Quod enim ii, qui clauſulam Pſalmi volunt ab eodem proficiſci, qui reliqua ejus ſcripſit, dicunt Verſu 18. loqui vatem de talibus victimis, quae extra templum eſſent offerendae, jam repudiavimus. Quae quum ita ſint, haud dubitamus, Venemae aliisque accedere, qui duos hosce Verſus additos ſtatuunt ab eo qui vetus Davidicum carmen populo in exilio verſanti accommodavit.

21. אָז תַּחְפֹּץ זִבְחֵי־צֶדֶק עוֹלָה וְכָלִיל *Tunc delectaberis ſacrificiis juſtis, holocauſto et integro.* Qui Davidis eſſe cenſent hunc Verſum cum eo qui proxime praeceſſit, eum cum ſuperioribus conjungunt hoc ſenſu: Tu nunc repudiares ſacrificia ab homine adulterii et homicidii reo; ubi autem ex ſolito erga iſtam urbem favore te mihi prorſus placatum eſſe intellexero, enimvero tunc ſacrificia tibi offeram, ac, ſpero, ea habebis grata et accepta. זִבְחֵי־צֶדֶק *Sacrificia juſtitiae* ſunt ſacrificia legitima cum vera animi pietate oblata, oppoſita ſacrificiis ſine pia mente oblatis, quae nil habent praeter inanem pompam. Quod dicit vates עוֹלָה וְכָלִיל, idem geminat, nam *holocauſtum*, עוֹלָה, ipſum erat כָּלִיל, *integrum*, hoc eſt to-

tum cremabatur, cf. not. ad Pſ. L, 9. Aben-Eſra כָּלִיל h. l. denotare putat ſacrificium ſacerdotis, utpole quod cremabatur totum, Levit. VI, 16. 23., quamvis et alias victimas legamus combuſtas integras, ut 1 Sam. VII, 9. ubi agnus a Samuele oblatus dicitur עוֹלָה כָּלִיל. Cf. Deut. XXXIII, 10. — אָז יַעֲלוּ עַל מִזְבַּחֲךָ פָרִים *Tunc imponent*; (ſacerdotes, quam vocem addit Chaldaeus) *altari tuo boves.* De nomine פַּר vid. not. ad Pſ. XXII, 13. ſupra p. 603.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Invehitur in hominem ſceleratum, qui doloſe fictis criminibus innocentes homines detulit perdiditque, illique exitium denuntiat; ſimul autem comparationem inſtituit inter ſtudia et mores, res et ſpes, piorum atque impiorum, hos potentia, et violentia et opibus, praeſidiisque humanis, illos ſolo Deo niti ac fidere.

Inſcriptio hebraea, Verſu ſecundo huic carmini praeſcripta, nefarium hominem, qui hoc Pſalmo perſtringitur, perhibet eſſe Doëgum, qui efferebat ſe, et quaſi triumphabat, quod prodidiſſet atque interfici curaſſet ſacerdotes illos octo quinquaginta, qui recepiſſent Davidem in fuga, de quo plura ad Vs. 2. Dubitat tamen RUDINGERUS, an recte hoc carmen ad Doëgum referatur. „Etſi titulus, inquit, Hebraeus diſerte de Doëgico tempore ſcribit, quaeratur tamen, an non Abſalonico magis congruat, ut contra Achitophe-

tophelem factus fit Pfalmus, ficut multi alii; et quae praedicit hofti huic, ea Achitopheli evenifse conftat; de Doëgo tale nihil conftat ex hiftoria. Accedunt ad hanc conjecturam confirmandam et haec, quod de lingua magis et animo malitiofo, et conatibus potius, quam de violentiae ullius facinoribus Pfalmus queritur, et quod pios et fanctos appellat, et orat pro iis, qui cum ipfo fuerant, cum praefidium, quod fecum habuit, Saulicis temporibus, et obaeratorum fuerit, et quod incenfa et direpta Siclaga lapidare etiam Davidem voluit. Etiam titulus hebraeus indifertior eft, factum Pfalmum occafione indicii ad Saulem de Davide, quod fuiffet David cum Abimelecho; neque enim ftatim, ad indicium hoc, mandata et perpetrata caedes illa facerdotum a Doëgo; fed interceffit mora temporis, quo accerferentur, et quo poftea, manu facta, vis afferretur altera familiis horum in urbe Nobica." Haec Rudingerus, quae tamen mihi non tanti videntur effe momenti, ut propter ea infcriptioni hebraeae, quae antiquitatis auctoritatem habet, fidem exiftimem denegandam effe. Ut enim taceam, carminis initium egregie Doëgo congruere, Achitopheli non item; per totum Pfalmum improbus defcribitur talis, qui *deferendo* alios peffum dedit, quod itidem competit Doëgo, qui nifi Achimelechum detuliffet ad Saulum, is nec trucidare Pontificem juffiffet. Atque hoc ipfum,

quod accuſatio a Doëgo facta, unica eſſet cauſſa horrendae illius caedis, permovit haud dubie hebraeae inſcriptionis auctorem, talem illam facere, qualem eam legimus, neque igitur eſt, cur illam vituperemus. Quod autem Rudingerus dicit, *ſanctos* et *pios* appellari a Davide eos, quos *ſecum* haberet, id confictum eſt plane; de piis univerſe loquitur David Verſ. 8. et 11., minime vero de iis, qui ipſum comitarentur. — Neque ſat graves apparent rationes, cur ſepoſita inſcriptionis auctoritate cum DE WETTE hunc Pſalmum adnumeremus iis, qui populi Hebraei ſtatum infelicem conqueruntur.

---

2. בְּבוֹא דּוֹאֵג הָאֲדֹמִי וַיַּגֵּד לְשָׁאוּל וַיֹּאמֶר לוֹ בָּא דָוִד אֶל־בֵּית אֲחִימֶלֶךְ *Quum veniſſet Doeg, Idumaeus, ad Saulum, eique nuntiaſſet, veniſſe Davidem ad domum Achimelech.* Hiſtoria, quam haec verba ſpectant, copioſe deſcribitur 1 Sam. XXI. et XXII. David, Sauli vim fugiens, in urbem Noben, ad Achimelechum, Pontificem, ſe recepit, qui eum armis et commeatu inſtruxit, ignarus inimicitiarum, quae inter illum et Regem intercedebant. Inde Gatham, ad regem Philiſthaeorum, confugit; et quum nec ibi ſatis ſe tutum videret, mox in ſpelunca, nomine Adullam, mox in ſylva, cui nomen erat Hareth., delituit. Quum ita huc illuc curſaret, Saul ex aliquo rumore didicit, eum in iſtis regionibus viſum fuiſſe. Verum, quia rumor iſte paulo confuſior erat, et incerto auctore, nec eorum quisquam quos circa ſe habebat, quidquam illi de Davide liquido referebat, cujus ullus uſus eſſet ad conſilia capienda, venerunt in ſuſpicionem apud

apud eum, quaſi arcana conjuratione cum eo, et cum Jonathane, Sauli ipſius filio, facta, fugitivum illum ad regnum evehere decreviſſent. Ut eam ſuſpicionem a ſe amoliretur, et gratiam aliquam apud regem iniret Doëgus, paſtorum regiorum princeps, qui erat Nobi, cum David illuc tranſierat, Regi renuntiavit, quid tum ab Achimelecho factum eſſet, multa haud dubie, aulicorum more, inſuper affingens. Ex quo horribiles tragoediae conſequutae ſunt. Statim enim Saulus, vehementer Achimelecho incenſus, eum cum tota cognatione acerſi juſſit, cujus excuſationi, quantumvis idoneae et juſtae, fidem quum habere nollet, plus enim apud eum metus periculi valebat; mandavit emiſſariis, ut Pontificem una cum tota familia trucidarent. Verum his religio fuit, viros Deo ſacros ferro violare. Doëgus ſolus, qui regis animum inſtigarat, id facinus aggredi auſus, quinque et octoginta ſacerdotes crudeliter mactavit, moxque Noben, Sacerdotum urbem profectus, omnes ad unum cives atque incolas, nullo aetatis vel ſexus diſcrimine, obtruncavit, imo nec pecoribus pepercit. Quo accepto nuntio in ſummo dolore fuit David, tum quod ipſi hoc modo invidia et odium ſummum creatum eſſet, et nemo ei ſine periculo capitali beneſacere poſſet amplius, multo minus eum recipere hoſpitio; tum ex eo praeſertim, quod ipſemet tanti mali cauſa extitiſſet; ipſe enim arcana a Rege mandata habere ſe ſimulans, Achimelecho, ut ſibi ſacros panes, et Goliathi gladium daret, facile perſuaſit, alioquin non facturo, quod illum videret ſolum, nec in comitatu, qui regis generum deceret. Tunc igitur David hos Verſus in Doëgum, tanti ſceleris auctores, effudit, haud dubie ſimul atque per Abiatharum, Achimelechi filium, qui ſolus generis ſui ſuperſtes patris et aliorum ſacerdotum caedem evaſerat, de crudelitate Sauli cognoviſſet. Quod autem הָאֲרַמִּי in hac inſcriptione Doëgus appellatur, id alii *Adomaeum* interpretantur, hoc eſt, ex Adama, urbe tribus Naphtali (Joſ. XIX, 36.) oriun-

oriundum, alii *Edomitam*, ſive *Idumaeum*. Ita Kimchius, qui eum ſic appellatum putat, quod in Idumaea diu ſit commoratus, non quod natione eſſet Idumaeus, ſicut Obed-Edom 2 Sam. VI, 10. Gathaeus appellatur, eo quod Gathae aliquando ſedem habuerit: quod qua de cauſa ſumamus non video, niſi quod inter Iſraelitas fuit et pars horum.

---

3. מַה־תִּתְהַלֵּל בְּרָעָה הַגִּבּוֹר *Quid gloriaris de noxa, tu, violente!* Abruptum exordium, quo per Apoſtrophen in Doëgum, alioquin abſentem, ſubito invehitur. Tene, inquit, de tuo illo tam immani ſcelere oportet gloriari, quod ſolus ex miniſtris regiis in ſacerdotes manus inferrè auſus es? Scilicet magna laus eſt, inermes nec repugnantes occidiſſe. Doëgus, qui ob tantum auſum facinus ſibi regem magis conciliarat, atque ideo ad majorem auctoritatem ac potentiam pervenerat, ferocius ſe gerebat, libenterque ac vulgo audaciam ſuam jactitabat, nec parva Davidi minitabatur. גִּבּוֹר, quod proprie omnem, *qui aliis praevalet viribus* ſignificat (a verbo גָּבַר, *valuit*), *fortem*, *heroa*, hoc loco in malam partem accipi, de eo *qui vim injuſtam* exercet, docet res ipſa, et eodem ſenſu de *violento et injuſta vi utente* homine uſurpatur Pſ. CXX, 4. Geneſ. X, 9. Cf. J. D. Michaelis *Supplemm.* p. 262. Hinc non male Chaldaeus: גְּבַר לְמִשְׁדֵי אֲדַם זַכָּאָה *Fortis ad effundendum ſanguinem innocentem.* Alii *εἰρωνικῶς* Doëgum *fortem*, *heroa* dictum exiſtimant, q. d. o praedicande heros qui immaniter trucidas homines innoxios, et qui ſeſe non defendunt. חֶסֶד אֵל כָּל־הַיּוֹם *Bonitas Dei omni*, vel, *tota die*, ſubaudi: extat. Senſus eſt: cur de ſcelere admiſſo tantopere ſuperbis, ex eoque novi facinoris concipis audaciam? Etiamſi prodidiſti et interfeciſti propter me ſacerdotes et innocentes familias; numquam tamen me evertes et cauſam meam, quum Deus mihi regnum promiſerit,

miſerit, et bonitate ſua me protegat et defendat. Aben-Eſra: quid gloriaris in malitia, quum in ſola gloriandum ſit Dei miſericordia, qua quotidie fruimur. Alii hunc ſenſum afferunt: etiamſi Achimelech mihi panes non dediſſet, putasne me adeo a Dei providentia contemtum iri, ut fame interirem? Miſericordia Dei certe ſemper eſt, neque ejus clementia unquam fideles ſuos deſerit. Si ergo ille non dediſſet eſurienti panes, alii procul dubio dediſſent.

4. הַוּוֹת תַּחְשֹׁב לְשׁוֹנֶךָ *Noxas meditatur lingua tua,* noxia et perniciosa conſilia profert lingua tua. Tribuit *linguae* quod *animi* eſt, quia lingua eſt mentis interpres, et ejus opera cogitationes aperiuntur, quemadmodum Pſ. LXXVIII, 72. *prudentia* tribuitur *manibus,* quod ex animi prudentia agant atque operentur. Senſus: tu commentus es adverſum me et Achimelechum criminationes, quibus nos perderes; id quod magis adhuc exprimit hemiſtichio altero: כְּתַעַר מְלֻטָּשׁ עֹשֵׂה רְמִיָּה *Sicut novacula acuta faciens dolum,* ſicut novacula exacuta, ſi vel leviter quis eam contingat, vulnerat graviſſime, ita quem tu dolis tuis potes aſſequi, eum prorſus dare ſoles internecioni. Alii de novaculae doloſa ſauciatione cogitant, hoc ſenſu: ſicut novacula vel paululum aberrans graviſſime laedit, atque adeo etiam jugulum attingens interficit, ita ille ſuis calumniis innocentes homines perdidit. Nec incommode aliqui haec verba: *faciens dolum,* accipiunt vocandi caſu, hoc modo: ita ſauciat et occidit lingua tua, ut cultor raſorius ſecat, o artifex doli!

5. אָהַבְתָּ רָע מִטּוֹב שֶׁקֶר מִדַּבֵּר צֶדֶק *Diligis malum prae bono, mendacium magis, quam loqui juſtum,* mala potius loqui tibi libet, et nocentia, quam bona et utilia, et falſa potius, quam vera; perdere potius vult, et mentiri, lingua tua, quam conſervare et verum dicere. Maluit enim Doëgus confingere adverſus Achimelechum mendacia, ut quod ipſum non latuiſſet, Davidem eſſe

per-

perfugam, Regique odiosum, quam ipsum defendere et excusare, id quod erat justum et aequum.

6. אָהַבְתָּ כָל־דִּבְרֵי־בָלַע לְשׁוֹן מִרְמָה *Diligis omnia verba absorptionis, lingua fraudis!* cordi tibi est, proferre perniciosissima quaeque, et quibus quam facillime sternas innocentes, et devores totos, o lingua fraudulenta!

7. גַּם־אֵל יִתָּצְךָ לָנֶצַח *Et Deus destruet te prorsus*, instar aedificii penitus diruti ac eversi; ita enim verbum נָתַץ solet sumi de destructione domus Levit. XIV. 45. Ezech. XXVI, 12, per arietes et secures, Jerem. XXXIII, 4. murorum 2 Reg. XXV, 10. urbium Jud. IX, 45. statuarum, 2 Reg. X, 7 — יַחְתְּךָ וְיִסָּחֲךָ מֵאֹהֶל *Auferet ac evellet te e tentorio*, e sede habitationis tuae, ex opulento tuo domicilio; dejiciet te ex statu tuo pristino, atque prorsus exterminabit. De יִסָּחֲךָ notat Rudingerus, proprie valere *everret te*, ut vates dicat hoc: Deus erit everriculum domus tuae, ut neque tu, neque de te quidquam in hac maneat reliquum, tam tersam et versam a te et tuis faciet, sicut quae scopis purgantur. Additque in *Notis secundis* p. 275.: „Sic etiam Graeci *verrendi* et *exverrendi* verbo utuntur, et citatur ex Menandro: ἐκκορηθείης εὔγε, *tu vero exverraris*, id est, totus pereas. Sic enim Graeci interpretantur, vel potius, ὡς κάθαρμα ἐκβληθείης. Tale est: ἐκκόρει τὴν Ἑλλάδα devastator incolarum.“ Retulit Rudingerus יִסָּחֲךָ ad Verbum סָחָה *purgavit, everruit* Ezech. XXVI, 4., unde סְחִי *purgamentum*, quod invenitur Thren. III, 45, quum tamen Dagesch in ס ostendat esse a נָסַח *amovit, evulsit.* Sunt qui אֹהֶל accipiant *de tentorio sacro*, ut excludendus significetur Doëgus e coetu cultorum Jovae, ejusque populo, qui ex eodem illo cruenta manu evulserat sacerdotes. Alii *tentorii* mentionem referunt ad dignitatem regii pastoris antesignani, qua Doëgus ornatus fuit. וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ חַיִּים *Et eradicabit te e terra viventium*, quibus verbis significari videtur, Deum non modo Doëgum

gum e vivis ſublaturum, ſed ſicuti ille omnem Achimelechi familiam delevit, ſic totam etiam ipſius familiam Deum deleturum. Id videtur innuere dictio וְשֵׁרֶשְׁךָ, *eradicabit te*, quaſi idem ſit, ac, non relinquet radicem, hoc eſt, liberos, ne repullulare aut creſcere iterum familia poſſit. Cf. Mal. IV, 1.

8. וְיִרְאוּ צַדִּיקִים וְיִירָאוּ וְעָלָיו יִשְׂחָקוּ *Videbunt juſti*, quas poenas de Doëgo ſumet Deus, *et venerabuntur* Deum, ultorem, majorem in modum, *deque illo irridebunt.* Obſervanda paronomaſia in verbis יִרְאוּ et יִירָאוּ.

9. הִנֵּה הַגֶּבֶר לֹא יָשִׂים אֱלֹהִים מָעוּזּוֹ וַיִּבְטַח בְּרֹב עָשְׁרוֹ *En virum, qui non ponit robur ſuum Deum, ſed nititur multitudine divitiarum ſuarum*, videte omnes, quid illi ex hac ſuperbia evenerit, illum in exemplum vanae ſpei et impiae praeſumtionis accipite; non Deo confiſus eſt, non in illo ſibi auxilium et fortitudinem conſtitutam putavit, ſed adverſus caſus et pericula imminentia vitare ſe poſſe credidit opum ſuarum ac divitiarum auxilio. Doëgum fuiſſe hominem opibus valentem, poteſt inde colligi, quod 1 Sam. XXI, 8. (al. 7.) vocatur אַבִּיר הָרֹעִים אֲשֶׁר לְשָׁאוּל *primarius paſtorum Saulis*, paſtoribus regiis praefectus. Credibile quoque eſt, eum delationis ſuae ad regem et caedis ejus juſſu commiſſae, praemia tuliſſe. יָעֹז בְּהַוָּתוֹ *Roborat ſe*, live *robur ſuum collocat in pravitatibus ſuis*, ſceleribus potentiam affectavit, non virtute ac ſide aliis hominibus valentior eſt factus, ſed dolis, inſidiis, callidis ſermonibus, malis artibus alios circumduxit, vicit, oppreſſit: hisce duobus praeſidiis ſe ſirmum fore putavit, divitiis ac fraudibus.

10. וַאֲנִי כְּזַיִת רַעֲנָן בְּבֵית אֱלֹהִים *At ego ſicut olea virens in domo Dei* ero, ſceleratus Doëgus deſluet, ſicut deſluit folium ex mortua arbore, ego vero, quem nunc ille tantopere perditum cupit, tandem ſalvus evadam,

ero-

eroque inſtar virentis olivae, cujus numquam decidunt folia. Quod autem dicit *in domo Dei*, opponi videtur ſuo exitio, q. d. etiamſi tu, Doëge, antehac in domo Dei, dum Pontificem accederem, doloſe me obſervaveris, atque apud regem detuleris (1 Sam. XXI, 8.), etiamſi quoque nunc mihi, a ſacris depulſo atque exſuli, acerbe inſultes, certo tamen ſpero, me iterum rediturum eſſe, ego enim non in divitiis ac fraudibus fiduciam colloco, ſed בָּטַחְתִּי בְחֶסֶד-אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *nitor Dei bonitate perpetuo.*

11. אוֹדְךָ לְעוֹלָם כִּי עָשִׂיתָ *Celebrabo te in ſempiternum, quia tu perfeciſti*, ſi perſeceris ea, quae abs te petii, וַאֲקַוֶּה שִׁמְךָ *et exſpectabo nomen tuum*, opem a te mihi praeſtandam; *nomen Dei* pro Deo ipſo, ut Pſ. XX, 2. — כִּי-טוֹב *Quia bonum* eſt ſcil. nomen tuum, i. e. jucundum, beneficum, idque faciam נֶגֶד חֲסִידֶיךָ *coram piis tuis*, ut non ipſe ſolus tibi laudes perſolvam, verum etiam cultores tuos tibique deditos homines ad tuum nomen celebrandum commemoratione tuorum in me beneficiorum excitem.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Pſalmum hunc, cum quarto decimo, paucis verbis immutatis, eundem, ſimul cum illo ennarravimus Vol. I. p. 327 ſeqq.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Canit, ut in periculum maximum proditione Siphaeorum adductus, Dei opem implorarit adversus illorum Saulique insidias. Tum auxilium et vindictam de hostibus suis sibi a Deo pollicetur, a quo numquam sit desertus, jamque sentiat se adjuvari. Denique vovet gratiarum actionem. De occasione, per quam, et tempore, quo hic Psalmus editus sit, vid. ad Vs. 2.

---

2. בְּבוֹא הַזִּיפִים וַיֹּאמְרוּ לְשָׁאוּל הֲלֹא דָוִד מִסְתַּתֵּר עִמָּנוּ *Quum venissent Siphaei Sauloque dixissent: Nonne David ab conditus apud nos?* Haec eadem verba leguntur 1 Sam. XXIII, 19. et XXVI, 1. Quod argumento est, hunc Psalmum ad historiam, quae alterutro horum locorum describitur, debere referri. Et prior quidem sio fere habet. David non diu post Doëgi, Idumaei, perfidiam, de qua est Ps. LII, admonitus oraculo, ni mature suis rebus consuleret, fore, ut a Ceilanis, in quorum urbe morabatur, ipse cum suis Saulo dederetur, urbe illa relicta in desertum Siph se cum sexcentis circiter viris contulit. Sed neque ibi diu tutus fuit. Nam Siphaei, tap-

captantes Regis gratiam, mittunt ſtatim ad illum oratores, qui ſignificent, Davidem in ſuo agro commorari, polliceanturque omnem operam, ut ipſe in manus Regis tradatur. Saulus vero collaudatos homines, quod ſuam vicem doluiſſent, hortatus eſt, explorarent diligenter, quo in loco verſaretur David, promittens, ſe brevi cum ingenti exercitu adſuturum. Nec mora. Statim Saulus inſequutus eſt Davidem, qui tum erat in Maonico deſerto, et cognito Regis adventu rupem quandam inſederat, e qua vix potuiſſet evadere, conſtrictus quaſi irretitusque ab hoſte, niſi huic nuntius allatus fuiſſet, Philiſthaeos irrupiſſe in regnum, quae res Saulum coegit, miſſo Davide, decedere, et hoc ſolum, Deo ita curante, Davidem tum conſervaſſet. Secundum autem proditus fuit a Siphaeis, cum in vicina ſolitudine Hachilae latuit, quo ſimiliter adverſus eum exercitum eduxit Saulus, ſed minore, quam antea, ſucceſſu. David enim caſtra Sauli noctu ingreſſus, gravi ſopore divinitus immiſſo et Saulo et toti exercitui, tum ſcyphum et haſtam Saulo ſtertenti abſtulit et potuiſſet eum interficere, ſi voluiſſet. Itaque et cum bona gratia ſua ſponte ab eo exoratum abduxit Saulus, et reconciliatus, ut videri voluit, a Davide diſceſſit. Quae hiſtoria perſcripta eſt 1 Sam. XXVI. Utra igitur in titulo hujus Pſalmi indicetur, quaeri poteſt, neque tamen ad liquidum rem quisquam perduxerit, quum in carmine omnia ſint generaliora, neque quidquam quod ad ſpeciale aliquod factum referri certo poſſit. Quod ipſum una cum mentione τῶν זֵדִים Vs. 5., movit H. E. G. Paulum et de Wettium, ut Pſalmum Davidi abjudicarent, et pro toto populo preces adverſus hoſtes barbaros continere cenſerent. Sed difficile dictu, Syrum quid moverit, cur aliam plane, quam hebraea inſcriptio indicat, Pſalmi occaſionem fecerit. Hanc enim Syriaca verſio hujus Pſalmi epigraphen gerit: *Cum miſiſſet David Joabum et exercitum ſuum ad pugnandum contra Abſalonum. Nobis vero eſt tropaeum et oratio ejus*

qui a Deo defenditur. Rudingerus quoque ait: „nisi hebraea inscriptio obstaret, etiam hic Psalmus aggregari posset Absalonicis." Addit tamen: „Sed acquiesco hebraeo titulo, neque contra hunc disputandum puto in praesentia, etiam propter Versum ultimum, etsi sic etiam Absalonici temporis exitio magis, quam Saulico congruere videtur, ut infra suo loco explicatur." — הַזִּיפִים *Siphaei,* oppidi *Siph* (a conditore, uti videtur, sic appellati, 1 Chron. II, 42.) incolae in desertis Judae, prope Maon et Carmel, Jos. XV, 55. Verba Siphaeorum ad Saulum memorantur haec: הֲלֹא דָוִד מִסְתַּתֵּר עִמָּנוּ *Nonne David latet apud nos?* quae interrogatio ex proprietate linguae affirmationem habet, et ut simplex indicium capienda est. Valet in hujusmodi phrasibus הֲלֹא idem quod הִנֵּה *ecce!* Cf. Noldii *Concordantt.* p. 263. edit. Tymp. et not. 1139. seqq. et Gesenii *Geschichte der hebr. Sprache* p. 39.

3. אֱלֹהִים בְּשִׁמְךָ הוֹשִׁיעֵנִי *Deus salvum me reddas nómine tuo,* id est ope tua; *nomen Dei* pro Deo ipso ejusque numine, ut Ps. XLIV, 6. 11. Ps. CXVIII, 10. וּבִגְבוּרָתְךָ תְדִינֵנִי *Et fortitudine tua,* in qua sola spem habeo, cum adversum me tot iique potentes hostes conspirarint, *judica me,* id est, jus meum tuere et ulciscere me. Sic verbum דִּין, *judicare,* saepius est, caussam oppressi alicujus agere, innocentiam producere, ejusque adversarium meritis afficere poenis, ut Genes. XXX, 6. דָּנַנִּי אֱלֹהִים *judicavit,* vel, *ultus est me Deus.* Jerem. XXII, 16. Ps. LXVIII, 6.

4. אֱלֹהִים שְׁמַע תְּפִלָּתִי הַאֲזִינָה לְאִמְרֵי־פִי *Deus audi precem meam, ausculta sermoni oris mei.* Diversis verbis eandem sententiam repetit. Kimchius תְּפִלָּה refert ad cor, sive animum, אִמְרֵי־פִי autem ad linguam.

5. כִּי זָרִים קָמוּ־עָלַי *Nam alieni adversus me insurrexerunt. Alienos,* זָרִים, aliqui interpretantur extraneos, qui non erant Israelitae, quales credibile est multos in Sauli exercitu fuisse. Alii *hostes* denotari, et rationem signi-

significationis non aliam esse existimant, quam, cur Latinis vox *hostis*, quod olim tantum *peregrinum* significabat, nunc publicum inimicum notat, nempe, quia exteri plerumque sunt inimici. Ab his non multum absunt, qui a Davide ipsos Siphaeos, quamvis propinqui essent et contribules, ex eo quod hostiliter insectarentur, et ejus necem ac sanguinem peterent, non propinquos, sed alienos appellatos existimant. Ita Jobus de suis propinquis, a quibus desertus erat, dixit XIX, 13. *Fratres meos a me removit, meique familiares* זָרוּ *alieni facti sunt a me.* Chaldaeus reddidit זֵידָנִין, *superbos, insolentes,* ac si in Hebraeo esset זֵדִים, quod ipsum nostro loco plures codices a Kennicotto atque de Rossio inspecti exhibent, et legitur etiam loco parallelo Ps. LXXXVI, 14., ubi Versus noster integer totidem fere verbis repetitur. Praeterea זֵדִים melius congruere videtur hemistichio alteri: וְעָרִיצִים בִּקְשׁוּ נַפְשִׁי *et praevalidi,* violenti, *insectantur vitam meam. Quaerere vitam alicujus* est, aliquem ad necem quaerere, ac vitae alicujus insidias facere, vid. Exod. IV, 19. Matth. II, 20. — לֹא־שָׂמוּ אֱלֹהִים לְנֶגְדָּם *Non posuerunt Deum ante conspectum suum,* Deum nec cogitant, nec timent; quod homines, etiam si facile, quae student, perficere possint, a scelere solet avertere, ipse Dei respectus et timor omnia videntis, atque unicuique pro factorum ratione praemia rependentis, illis minime adest.

6. Quum hucusque maximo in periculo constitutus versaretur, subito aliquid consolationis ac spei ipsi objicitur, quod in mentem veniret, quoties sibi antea Deus in aerumnis periculisque adfuerit; itaque in haec verba erumpit: הִנֵּה אֱלֹהִים עֹזֵר לִי *En, Deus adjuvat me,* ita ut illi, quantumvis ad meam perniciem incumbant, meque suis delationibus opprimere studeant, obesse non possint. אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *Dominus in sustentantibus animam meam,* i. e. sustentans vitam meam, saepe enim particula ב, adjectivo plurali praemissa, periphrasin facit praedicati. Sic Jud. XI, 35. *Tu* (filia) *es* בְּעֹכְרָי *inter conturban-*

bantes me, i. e. conturbas me. Pſ CXVIII, 7. יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי *Jova mihi eſt in auxiliatoribus meis*, h. e. meus auxiliator eſt. Cf. N. G. Schroederi *Inſtit. L. H.* Syntax. Reg. XVIII., Storrii *Obſervatt. ad Anal. et Syntax. Hebr.* p. 451., et Gesenii *Lehrgeb.* p. 838. Alii ſic interpretantur: *Deus eſt cum ſuſtentantibus animam meam*, hoc eſt, adjuvat omnes, qui me ſuſtentant. Non abſona quorundam conjectura eſt, Davidi precanti, quum in maximo verſaretur periculo, et prope eſſet, ut caperetur, nuntiatum fuiſſe, Philiſthaeos in ditionem Sauli irrupiſſe, quo nuntio ille excitus, re infecta regreſſus, Davidi ſpatium evadendi reliquit (1 Sam. XXIII, 27.), unde laetus in talia verba eruperit, qualia hoc Verſu legimus.

7. יָשִׁיב הָרַע לְשֹׁרְרָי, *Redire faciet*, rependet (ſive, ſecundum *Chetib*, יָשׁוּב, *redibit*), *malum*, exitium, quod mihi moliuntur, *inſidiatoribus meis*, qui inſidioſe diſpiciunt obſervantque, ubi lateam, a verbo שׁוּר, *contemplari, obſervare.* Alii vocabulum שֹׁרֵר ad verbum שָׁרַר, arab. شَرّ, *malus fuit, male alicui fecit, adverſatus fuit*, referentes, *adverſarios inimicos*, reddunt. בַּאֲמִתְּךָ הַצְמִיתֵם *Per veritatem tuam*, ſ. ex fide tua, *exſcinde eos*, ut conſtans promiſſionibus tuis agnoſcaris; ut verum ſit, quod tu pollicitus es, me regnaturum, dele illos, alioquin actum eſt de me tuisque promiſſis; prope enim eſt, ut peream, niſi illi perierint. Alii בַּאֲמִתְּךָ reddunt *pro tua juſtitia*, qua unicuique rependis juxta opera tua. Per Apoſtrophen vero ſubito ad Deum convertitur oratio, de quo hucusque in tertia perſona fuit locutus; quo ipſo affectuum prodit vehementiam.

8. בִּנְדָבָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ *Spontaneo ſacrificio tibi ſacrificabo*, poſtquam tu illos ſubverteris atque ſuccideris. Inter ſacrificia genus quoddam erat voluntariorum, quae non ex voto, non ex aliqua neceſſitate, ſed hilari promptoque animo ſponte offerebantur. Deo gratias agendi

cauſa

caufa (Levit. VII, 16. XXII, 21. 23.). Hujusmodi, inquit, facrificiis tuo tam magno in me collato beneficio reddam vicem, אוֹדֶה שִׁמְךָ יְהוָה *Celebrabo nomen* atque gloriam tuam, *Jova*, כִּי־טוֹב *nam bonum*, jucundum, *eft*, vid. Pf. LII, 11.

9. כִּי מִכָּל־צָרָה הִצִּילָנִי וּבְאֹיְבַי רָאֲתָה עֵינִי *Quod ex omni anguftia liberavit me, quod intuetur inimicos meos oculus meus*, cum oblectatione, dum dignis poenis afficientur, poftquam eosdem hucusque non absque metu ac tremore maximo confpicere potui. Verbum רָאָה, cum ב conftructum, *cum voluptate quidquam intueri*, notate, vidimus ad Pf. XXII, 18. Rudingerus hunc Verfum paraphrafi ita expreffit: *Tu enim es, qui liberas me periculis huc usque; tuum nomen ex difficultatibus et anguftiis omnibus meis eripuit me, atque ita mulctas hoftes meos, ut videant in ipfis oculi mei, quod volunt, et voluptatem percipiant de confpectu ultionis adverfus ipfos tuae. Non defines hoc facere etiam deinceps.* Ad quae in *Ratione Paraphrafeos* haec notat: „Hoc *non defines hoc facere etiam deinceps* additur in Paraphrafi, ut magis intelligatur, nos fic haec accipere, quod David ex praeteritis beneficiis Dei de futuro fiduciam concipiat, et non gratias agat de praeterito, id quod et cum Verfu octavo non eft confentaneum. Et quanquam conftat, quosdam Pfalmos, et permultos quidem, poft liberationem vel totos fcriptos, vel claufulas aliquas eis additas, et Verfus certos infertos effe, de hoc tamen Pfalmo non videtur afferri talis aliquid fuspicandi neceffitas. Quod fi vero Abfalonici temporis facimus Pfalmum, de evafione ex urbe hanc gratiarum actionem interpretabimur. Quod fequitur tamen de confpectu ultionis, γενικώτερον eft, quod in feditiofis Abfalonicis tum nondum viderat, etfi ne in Saulicis quidem admodum, fed in aliis multis victoriis in regno fuo ad externos."

CORRIGENDA.

Pag. 572 Lin. ult. post: cum pone Comma.
— 575 — 2 pro comqueruntur lege conqueruntur.
— 656 — 11 — conquerenti lege conquesto.
— 717 — 11 — אֶסַּךְ lege אֶסַּף.
— 860 — 12 — Judaicum lege Judaicam.
— 877 — 5 ab imo pro פְּצַלְעִי lege בְּצַלְעִי.
— 1025 — 21 post R. dele Comma.

L I P S I A E,

EX OFFICINA DÜRRIA.

00106037